Tutor dari nõ põt in diẽ vel ſub conditione per iudicẽ,ſed bene per teſtatorem. numero 15.19. char.100
Tutor & curator quibus, & a quibus dari poſſunt.l.lxxiiij.§.j. char. 97
Tyranni iuſſu aliquem occidens qũo puniatur.nu.9. char.16

V

VAca. vide,legatum.
Vaſſallus mei vaſſalli, meus vaſſallus nõ eſt.nu.1.3. Et qũo procedat nu.7. char.77
Vaſſallus feudũ alienare nõ poteſt Et an ſub infeudare vel in emphiteuſim concedere poſsit.nu.2.ibi.
Vaſſallus vaſſalli mei fidelitatẽ iurare & ſeruire mihi non tenetur.nu.4.5.ibi.
Vaſſallus ſeu emphiteuta non poſsidens non tenetur ad ſeruitia.nu.8. char.36
Vaſſallus.vide, feudum.
Verba in omni materia ſecundũ ſubiectã materiã accipiũtur.nu.17. char.25
Verba ſecundũ naturã cõtractus accipiũtur. nu.1.c.92. Et ſecundũ qualitatẽ perſonæ. numero 3.ibi.
Verba,ſine cõtradictione talis,qũo accipiantur.ſub nu.16. char.15
Verba, vide,interpretatio.
Verbum,nolle & velle, quando dicatur numero 1.6. chart.15
Verbũ voluit,& voluerit quomodo intelligatur nu.2.4. char. 20
Verbũ ſiue facto noſtro, accipiuntur ẽt pro non facto nu.1. char. 28
Verbũ noſtrũ,quomodo accipitur nu.2. 20. char.28. 30.
Verbum comune,an impropriẽ & ficte meũ dicatur.nu. 20. char.30
Verbũ videtur,an denotet fictionẽ & quando nu.1.3.c.32.& nu.7. char.118
Verbũ,capere,quid ſignificet nu.2,4.6. c.32 & nu.6. char. 81
Verbũ deberi,qñ dicatur.nu.5.ibi.
Verbum immaginarium,quid ſit nu.2. c.36
Verbũ quatenus,qũo intelligat.nu.1. c.51
Verbũ ſolutionis,qũo accipiatur nu.5.c. 54. & nu.2.c.118.& ibi de vero,ſoluere,& numero 2. char. 142
Verbũ cautionis,quid comprehendat nu. 11. chart. 55.
Verbũ potiri,quid ſignificet nu.1. char.60
Verbum ſcientia,qũo accipitur nu.1. c.79
Verbum reſtituere,quomodo intelligitur.nume.4.5.c.81.Et reſtituo.nu.1. char.137
Verbum defenſio,in cõtractibus & principe quomodo accipitur.nu,3.4.8. char. 81
Verbum conferre,transferre quid ſignificent

nu.3.c.82.& nu.2. char.133
Verbum temere. quid ſignificet. nu.1. c.89
Et verbum, negotijs, nu. .ibi.
Verbum cauillari, varijs modis accipitur. numero 1. char.90.
Verbum legi, & intelligi quomodo accipiantur. nu.2. char. 93
Verbum conſiliū, iniuria, quomodo accipiantur. nu.1. char.98
Verbū nullo cogente iure, quomodo proprie accipiantur. nu.1. char. 105
Verbum concedo, quid importet. nu.1. c.133
Venditionis ſubſtantia eſt res & precium. nume.1. char. 36
Venditio immaginaria quæ ſit nu.2.3. Et vera nume. 10. ibi.
Venditio immaginaria quando nulla ipſo iure ſit nu.11. char. 37
Venditio magni precij per vno nummo dicitur immaginaria, & eſt nulla nu.12. ibi.
Venditor de dola, lata, & leui culpa tenetur nu.42. char.47
Venditor promittens ſoluere tributa rei venditæ, quomodo teneatur nu.2. char.73
Venditioni conſentiens an teneatur, de euictione. nu.1. char. 131
Venditione prohibita, an cenſeatur prohibita donatio nu.6. char. 134
Vendere aliud eſt, aliud promiſſio de vendendo. nu.2. char.131
Veneti ſunt ſapientes. nu.7. char. 36
Veneti. vide, ſubditus.
Venter prægnatis. vide, mulier.
Veriſimilitudo mentis hominū quādo inſpici debeat nu.6. c.23. & in l. xxxiiii. c.61
Vidua relicta vſufructuaria ſi vitā vidualem ſeruauerit, viuendo inhoneſte tenetur reſtituere fructus. nu.11. char.74
Vincens vincentem te, a fortiori vincit te. nu.3.14. char. 41.42
Virginitas replet paradiſum. nu.10. char. 58
Virginitas an, & quomodo poſsit a deo reſtitui. nu.3. char. 51
Vis quid ſit nu.1. pluribus modis committitur nu.2.6. char.97
Vis quotuplex ſit: & quomodo differt a violentia nu.1.2. char.162
Violentiarum quot genera. ibi.
Violentiæ, quæ per iudicem infertur non licet reſiſtere. nu.3. ibi.
Vita & fama an æquiparentur. vide, fama.
Vitiare quid ſit, & qūo capiatur. nu.25. c.7
Vitioſum in initio non conualeſcit ex poſt facto, & quomodo procedat plene ī l. xxix. char.57. & l. ccxj. char.175
An vitietur res deueniēs ad caſum a quo incipere non poteſt. nu.5. char. 107
Virtus & vitiū ſi concurant, vno exiſtēte bono an aliud malum ſit nu.17. char.27
Vlpianus iuriſc. quo tēpore floruit. nu. 1. c.5
Vniuerſalia ſigna quæ ſint, quæ diſtributiua, quæ collectiua. nu.6. char.5
Vniuerſalia an ſit præmittēda. vide, doctrina.
Vniuerſitas qūo citanda, & in cōtumacia cōſtituenda. nu. 1. c.150. Et qñ poſsit delinquere nu.21. char. 151
Vniuerſi cenſentur facere, ꝙ fit a maiori parte, & qūo procedat nu.1.2. char.130
Et an requirantᷣ duę partes. & abſentes ſint vocandi, & plura ibi traduntᷣ ibi. c.130.131
Voluntas quid, vnde, & quot modis dicatᷣ, et nu.1.2.3.4. char.15.16
Voluntas hominū in primis inſpici debet & quomodo cognoſcatur nume. 5. 6. 7. 8. 9. char.23.24.
Voluntas hominum a lege ſequitur, ſicut venator leporem. nu.5. char. 31
Voluntas nulla quomodo intelligitᷣ. n.1. c.65
Votum an ſtricte interpretetur nu.11. c.24
Vſuræ promiſſæ marito debentur. hæredi. nume.4. char.84
Vſurarij hæres nō repellitur ab agēdo licet vſurarius repelleretur nu.5. char.162
Vſurarij compoſitio cum epiſcopo quando teneat. nu.4. char.136
Vſusfructus an poſsit ſtare in pendenti. numero 13. char.101
Vuas comedere in agro alieno licet in neceſſitate, nō tamē aſportare, nu.6. char.133
Vxor. vide, mulier

FINIS.



D.O. HIERONYMI CAGNOLI

Patritii Vercellen. Equitis, & Iuriſconſulti clariſsimi,& illuſtriſsimi Sabaudiæ Ducis Senatoris, Commentaria in titulum ff. de regul. iur.

NOVIS SVMMARIIS HAC EDItione in gratiam ſtudioſæ poſteritatis illuſtrata, & à mendis quamplurimis reſtituta.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio Rubricæ ad Rubricam eſt neceſſaria.*

2 *Continuare eſt idem quòd ſubordinare. & poſt nu. 4. & 5.*

3 *Continuus, dictio, ſecundum ſubiectam materiam accipitur.*

Intellectus l. continuus. ff. de verb. obli.

4 *Ordo in iure eſt laudabilis.*

5 *Edictum perpetuum quid ſit: & qui eum compoſuit.*

Intellectus l. ij. ff. de ſtatu homi.

6 *Cōtinuatio fieri debet ad immediate præcedentia: Niſi materia media ſit impertinens, quia tunc tolleratur ad aliquantulum remota.*

7 *Continuatio librorum partialium eſt neceſſaria, ſed de libro ad librum: ſecus in princi. totius libri. n. 5.*

8 *Continuatio Pau. de Caſt. Deci. & Moder. in rubr. ff. ſi cer. peta. inepta eſt, & vera hic ponitur.*

Intellectus §. nos vero. in prohem. ff. & l. ij. C. de vete. iur. enucl.

10 *In continuatione compilatores quandoque digniora præpoſuerunt, ſed communiter ad materias congruo ordine coniungendas reſpexere.*

11 *Ordo ſcripturæ probat prioritatem. Et quomodo procedat, remiſsiue.*

12 *Clauſula generalis non refertur ad ſpecificata.*

13 *Continuatio ad præcedentia recte hic fit:*

vt generalia hæc particularibus adiungantur.

14 *Cur compilatores poſuerunt hunc titulum in fine operis: cum in prima parte ff. factum ſit contrarium? Ponitur ratio numero 17.*

15 *Doctrina (ſecundum Philoſophum) tradenda eſt ab vniuerſalibus.*

Niſi reſpiciat faciliorem modum tradendi, & vnde quis facillime adiſcit nu. 16.

18 *Regula accipitur multis modis*

19 *Lex eſt regula quædam ducta a ratione recta.*

20 *Lex debet ordinare actus virtutum, & prohibere vitia.*

21 *Regula, stricte accipiendo, eſt plurium rerum ſub compendio facta traditio.*

22 *Regula quæcunque iuris eſt lex: ſed omnis regula non eſt lex.*

23 *Regula differt a diffinitione.*

24 *De, dictio, denotat cauſam proximam & materialem.*

25 *Regula iuris eſt idem quòd regula iuridica. Et accipitur trāſitiue & intranſitiue.*

26 *Deciſiones domini de Rota non habēt vim legis, licet ſint magnæ auctoritatis.*

Ludoui. Roman. quando affirmare volebat aliquod ſomnium, mouebatur auctoritate deciſio. de Rota.

27 *Regulæ Cancellariæ extra curiam non ligant: Niſi reſpiciāt materias origines trahentes ex curia. Vel decidat idem quòd ius commune.*

28 *Gratiæ pontificum quando ligent.*

29 *Præſumptiones iuris & de iure an faciant ius? Remiſſiue.*

VT a continuatione tituli, more maiorum, initium faciam: Et iam † crebrior, receptiorque ſit ſcribentiū
8 ſententia, Rubricæ ad rubri. & titulo ad titulum ꝓxime præcedentem continuationem neceſſariam eſſe, prout concludunt docto. in rub i. ſupra ſolu. matri. & ſi certum peta. & in rub. inſti. de actio. & in rub. extra de iudi. vbi poſt Barb. & alios late Dec. & alij. ac etiam in rubri. C. de contrahab. Fundamentum communis opin. eſt ſuper l. ij. ſupra de ſtatu homi. ibi, proximos atq; coniunctos &c. & in l. cum delanionis. in. §. alinam. ibi proxima copulata procedunt. ſupra de fundo inſtru. Nihilominus in cōtrariam ſententiam ſubtiliter ſpeculantes iere. Rapha. Commen. in rubri. ſupra de no. oper. nunc. & Are. in rubr. prohem. inſtitu. quia nō probatur prædicta opinio lege: ergo. l. illam. C. de collat. Et alleg. ſupra non loquunť de continuatione ſed de ſubordinatione, iuxta. §. final. inſtitu. per quas perſo. nob. acquir. ibi, oportunius in inferiori loco inſeremus. facit tex. §. quartus. ibi in cōfinio ponere C. de vete. iur. enucle. Confirmatur, nam continuatio dicitur actus ad perfectionem eiuſdem materiæ tendens. l. continuus. in princ. ſupra de verbo. obligatio. l. cum antiquitas. C. de teſtamē. facitq; continuatio de duobus vnum. cap. apoſt. de conuer. coniug. cum alijs adductis per Geminia. in cap. j. ad fin. de conſecra. eccl. vel alta. in vj ſed in diuerſis titul. diuerſæ (vt patet) tractantur materiæ, ideo continua. videtur impoſsibilis, ſed ſubordinationem, vt ſtatim dicam, conuenire. Quam cōclu. iam diu tentaui in rubri. ſupra de orig. iur. eo ꝙ proceſſus ſcientiarum opus ſit rationis, cuius proprium eſt ordinare: cum in omni opere rationis ordo aliquis inueniatur, ſecundum quem proceditur ab vno in aliud, vt ſcribit ſanct. Thom. de cœlo & mun. Dicebam ergo rubri. non deberi, neq; poſſe continuari, ſed ſubordinari vt materiæ coniunctim ordineque tradantur. Et hanc opinionem ſecutus eſt poſtea Ripa in rubr. ſupra ſoluto matrimo. colum. iij. & in rubri. extra de iudic. colum. ij. Nunc aliud
2 ſentio, † nec inter continuationē & ſubordinationē vllam in propoſito differentiam eſſe arbitror, hallucinarique credimus allegantes ad iſtud propoſitum dicta l. conti-
3 nuus. Quod † vocabulum multifariam ſecundum ſubiectam materiam accipiť. nam in ſtipul. quæ vnica eſt, & vnicus actus dici poteſt, ſecundum Imol. ibi, actus continuus dicitur ſiue incontinenti factus, vbi extranea non interueniunt, licet aliquale ſit interuallum, vt ibi & in. §. j. l. j. eod. titu. & ſic ad perfectionem ſtipulat. quæ vnico contextu fieri debet & abſque medio extraneo exigitur vt actus continui ſint. hoc eſt quod intendit iuriſconſul, in dicta l. con

tinuus. Idem vult Philoſo. Ethic. v. aquã in cacabo exiſtentem in ſe continuam dici: Cacabo autem contiguam ad idemptitatem rei continuum referens. ſequitur Io. And. & inde Imo. in dicta l. continuus. In materia poſſeſſoria continuum aliter ſumitur, vt per Aretin. in d. l. continuus. ad fin. principij. Apud Liuium perſeuerantiam ſignificat, dum ait, cõtinuum imperium vſq; ad vos habetis. Et ſimiliter ſecundum Cicero. in ij. Offic. continuare eſt, ſimul ſe tenere, Et ſecundum Gemi. præalleg. contin. eſt duorum inter ſe corporũ tactus. Actuſque continuus dicitur quando partes extraneæ non diuerterunt. §. quinimmo. l. iuriſgentium. ſupra de pact. cum accumulatis per Felyn. in prohem. Rex pacificus. Eſt ergo continuatio, coniunctio, connexio, &
4 concatenatio. Et quia † in iure præſertim laudabilis eſt ordo. l. ij. in princip. vbi Bal. no. ſupra de orig. iur. quando quidem (Ambro. teſte relato per Bald. ſupra in princip. Pandectarum.) ſcire quid facias, ſed neſcire quo ordine, non ſit perfectæ cognitionis: tradanturq; ſcientiæ ordine cõpoſitiuo, vt Dialectici dicunt, conueniens fuit et neceſſaria continuatio rubri. & titulorum, id eſt, colligantia vnius capitis ad aliud. Facit tex. no. in l. ſecunda. colum. ij. in §. quartus. ibi ea quæ de eodem plene loquuntur in confinio ponere & in viij. col. in verſicu. ſi quid autem. ibi hoc diuidere & ſeparare pœnitus erat in ciuile. De huiuſcemodi continuatione, quæ a ſubordinatione non differt, neque diſtat, loquitur dicta l. ſecunda ibi proximos atque coniunctos applicantes titulos. cum alijs ſupra allegat. connexionem enim ac colligantiam rubricarum & titulorum ſiue ſubordinationem reſpiciunt. Ad quæ alium pulcherrimum text. ego ſoleo allegare in l. penulti. C. de conditio. indeb. ibi, & huius ſententiæ ſu-
5 blimiſsimũ teſtem adducit † Saluium Iulianum ſummæ authoritatis hominem & prætoriani edicti ordinatorem. hic Iulian. edicta prætorum, iam facta perpetua lege a Cornelio lata, ſed deuia & deuagantia in vnum cõpoſuit temporibus Adriani principis: hocque appellatum fuit edictũ perpetuum, ſecundum Eutropium & Euſebiũ Cæſarienſem, de quo edicto perpetuo ſæpe meminere leges noſtræ. Iulia. ergo qui edicta prætorum in vnum compoſuit congruenti & conſentaneo quodammodo illa coniungendo continuando & connectendo edicti prętoriani ordinator nuncupatur in dicta l. penultima. Ex quo clariſsimo euincitur argumen. idem in propoſito noſtro eſſe continuare quod recte componere, coniungere, & ordinare ſeu ſubordinare. Et hoc modo ſane rem intelligendo, neceſſaria vt diximus eſt Rubric. continuatio ſeu ſubordinatio titulorum. hæc ſi adãmuſsim ſcribentes conſideraſſent ad ſcopulos. d. l. continuus, rationes ſuas non appuliſſent, neque impegiſſent in eam, pernicioſe quidem errantes. Cum igitur titulorum diuerſitas materiarum arguat diuerſitatẽ, vt de ſe patet, probaturque in l. ſi idẽ. C. de codicil. & in. §. quibus. in prima conſtitutio. C. manifeſte conſtat tituli ad titulum non poſſe continuationem fieri (intelligendo prout communiter intelligebant doct. cõtinuationem pro actu ad perfectionem eiuſdem materiæ tendente) ſed poſſe immo debere fieri contin. ordinationem, & colligantiam tituli. hoc eſt quod intendit imperator. in. §. ſi. inſtitu. per quas perſon. in dicta l. ſecunda in locis ſupra ſignatis. C. de vete. iur. enucle. & text. in dicta l. ij. ſupra de ſtatu homi. ibi prout res patitur dicemus, id eſt, prout melius & congruentius materiæ patientur, & applicari coniungique poterunt, ita vt ratione aliqua præcedens titulus ſequentem poſtulet, & ſequens loco illi quadret & conueniat, vt quia materia præparata ſit dependens annexa vel connexa, vt probatur inſtit. de legat. in princip. Et ſicuti ex dicta lege
6 ſecunda, & alijs præalleg. apparet, † continuatio fieri debet ad immediate præcedentia: nam medium impertinens impedit extrema coniungi. l. duos. in fine ſupra de duobus reis. l. prima. ſi tab. te. nu. exta. & l. cum antiquitas. C. de teſtamen. hinc eſt ꝙ licet ad præſcript. complendam fiat coniunctio & acceſsio temporis & poſſeſſionis. §. cum quis. l. Pomp. ſupra de acqui. poſſeſ. tamen iniuſta poſſeſsio media prędictam coniunctionem impedit ac præſcrip. vt per Balb. inter mod. inſignem doct. in tract. præſcrip. fol. xxiij. col. ij. ſed ſi materia media non ſit impertinens toleratur cõtin. ad aliquantulum remota, licet non ſimus in princi. librorum. d. l. j. ſi tab. teſt. ex quo enim medium non eſt impertinens nõ
7 impeditur coniunctio extremorum. † Ex quibus patet perperam ſentire cõiter ſcriben. qui dicunt in principijs librorum partialium non eſſe neceſſariam contin. iuxta glo. rub. ſupra de condi. fur. cum accumulatis per Alex. & alios in rub. ſo. ma. Aquẽ. i-

rub.ſupra ad Treb.Deci.in rubri.de iudi.
col.iij.in ij.lect.& in rub.ſi cer.pet.& Ia-
ſo.in rub.inſtit.de actio.col.iij.cum ſimil.
ſane enim intelligendo cõtinuationem pro
colligantia titulorum & materiarũ , iuxta
prædicta,etiam in principijs librorum par
tialium neceſſaria eſt continuatio.Sed quia
diuiſio lib.partialium maiorem diuerſitatẽ
arguit,quam diuiſio tit.vbi tit.ad titu.im-
mediate præcedentem fieri debet contin.
in principijs dictorum lib.fit non ad ti.re-
motum,vt ſine lege dixit præalleg.gloſ.de
cõdi.fur.ſed fit ad librum proxime præce-
dentem,hæc nobis demonſtrat legislator.
inſtitu.de rer.diuiſio.& de obliga.quæ ex
delic.naſ.& in l.j.ſupra ad Trebel.vbi Iu
riſconſul.laxioribus habenis facit contin.
ad materiam præcedentis tractatus plures
libros complectentis. Immo quandoque
videt᷑ fieri ex partibus operis diuiſiuis.§.
nos vero , in prohe.digeſtorum. & l.ij.C.
de ve.iur.enuc.qua cõtinuatione vſus eſt
Pau.de Ca.in rub.ſi cer.peta.damnata cõi
continuatione glo.& doc.ad nimis remota
8 ibi facta:quæ quidem contin.† inepta her-
cle fuit,& omnium ſcriben.ingenia inique
torſit.Verum quod per imperator.in locis
præal.ſcribitur non contin.& connexio-
nem,ſed diuiſionem potius & ſeparationẽ
dicit,vt illa iura & glo.ibi volunt.quam-
uis Deci.& alij mod.in d.l.rub.non viden-
tes meliorem ſecuti ſint illam.Ego nouam
& planam ibi poſui,quæ ſi antea viſa fuiſ-
ſet,multarum hercle difficultatum quę per
glo.& doc.ibi exagitatæ fuerunt occaſio-
nem ſuſtuliſſet.& poſtquam nuſquam eam
vobis me inſinuaturum alibi arbitror, hic
quatuor verbis docebo.Nam cum præpa-
ratoria præmittenda ſint.l.ordinarij , cum
vulg.C.de rei vend.dicto de interrog.act.
in lib.ibi proxime præcedenti quæ ſecun-
dum gl.rub.ipſius titu.præparatoriæ ſunt
perſonalium actionum,conſonum & conue
niens erat de ipſis perſonalibus actionibus
dicere,ideo ſubiunxit lib.xij.de rebus cre-
di. &c.in qua parte de ipſis perſonalibus
actio.tractatur. Et ſic elegãter ad lib.pro-
xime pręcedentem fit continuatio. Illud
9 indubitati iuris eſt,† in principijs librorũ
continua.fieri non poſſe:quia quod primũ
eſt,aliud cui continuetur vel coniungatur
ante ſe non poteſt habere d.§.nos vero.&
c.Ioſeph cum glo.de verb.ſig.
Nec eſt ſine fructu, materia hæc rubri-
caria & inquiſitio ordinis & compoſitio-
10 nis rubri, digniora † enim cenſentur quæ
in ordine rubr.præpoſita conſpiciuntur gl.
& doct.in rubr.C.de teſta.mili.Alexan.in
rubri.ſupra de offic.eius.col.j.Deci.& alij
in rubri.de offi.delega.& in dicta rubri.ſi
certum peta.per l.j.ſupra de albo ſcrib.&
l.ij.vt dig.ordo ſer.libr.xij.Contra quam
conclu.obſtat.nam perſonæ digniores ſunt
rebus d.l.ij.de ſtatu homi.qui tamen titu.
poſtponitur quibuſdam alijs. Item ſenato-
res & iudices,titu.de procura.poſtponun-
tur.Et rubri.de ſer.fugi.liber.& eorum li-
ber.in ordine titulorum præpoſita legitur.
Similiter in decretalibus titu.ſacramento-
rum eccleſiæ poſtpoſiti titu.de reſcrip.ad
lites & alia quæ omitto . Potius igitur ad
materias congruenti ordine connectandas
quam ad dignitatem materiarum iuriſcon-
ſulti & compilatores reſpexere, id quod
probatur etiam in dicto.§.quibus . & in.§.
tertij . in prohem.digeſtorum . in l.j.ſupra
de acquiren.rer.domi.& inſtitu.de legi.in
prin.Iſtud eſt quod intendit Vlpian.in di-
cta l.ij.prout res patitur,ideſt prout melius
& cõgrue magis materiæ coniungi & ap-
plicari poterunt.Vnde quandoque digni o-
rem præmiſerunt,vt in dicta rubri.de mili.
teſtamen.& de offic.delega.Nonnunquam
ad antiquitatem reſpicientes, & exordium
ab ea ſumpſere.d.l.j.de acquiren.rerum do
mi.&.§.ſingulorum inſtitu.de rerum diui-
ſio.ibi commodius eſt a vetuſtiori iure in-
cipere. Communiter & vt plurimum ad
materias congruo ordine coniungendas &
ſubordinandas reſpexere, vt in præallega.
non habita conſideratione dignitatis , de
11 qua non erat quæſtio . Ex † nominatio-
ne tamen in eadem ſcriptura facta ad præfe
rentiam & præcedentiam primo nominati
arguimus, per regulam l.quoties . ſupra de
vſufruc.vt per Felyn.pulchre in c.cum di-
lecta.col.iij.de reſcrip.& in rub.de maio.
& obed.col.j.& Deci.in conſ.dcix.col.fi.
Redeundo ad continuatione rubri.no-
ſtræ:gloſ.in rubri.de regul.iur.in vj.ple-
nius continuauit, & ab illa mutuatus eſt
Deci.plura quæ hic circa hunc articul.ſcri
pſit. Glo.vero.§.inquit lex.l.ſi ſeruus.
ſupra ad legem Aquiliam.oppoſuit prius
12 † de l.doli clauſula.in oppo.alleg.hic per
Decium & ſoluit in d.l.doli.vbi approba-
tur per Barto.& Iaſ.inferẽtes ad not.quæ-
ſtio.de quibus etiam ibi per Angel.Imol.
& Areti.& Iaſon.in conſil.lxxix.lib.iiij.
Facit quod de generali confirmatione vel
derogatione,quę ad ſpecialiter dicta,repro
bata, vel confirmata(ſingula ſingulis refe

rendo) non porrigitur, ſcribunt Aquen. in l. ſi quis priore. in fin. ſupra ad trebel. & Ioan. Franciſ. Ripa in l. j. col. xj. nu. 66. ſupra ſi cer. peta. Et dixit inaduertenter hic Deci. contra tex. d. §. inquit lex, & glo. approbatam in d. l. doli. Et ſequendo gloſſ. Vel. Dyn. Bar. & Abb. ſuper iſtis rubri. et
13 †faciẽdo contin. ad proxima, dicẽdum eſt, quia non eſt nouum vt, quæ in ſpecie poſita ſunt, generaliter compendioſe per regulas tradantur. d. §. inquit lex & l. j. infra eod. Vnde poſt præcedentes tractatus & caſus ſpecialiter deciſos, ſublataſq; varias dubitationes tam circa res quam circa verba per ll. titu. præcedentis, pro complemẽto legalis doctrinæ ſubijcitur hic tract. de regu. iur. quibus breuiter narrantur quæ in alijs partibus iuris pluribus verbis ſæpe diſferuntur: & ſecundum prællega. gl. ponitur, vt pateat nõ ex regulis ius ſumi, ſed ex iure quod eſt regulas conſtitui. d. l. j. Si enim in principio poſitæ fuiſſent, putaſſet forte aliquis, ius ſequens ex regulis ſumi & etiam in fi. poſitus fuit, quia ea quæ in fine ponuntur melius memoriæ commẽdãtur. c. liquido. ij. diſtinct. ſecundum prædi-
14 ctam gloſ. Sed † videretur non in fine ſed in principio has regulas & generales traditiones poni debuiſſe, cum oporteat docẽtem a principiorum doctrina incipere: ad cognitionem enim ſpecierum præcedere debet cognitio generis, ſecundum Bart. & Bald in l. j. per illum tex. ſupra ſi cer. pet. non enim poſſum ſcire vtrum titius ſit homo, niſi prius ſciam in genere quid eſt homo, ſecundum Bar. ibi. in iij. colum. ad idẽ eſt gl. not. in c. humanum. j. diſtinct. ideo cõmuniter in cõpilatione vtriuſque iuris prępoſiti fuere tit. generales inde ſpeciales: patet ex accumulatis per gl. pręalleg. rub. de reg. iur. in vj. & per Deci. tam hic quam in rub. de proba. col. j. & ex tit. ſupra de legi. cum ſequentibus ſpecialibus conſtat, vt in rub. & l. j. prællega. titu. moder. notant.

Solu. Decij hic confunditur ex ordine ſeruato in j. parte digeſtorum. vbi iuriſconſulti procedere tradendo doctrinas incipiẽdo tamen a particularibus, patet in toto primo libro. inde in prin. ij. libri poſuere generalem tit. de iu. om. iudi. Ea propter ipſe Deci. in rub. de proba. colum. j. neſciẽs videre ſolut. hęc iuris poſitiui dixit eſſe, ideo voluntatem pro ratione eſſe. Sed ſi cognitio generis præcedere debet, & ab vniuerſalibus tradenda ſit doctrina, vt diximus, & ita procedere oporteat, ſi philoſopho credimus, de neceſsitate ſequitur iſta non eſſe iuris poſitiui. Aduerteñ. igitur prædictam ſententiam fuiſſe etiam philo. in j. phyſi. tex. com. iiij. Ibi, vnde ex vniuerſalibus ad ſingularia procedere oportet. i. ad vltimas ſpecies, ordo. n. doctrinę, vt ibi habetur, nihil aliud eſt niſi habitudo ſcibiliũ, magis communium, & minus communiũ.
15 Dixit † ergo philo, quod in tractando de principijs naturæ, de motu, & de alijs ad phyſicum pertinentibus oportet incipere ab vniuerſalioribus & communioribus ad minus vniuerſalia & minus communia. Ratio autem huius proceſſus, (vt dicit Auer. in prologo phyſi. & in prologo. 1. poſte. magni commenti) triplex eſt. potiſsima, vt de alijs duabus me remittam, quia magis vniuerſalia ſunt nobis magis & prius nota, naturaliterque noſtro intellectui offeruntur: quia noſtra cognitio naturaliter procedit a potentia ad actum, & ab imperfecto ad perfectum: ſed vniuerſalia ſunt magis imperfecta & confuſa, quam minus vniuerſalia, ideo prius naturaliter cognoſcuntur. Sic in cognitione ſenſitiua citius, cum a remotis ſeſe aliquid offert, videtur totũ corpus quam ſingulæ partes: & aliquid citius iudicatur ſub nomine animalis quam ſub ratione hominis vel alterius ſpeciei. cum enim hominem a longe ſpeculamur, prius cognoſcimus quod vniuerſalius eſt, ſubſtãtiam. ſ. demum cum proprius accedit, quod ſit homo, cum vero nobis adhęret proximus, cognoſcimus indiuiduum quod ſit Socrates. Ita etiam in cognitione intellectiua, quia intellectus tantum apprehendit illa quæ ſenſui offeruntur, ſed magis communia ei citius offeruntur. Hoc ẽt modo ſe habet imaginario. nam prius apprehendit cõfuſa magis, vt patet in pueris, q primo omnes homines patres & fœminas matres appellant. inde paulatim diſcernunt parentes a cæteris, ſecundum phylo. Fuit hoc ſimiliter obſeruatum ab eodem philo. qui prius ęgit de ſyllogiſmo in communi, poſtea de ſyllogiſmo demonſtratiuo, & de ſingulis eius ſpeciebus. Eundem ordinem obſeruauit in naturali philoſophia, quia prius egit de motu, poſtea de ſpeciebus motus in alijs libris. Propoſitũ igitur problema ex vniuerſalibus ad particularia & ſingularia procedere oportet, verificatur in vniuerſalibus vniuocis, prout eſt animal, homo, bos: ita procedit quod Barto. loco præalleg. dixit, vt in pluribus etiam in analogis vt ens ad ſubſtantiam & accidens quę analogata

dicuntur ſub ente. Fallit tamen quandoque
in communibus analogis in quibus incipi
mus a priori analogato. philoſ. 7. meta. tex.
i. vbi facta diuiſione entis in ſubſtantiã &
accidens, dicit ſe velle incipere a ſubſtãtia
quæ eſt primum analogatum & poſtea de
accidente. Idem fecit in xij. meta. in princ.
vbi prius tractat de ſubſtantia quã de en-
te. Et in j. cœli determinat primo, quod cę
lum non eſt generabile neq; corruptibile,
poſtea vero generaliter inquirit vtrũ om-
ne ingenerabile ſit incorruptibile, vt in
tex. cix. ibi naturaliter de cęlo dictum eſt,
vniuerſaliter ac de omnibus ſpeculabimur.
Et ratio eſt iſta, quia ordo doctrinæ in ſciẽ
tijs, præſertim quæ non procedunt ex no-
tioribus naturæ, & nobis, quales ſunt ma-
thematicæ quandoq; attendimus naturas
ſcibilium aliquando habitiorem tradendi
modum vt talis ſcientia a nobis haberi po
teſt. Et ideo ordo ſcientiæ ex natura ſcibi
lium a prioribus, communioribus, & vni-
uerſalioribus, procedere debet. Sed non
16 † ſemper ſic procedit quando artifex illã
tradens faciliorem expeditioremq; traden
di modnm reſpicit, & hoc ex mente & in-
tentione philo. & Auer. in v. meta. in text.
commenti. dum ait, principium doctrinę nõ
eſt ſemper principium rei, ſed vnde quis fa
cilime adiſcens erit aliquando. vbi Auer.
in v. commen. ait principium doctrinæ in
ſcientijs eſt aliud ab eo, quod eſt in rei ve-
ritate principium. Sic fecit Ariſt. in multis
libris præſertim in ij. de anima, vbi de ſen-
ſibus prius incipit a viſu qui eſt poſterior
tactu ſecundum naturam, tactus enim com
munis eſt omnibus animalibus, ſed viſus
non eſt, niſi in perfectis tantum. ſicque per
ordinem doctrinæ non eſſe ſemper a com-
munioribus ad particularia, immo aliquan
do eſt a minus vniuerſalibus reſpiciẽdo ca
pacitatem addiſcentis, & vnde quis facili-
me addiſcit, prout eſt etiam de intentione
Ariſto. ad fin. lib. de cauſis longitu. & bre-
ui. vitæ, vbi propterea ſe præpoſuiſſe dicit
librum de animalibus, libro de plantis ra-
tione doctrinæ facilius conſequende, vera
eſt ergo propoſitio vt in pluribus nõ ſem-
per. Ad propoſitum dicendum eſt, ordinẽ
eſſe a generalibus & vniuerſalibus & a do
ctrina principiorum incipere maxime ĩ na-
turalibus, vt commmuniter & in pluribus
fecit phil. Et etiam in iſtis actionibus hu-
manis cõmuniter & vt plurimum iuriſcon
ſulti & compilatores, vt ſupra probatum
17 eſt. Aliquando † tamen a particularibus
& minus vniuerſalibus aliqua ſpeciali ra-
tione, vt etiam in præalleg. fecit philo. re-
ſpiciens faciliorem modum tradendi, &
vnde quis facilime addiſcit. Et in propoſi-
to noſtro fecere hic iuriſconſul. & compi-
latores ponẽdo iſtum generalem tractatum
regularum in fi. & per rationes glo. in d. ru
bri. de regul. iur. in vj. in ſuperioribus rela-
tas. Sed in prima parte Pandectarum ſpe-
ciali alia ratione. tractatũ enim primo fuit
ſpecialiter de officio & iuriſdictione ſingu
lorum magiſtratuum ibi nominatorum, po
ſtea in genere. de iuriſdi. om. iudic. quia le-
giſlator non intendebat tractare de ſcien-
tia iuris & legum a primis principijs: fuiſ-
ſet enim tunc melius ab vniuerſalioribus
& communioribus incipere, ſed propoſitũ
fuit tractare de iure ciuili Romanorum &
de magiſtratibus ordine in vrbe conſtitu-
tis. ideo neceſſariũ duxit in primis ipſius
iuris originem & proceſſum demonſtrare:
poſtea de magiſtratuum nominibus & ori-
gine dicere, quia illud dicitur perfectum ꝙ
ex omnibus ſuis partibus conſtat, & prin-
cipium eſt potiſsima pars rei. verba ſunt
ipſius iuriſconſul. in l. j. & ij. ſupra de orig.
iuris. Nimirum ergo ſi a particularibus &
ſingularibus officijs ac iuriſdictio. magi-
ſtratuum in vrbe conſtitutorum, initiũ ibi
factum fuit: quia non eſt nouum nec ab re
enumeratis ſpeciebus generaliter de omni
bus dicere. d. §. inquit lex. & tradit etiam
philo. in locis præalleg. ideo poſuit poſtea
generalem titulum. de iuriſ. om. iudi.

Præmitte ad intelligentiam infra dicẽn
18 dorum † regulam plurifariam ſumi & di-
ci, vt per Cano. in c. regula. & c. canon. per
illos tex. iij. diſtin. dicemus poſt Bar. in l. j.
infra eo. Generaliter & abſolute loquendo
capitur pro ordine, eo ꝙ regat & ordinem
præbeat. d. c. regula. variaturq; ſecundum
ſubiectam materiam, vel ratione adiunctæ
qualitatis, ſecundum præalleg. & ideo om
nis lex, quia regit & ordinem viuendi dat,
regula dici poteſt, ſecundum Barto. proba-
turq; per finem l. ij. ff. de legib. quicquid di
cat gl. in l. iura non in ſingulas illo. eod. ti.
hoc enim cuiuſq; legis proprium eſt, ꝙ ſit
regula a menſura humanorum actuum. Et
eſt ratio, quæ principium primum eſt hu-
manarum actuum. rationis enim eſt ordina-
re ad finem: qui in agendis, ſecundũ Phi-
loſ. primum principium eſt. In vno quoq;
autem genere id ꝙ eſt, principium menſu-
ra eſt, & regula illius generis, ſicut vnitas
in genere numeri & motus in genere mo-

19 tuum. Ex quo concluditur † legem eſſe regulam quandam deriuatam & ductam a ratione recta, ſecundum beatum Thom. in j. ij. q. xc. artic. j. Vt tamen ethicorum. v. philo. ait: licet lex ſit regula, propter duritiem plumbea eſſe debet, cum interdum lapides ſic dolari non poſsint vt equentur alijs in edificio exiſtentibus, in quibus ideo plumbea regula recuruabitur & denuo ad rectitudinem redibit, ita accidit in lege. occurrunt enim particulares aliqui caſus in quibus legis rectitudo quæ communiter locũ habet, ſeruari nequit, regulam in illis flectere, & per diſpenſationem incuruare opus eſt. Vnde quemadmodum volens parietis murive rectitudinem comprehendere, regulam ſuper imponit, ex quo deprehẽditur ſi quid diſtortum & obliquum in muro fuerit: ita qui actus humanos, an boni vel mali ſint cognoſcere cupit, regulam eorum ſuperimpon t, id eſt legem ex qua cognoſcere poterit an recta vel obliqua ſint opera.

Ex quibus appatet ſecundum Cardin.
20 Alex. in dicto c. regula. ꝙ † lex duo principaliter facere debet dirigere ſcilicet & ordinare actus virtutum, prohibereque vitia, & actus a rectitudine diſtortos. Vnde qui ſuos actus dirigere deſiderat, ad legis rectitudinem oculos dirigat: hinc dicebat Propheta. tunc non confundar cũ in omni-
21 bus mãdatis tuis proſpexero. Proprie † vero ſtricteque loquendo. regula eſt plurium rerum ſub compendio facta traditio l. j. cũ
22 not. infra eodem titu. Et tunc † omnis iuris regula erit lex. ſed non econtrario omnis lex erit regula. Et ſecundum Zaſium Germanum in l. iura. ſupra de legibus, ex facto oritur lex: & hæc hypotheſis dicitur: quæ cum ſuper facto ponatur, omnes perſonas in quibus factum ſimile exiſtit comprehendit: ſed regula ad factum ſe nõ reſtringit, non oritur ex facto, ſed doctrinas dat generales ex. ll. extractas. & iſta in ꝓpoſito dicitur, theſis, id eſt generalis & reſtrictior poſitio nullo facto ſuppoſito. Lex itaque ex facto fundatur, regula ex lege. lex ad facta ſe arctat, regula factum non reſpicit. ſic Zaſius intellexit dicta l. prima, infra eodem. Verumtamen non eſt legem ſemper ex facto fundari, cum plures leges ſint nulla præcedente interrogatione æditæ, & quarum fundamentum ex facto occurrenti ſumptum minime fuit, ſed procedit in eis legiſlator declarando, vel doctrinas generales tradendo, aut futuris negotijs formam imponendo: iuxta l. leges. C. de legib. quamuis, vt in pluribus, a vero non abhorreat, ex facto oriri legem, & factum determinare. Dicit tamen etiam poteſt legem ſemper facti determinationem ſemper reſpicere, vel occurrẽtis, vel quod occurrere poteſt. videlicet, vt dictum eſt.
23 Aduerte etiam † ꝙ regula a diffinitione differt, vt per gloſ. & Deci. in l. omnis diffinitio. infra eodem, & ex finitione ipſorum terminorum patet. aliter enim diffinitur regula: aliter ipſa diffinitio, vt conſtat ex l. j. infra eod. & ex l. j. ff. de teſt. & l. j. ff. de acqui. poſſeſ. cum ibi not. per Bar. & alios, & dicetur deo dante. in d. l. omnis
24 diffinitio. In tex. rub. ibi † de: iſta præpoſitio denotat cauſam proximam & materialem, vt poſt Deci. & Moder. late ſcripſi in rub. ſupra ſi cer. pet. inferendo ad plures quæſtiones. Sciendum eſt etiam pro intelligentia & declaratione rub. & mate-
25 riæ, ꝙ † idem eſt dicere regula iuris quod regula iuridica: quemadmodum capa Socratis dicitur capa ſocratica, ſecundum Io. And. poſt Ioan. Mona. in prohem. mercur. col. ij. Et ſicut declarat Bar. in l j. infra eo. & in l. j. ſupra de reg. cato. regula iuris trãſitiue & intrãſitiue capi poteſt. Primo modo capitur in hoc titulo: & vbi de iure prius conſtituto regula fit, conſequenter de iure ad regulam fit tranſitus. Secundo modo quando regula ius facit. vt in regula cato. vbi non fit tranſitus: ſed regula ipſa eſt ius. & facit ius ſecundum Bar. & Deci. in dicta l. j. §. Quid autẽ ſit regula iuris quomodo & qualiter conſtituatur, cuius effectus potentieque ſit. an & quomodo exceptio ſit de regula, illamq; declaret & firmet in caſibus non exceptuatis, & ad caſus exceptis ſimiles extendi poſſit, pluraq; alia ad materiam hanc pertinentia di-
26 cã in l. j. ti. noſtri. Deciſiones † vero quas domini Rotæ interpratando fecere non habent vim legis, nec ligant: cum l. condendæ poteſtatem ipſi non habeant: ſed inſtar aliarum deciſionum doctorum ſunt, licet magnæ ſint auctoritatis. Felyn. in c. ij. col. penulti. de reſcrip. & in c. paſtoralis. colũ. fina. de fide inſtrumen. & de authoritate Rotæ latius tradit Lud. Gomes in prohemium regularum cancellariȩ. char. vj. Vnde in locis præallega. inferebat Felyn. ꝙ valida eſt ſententia contra deciſiones Rotæ: præcipue vero ab illis recedendum eſt quando ad oppoſitum validiores rationes militant: vt per Gemini a. in c. duobus. de reſcrip. in vj. Deci. in c. j. in ſecunda le

ſtan. de conſtitu.& ff.ſi cer.peta.in l. j.col. iiij.ſecunda lectu. De quibus quidem deciſionibus Rotæ dicebat contra Roma. Alexan.in l.ſi cum dotem.in.§.eo autem tempore.col.ij.ff.ſol.matri.ꝙ quando ipſe Roman.aliquod ſomnium affirmare volebat, authoritate antiquarum deciſionum Rotæ mouebatur, quas inuenire difficile erat:cũ tot eſſent vt vix vno curru veherẽtur,ideo Alexan. parum ſibi credebat vt ipſe ſcri-
27 bit. De regulis Cancellariæ † maius dubium videtur, vt tradit Ioan. Milis in repertorio in verbo lex col.j.& latius Ludoui.Gomes in loco præalleg.& Guil.Caſſadorus in deciſio.ad regulas cancella. deciſio.xxxj.vbi late vagantur. Concluſiue procedendo dicimus, ꝙ extra curiam non ligant. Fely.& Deci.in locis præalleg. niſi in reſpicientibus materias origines trahẽtes ex curia. Fely.pulchre in d.c.ij.col.penul.Vel niſi extracta fuerit decorpore iuris communis, vt ibi per Ripam col.final.
28 Gratias † vero ſucceſſorum põtificis niſi per ipſum confirmatæ fuerint non ligant. Fely.in locis præalleg.vbi etiam de extra-
29 uagantibus agit. De † de præſumptionibus vero iuris, ac iuris & de iure. vide Felyn.no.in c.quanto.colum.ij.de præſump.

SVMMARIVM.

1 *Paulus & Vlpianus iuriſconſulti quo tempore floruerint.*

2 *Titus Liuius Patauinus quo tempore floruit. Et ipſius oſſa vbi reperiantur.*

3 *Diffinitio ſeu deſcriptio debet præcedere tractatum.*

4 *Regula eſt quæ ius in varijs partibus conſtitutum breuiter recitat.*

5 *Regula & generalis eſſe, & omnia comprehendere debet. Et quibus verbis conſtitui debet.nu.6.*

7 *Indefinita æquipollet vniuerſali ex interpretatione Niſi negatiue ſit plata.nu.8. Intellectus l.ſi ſeruitus.ff.de ſerui.vrbano.prædio.*

9 *Indefinita in obligatione bonorum generaliter facta æquipollet vniuerſali quando eſt eadem ratio.*

10 *Idem in ſtatutis.*

11 *Statutum.ſi illuſorium redderetur, tunc à propria ſignificatione receditur.*

12 *Stante ſtatuto quòd occidens occidatur niſi habuerit pacem ab hæredibus occiſi, an ſufficiat quòd habuerit pacem cum vno, an vero requiratur ab omnibus.*

13 *Indefinita in lege æquipollet vniuerſali. Et quid ſi prolata ſit ab homine circa res nu.14. Et quid circa perſonas.nu.15.*

16 *Indefinita in materia probatoria quæ de neceſſitate debet concludere, non æquipollet vniuerſali. Et ponuntur declarationes.*

17 *Indefinita quando æquipolleat vniuerſali collectiue, vel diſtributiue. Remiſſiue.*

18 *Regula nõ facit ius, ſed ex iure colligitur. Et quibus caſibus nu.19.*

20 *Regula ſumi potuit ex legibus reſecatis, quas hodie non habemus.*

21 *Regulam habentes in caſibus non deciſis à iure, quòd habent intentionem fundatã.*

22 *Regula ſeu diſpoſitio generalis comprehendit etiam cauſam dotis vel militem. Fallit quando loquitur in materia in quã cauſa vel perſona ſit priuilegiata.*

23 *Regulæ officium eſt clauo rationis plures caſus ſimiles coniungere.*

24 *Coniunctio plurium inſtrumentorum faciunt probationem liquidam. Item & duarum legum.*

25 *Regula quando perdat officium ſuum. & nume.28.*

26 *Dictio generaliter ſe habet in plus quam regulariter.*

27 *In generali legato quando includantur venalia.remiſſiue. Et poſt nu.35.*

29 *Exceptio licet ſit contra regulam eſt tamẽ de genere regulæ. Et ſufficit quòd ſit ſecundum quid.nu.30.*

31 *Exceptio firmat regulam in caſibus nõ exceptuatis.limita nu.34.& 36.*

32 *Exceptio regulam declarat in quibus terminis loquatur. Et quando inepta reputatur.*

33 *Recognitio facta epiſcopo Mutinenſi per*

hæc verba, quicquid habeo in ciuitate mutinæ excepta tali domo: non cōprehendit iuriſdictionem quā habet in homines mutinæ.

34 *Stante ſtatuto, quòd debeat ſolui gabella de omni inſtrumēto cōtinente 100. lib. excepto inſtrumēto procuræ: nō cōprehendit inſtrumētū legitimationis de quo gabella non fuit ſoluta.*

35 *Clauſula nō obſtātibus, gratiam firmat.*

37 *Epiſcopus ſi conceſſit vicario vt poſſit facere omnia quæ poteſt ipſe epiſcopus excepta collatione beneficiorum: an poſſit facere alia reſeruata ipſi epiſcopo.*

38 *In generali confirmatione priuilegiorū an & quando intelliguntur confirmata priuilegia contra ius.*

39 *In delictis ubi imponitur pœna corporalis dolus requiritur.*

40 *Exceptio facta in aliquo caſu quādo ad ſimiles porrigatur per alia iura, Vel per viā extēſionis nu. 41. & vſque in finem.*

42 *Stante ſtatuto quòd occidēs occidatur niſi ſe defendēdo fecerit: nō occidetur qui culpa leui, aut lata, caſualiter occiderit.*

43 *Præſcriptio & cōſuetudo an extendantur de vno caſu ad alium remiſſiue.*

Regula. I. *Paulus.*

REGVLA eſt, quæ rē q̄ eſt, breuiter enarrat: non vt ex regula ius ſumatur: ſed ex iure quod eſt regula fiat. Per regulam igitur breuis rerum narratio traditur. Et vt ait Sabinus quaſi cauſæ coniunctio eſt: quæ ſimul cum in aliquo vitiata eſt perdit officium ſuum.

Paulum Patauinum Iuriſconſultum peritiſsimum huiuſcę primæ legis, quemadmodum ex præſcripto cognoſcimus, authorem fuiſſe conſtat: quem & Vlpianum amicos gratiſsimoſque fuiſſe Alexan. ſeuero alias Mammeę quarto & vigeſimo Romanorum Imperatori apud Hiſtoricos inuenies: collapſamq; imperij dignitatem, (vt in vita eiuſdem Alexandri Hęlius Lāpridius ſcribit) ipſius Pauli & Vlpiani legum verticum Imperatorem optimum reſtituiſſe, Romanorumq; rempublicam feliciſsime rexiſſe.

1 † floruerunt hi ſapientiſsimi iuriſconſulti ſub eodem Alexandro tēporibus Chriſtianæ ſalutis circiter annos, xxiiij. ſupra ducentos, vt ſcribunt Hiſtorici, chriſtianos tamen fuiſſe non legimus, ſed duros aſperoſque chriſtianis minime fuiſſe crediderim: cum Imperator ipſe conſilijs eorum viuens, Chriſtum vt prophetam ſanctiſsimi inter deos referri voluerit, imaginiq; ſuę max. reuerentiam, teſte Lampridio, impenderit.

2 Sed † Tit. Liui. etiā Patauinus hiſtoricus eloquentiſſ. longo temporis interuallo præceſsit ſub Auguſto & Tiberio paucis aliquot annis ante Chriſti aduentum natus, tertio, quartoue anno Imperij ipſius Tiberij, vt Euſebius Cęſarienſis & alij hiſtorici ſcribunt. Cuius oſſa in Palatio Patauinorum iacent lapide marmoreo erecto muroq; affixo, his literis inciſis.

Oſſa Titi Liuij Patauini vnius omnium mortalium iudicio digniſsima, cuius prope inuicto calamo inuicti pop. Rom. res geſtæ conſcriberentur.

Blund. autem de Italia illuſt. non hoc, ſed quædam alia monumenta refert per Liuium ędificata. Quia lex iſta obſcura difficiliſq; videtur, gloſſator ſumma ope eam declarare nixus fuit diuidendo in quatuor partes, materiamq; ſuper ipſis not. expediendo: quem ordinem ſequutus eſt etiā hic Dec. Ego clarius enucleando diuido in quinque partes. In prima iuriſconſultus regulam deſcribit. In ſecunda quæ eſt ibi; nō vt, tangit quæ ſit poteſtas & natura regulæ. In tertia quæ eſt ibi, per regulā, ex prædictis infert primum dictum dilucidius declarans. In quarta ibi, & vt ait, quod eſſe debeat officium regulæ ponit. In quinta & vltima quæ ibi eſt, quæ ſimul, docet officiū perdere vbi exceptionem patitur. Nota

3 in primis † iuriſconſultum eius regularū iuris tractatum a deſcriptione regulæ recte incepiſſe: omnis enim, quæ a ratione ſuſcipitur de aliqua re īſtitutio deberet a diffinitione proficiſci vt intelligatur quid ſit id de quo diſputatur, ſecundum Cicerone in principio librorum ſuorum de officiis, & iuriſconſult. in l. j. ff. ſi cert. pet. & latius di

cetur in l.omnis diffinitio.infra eodem.ſed
quemadmodum voluit gl in rub. ſexti lib.
hoc cod.titu. Iuriſconſultus hic magis de-
ſcribendo quam diffiniendo procedit, &
prudenter quidem, cum periculoſa minus
ſit deſcriptio quam diffinitio:prout ibidem
4 videbimus.Eſt igitur,inquit,regula†quæ
rem,de qua eſt ſermo, breuiter enarrat: id
eſt ius in varijs partibus conſtitutum bre-
uiter recitat.ſicq; ſecundum glo. hic & in
d.l.omnis diffinitio. regula dicitur pluriũ
rerum ſub cõpendio facta traditio: id quod
clare hic voluit iuriſconſultus dum deſcri-
ptionem declarando ſubiungit, per regulã
igitur breuis rerum enarratio traditur.lau-
dabilis igitur eſt breuitas de quo in prohe.
5 ffforum late ſcripſimus.Et†quia regula ge
neralis eſſe debet,cunctaq; comprehende-
re:conſtituitur, ſecundum glo. & Bart. hic
glo.& Dynũ in rub.extra eo. in vj.per ver
ba quæ de ſui natura omnia cõprehendũt.
id eſt per ſigna vniuerſalia affirmatiua quę
omnia comprehendunt. Item per negati-
ua, quæ vniuerſaliter negando omnia ex-
cludunt. ac per indefinita quæ vniuerſa-
liter æquippollent. exempla ipſi tradunt.
conſtituitur etiam per verbũ plerunq; vt
6 in iij.no.poſt Deci. videbimus. † Dicun-
tur autem vniuerſalia ſigna ſecundũ gloſſ.
& Bar.hic & in l.ſi pluribus.ff de leg.ij.&
Gemin.in c.vt circa.in prin.ij.col. de elec.
lib.vj.ea quę ſequũtur. omnia,nemo, nul-
lus,nihil,nũquam,ſemper,& ſimilia.Barto.
tñ in l.ſi ita.col.ij.ff.de auro & arg.leg. &
Soci.in.§.vtrum.col.pen.volunt illam vo
cẽ omnia, generale ſignum eſſe cunctaque
comprehendere.Indefinita eſt quando ter-
minus pluribus ſecũdũ eãdem ſignificatio
nẽ naturaliter conueniens ponitur: prout,
homo,fœmina,ſeruus, & ſimilia. dicuntur
enim indefinita:id eſt nõ diſtincta & gene-
raliter dicta:quia non magis de vno ꝙ̃ de
alio intelligũtur.Quædam appellantur ſin-
gularia,vt Petrus, fundus, ſempronius, et
ſimilia quẽadmodũ ex infra dicendis appa
rebit.Particularia vero quibus particulare
ſignũ præponitur vt cũ dicitur, vnus, ali-
quis &c.Itẽ vniuerſalium orationum quę-
dã ſunt diſtributiuę, vt quilibet. quædam
collectiuæ vt omnis.Inter quas eſt differẽ-
tia:vt per gloſ. d.l.ſi pluribus.oratio enim
diſtributiua actum inſolidũ cuilibet attri-
buit cui adiũgitur:vt ſi dicat̃,ꝙ pro quali-
bet hora intereſſentes diebus indulgẽtiarũ
cõdonẽtur,& tũc cuilibet intereſſenti die-
bus xl.ꝓ vna hora cõcedũtur,cle.vnica.in.

ſi.de reliq.& vẽ.ſan. Sed oratio collectiua
oĩbus ſimul attribuit actũ cui adijcitur: vt
cũ dicimus,oẽs Canonici ius habẽt eligẽdi.
collectiue.n.& nõ ſingulariter intelligit̃.c.
7 in geneſi. de elec.lib.vj. †An aũt indefi
nita vniuerſali ęquipolleat Bar. ad dicta in
d.l.ſi pluribus. ſe remittit. Dyn. tractat in
pręalleg.loco. Videndum eſt primum,ſecũ-
dum Bartol.hic.& in d l.ſi pluribus,vtrum
ęquipolleat ex propria ſignificatione vo-
cabuli,an ex interpretatiua.ſeu ex benigni
tate? Bar.pręalleg.& in l.oẽs populi. in iij.
q.vj.q.princ.ver.vt igitur. de iuſt. & iur.
poſt Pet.de Bellaper.hoc eſſe dicit ex hu-
manitate & benignitate,nõ ex propria ſi-
gnificatione vocabuli.nõ.n.paria ſunt hęc.
homo currit: & omnis homo currit.ſecũdo
enim caſu falſus redditur ſermo vno mini-
me currente. ſed nõ in primo.§.vtrum cum
not.per Bart. l. ſi is qui ducenta.ff.de reb.
dub.Pro qua opi.adduxit ſemper Bar. tex.
l.ſi ſeruitus impoſita.ff.de ſeru.vrb. præd.
ibi,humanius eſt verbo generali omne lu-
mẽ ſignificari. Vbi ſi cautum fuerit ne lu-
minibus officiat̃:hęc indefinita oratio am-
biguitatem generat, an de præſentibus, vel
ẽt de futuris luminibus intelligat̃:& ex hu
manitate reſpõ.ibi iuriſcõſultus, interpre-
tationẽ fieri vt oĩa cõprehẽdat, & ad futu-
ra quoq; referat̃.Et ſequũtur cõiter ſcribẽ.
vt per Gemi.in cap.vt circa. de elec. in vj.
Cor.in cõſi.cccxiiij.col.pe.lib.iiij & Iaſ.
in l.ij.co.fi.ff.de lib.& poſth.Imo.& alios
in d.l.ſi pluribus.& cõtra Soci. ſcribit hic
Deci.in ij. col.aſſerens ita cõiter tenere do
cto.adde Soci.in tract.fallẽ.(ſi ipſius ſunt)
in regula.ccxlvij.Curt.ĩ l.j.col.ij.& iij.ff.
ſi cer.pe.Deci.in cõſi.iij.colũ. iij. vbi poſt
8 Fulg.ponit†ꝙ licet indefinita affirmatiuę
ꝓlata nõ ęquipolleat vniuerſali de ꝓprieta
te ſermonis.d.l.ſi ſeruitus:ſecus tñ eſt ſi ſit
negatiue ꝓlata,cũ potẽtior ſit negatiua di-
ſpoſitio ꝙ̃ affirmatiua,vt ibi p eũ. Itẽ adde
Arc.in rub.ff.ſol.mat.col.iij.vbi aliud eſſe
dicit,in verbo gñali, qđ proprie competit
oĩbus ſub ſe cõtẽtis.de quo pulchre Soci.
in l.j.colũ.ij.ff.de vulg. & Mod.Peruſ. in
præal.rub.ſol.mat.colũ. xix. cum ſequen.
9 In†obligatione tñ generaliter facta inde-
finita nõ ęquipollet vniuerſali, vt per De-
ci.in cõſi.xxx.ſequit̃ ſimpliciter Pariſius
in cõſi.lxxxviij.col.pe.vol.j.ſed Dec. ex-
preſſe loquit̃,qñ nõ eſt eadem ratio, aliud
eſſe ſubiũgẽs in diſpoſitione vniuerſali, in
qua omnia includũtur: quia qui omnia di-
cit nihil excludit,c.ſi romanorũ, xix. diſt.

& hanc differẽtiam colligi, dicit, ex Bart. in d.l. ſi pluribus. & ſi diceres. d.l. ſi ſeruitus, nõ probare id ad quod allegat: cum nõ eſſet ibi dubitatio de indefinita an ęquipolleret uniuerſali, ſed an futura comprehẽderet, ꝓpter regulã. l. ſi ita. ff. de auro & arg. leg. & reſpõ. ꝙ ſic ex benignitate. rationẽ aſsignat Bar. in d.l. ſi. col. ij. Rñdeo ꝙ probat vtrũq;. vt ibi volũt Bald. Ang. & Pau. de Caſt. ꝙ cõprehẽdat futura ex benignitate tex. clare dicit. ꝙ ęquipolleat uniuerſali probatur ibi, verbo gñali omne lumẽ ſignificari. per quã quidem. l. plures. not. decidũt quęſtiones p doct. in locis alleg. per Alex in apoſtil. ad Barto. in d.l. ſi ſeruitus. Dicendũ eſt igitur indefinitã ęquipollere vniuerſali ex ſignificatione interprętatiua. per illũ tex. & per rationẽ Pet. ſupra relatam. Et propterea ſecundũ ſubiectã materiã, vt infra dicã, iudicabimus vtrũ particulariter an vniuerſaliter accipienda ſit oratio. Ex quibus inferri poſſe videbatur,

10 †prædictã cõcluſionẽ nõ procedere in ſtatutis, in quibus a propria ſignificatione vocabuli nõ eſt recedẽdũ. l. cõſtitutionibus. & ibi not. ff. ad municip. c. ĩ noſtra. de iniur. & poſt alios in terminis. ponit Ioã. Crot. in repet. d.l. omnes populi. colum. xxxvj. in ſecunda cõcluſ. Dyn. tamẽ in rub. de re. iu. in vj. & Bar. in locis pręalleg. Imol. & alij. in d.l. ſi pluribus. Gemin. in d.c. vt circa. Bald. in tract. ſtat. ſuper verbo indefinita. Bald. Ang. & alij. in d. l. ſi ſeruitus. communiter oppoſitum cõcludũt indefinitam ęquipollere vniuerſali ẽt in ſtatutis, in his vʒ. in quibus eadem eſt ratio. Et dicit not. Bal. in d.l. ſi ſeruitus. ꝙ æquipollet vniuerſali ex ſignificatione interprętatiua attentã mente ſeu ratione, non ex neceſsitate ſermonis, hocq; velle. l. illam. vnde, credo, ſubijcit, ꝙ etiam in ſtatutis indefinita accipiatur pro vniuerſali qñ eſt eadem ratio et cõditio particularis: quia etiã ratio & mẽs ſtatuti ponderanda eſt, ſicuti ratio cõſuetudinis l. prima C. quæ ſit Lon. cõſue. prædictam opi. ꝙ in ſtatutis indefinita æquipolleat vniuerſali, tenet etiam Nellus in tracta. bannit in ſecũda parte. ſecũdi tempo. quæſt. l v. ſtante ſtatuto. & Dec. in l. j. in prima lectu. Flor. colum. iij. ff. ſi cer. peta. eo quia, quicquid ſit de diſpoſitione hominis, in diſpoſitione. l. indefinita ęquipollet vniuerſali. allegat Bar. in d.l. ſi pluribus. col. j. & illud dictũ Bart. ſequũtur cõiter doc. vt per Cur. in l. j. col. ij. & iij. ſi cert. pet. Pariſ. in d.c. auditis, col. v, Archi, & Card. Alex. in c. ſi romanorũ. ad ſi. xix. diſt. vbi dicũt, ꝙ indefinita canonis vel legis generalẽ regulã tradere intẽdentis ęquipollet vniuerſali: ſecus in indefinita communis locutionis. vel clarius dicũt, quãdo non eſt eadem ratio, vel conditio omniũ particulariũ cõprehenſorum ſub indefinita, tunc non ęquipollet vniuerſali. l. quæſitum. §. illud. ff. de leg. iij. alias ſecus. d.l. ſi pluribus. & hoc volunt Bal. Ang. & alij ſuperius relati. Nellus in tract. bannit. in ſecunda parte, ſecũdi temporis. q. l v. incip. ſtante ſtatuto. & Deci. in conſi. cccxliij. ccclxxxviij. & cccexc. Nõ ergo dicamus. cum Deci. in d.l. j. col. iij. ꝙ in ſtatuto indefinita ęquipolleat vniuerſali, quia in diſpoſitione legis iſtud ſtatuitur: loquũtur enim Bar. & alij ſupra alleg. hoc dicentes de vniuerſali lege, nõ de particulari: prout eſt ſtatutum. l. j. ff. ad munic. & ſic quæ non eſt lex ſimpliciter, ſed ſecundum quid. verum id eſſe ex ſignificatione interprætatiua, & ex mẽte ſtatuentiũ, per prædicta, alias ſtatutum eſſet eluſoriũ, ideo ex idẽtitate rationis omnia comprehẽdit. arg. c. j. de fil. presbyt. & l. a Titio. ff. de verb. oblig. Licet. n. ſtatutum ſtricte interprętãdum ſit: non tamen eo modo vt nullum eluſoriumue reddatur, arg. l. ſi qñ. ff. de leg. j. & not. in c. ad audientiam de decim.

11 Nec refragatur, ꝙ † in ſtatutis nõ ſit a propria ſignificatione verborũ recedeñ. hoc enim ꝓcedit vbi ſic intelligẽdo ſtatutum nõ eſſet eluſorium: alias ſecus, per prædicta. & l. ſi ſtipulatus fuero per te nõ fieri. cũ ibi not. ff. de verbo. oblig. vbi aũt eſſet caſus in quo nõ eſſet eadẽ ratio cum indefinita nõ cõprehendat ex propria ſignificatione, tũc non comprehenderet nec ęquipolleret vniuerſali, vt probari videtur in d.c. ad audientiam. & in c. cũ dilectus. de cler. non reſid. vbi ſtatuta verbis indefinitis cõcipiũtur, dum dicitur, canonici nõ aũt omnes Cano. & tñ fit ibi interprętatio vt omnes cõprehẽdat, præter illos in quibus contraria militat ratio, vt quãdo ſunt in ſeruitijs Papæ aut eccleſiæ. Dicitq; Bal. in l. ſi in. §. in cõputatione. col. ſi. C. de iur. delib. eſſe ibi glo. quæ ad hoc ſemper allegať, ꝙ ſtatutum indefinitę loquẽs per ius cõe diſtinguitur. nã indefinita ẽt in ſtatutis non ęquipollet (ait) vniuerſali, vbi cõtraria eſt ratio, & cõditio terminorũ includendorum & excludendorum. Cum enim ſtatutum loquať indefinitę intelligiť loqui ſcdm naturã indefinitę, & indefinita locutio recipit reſtrictionem etiam proprie & abſq; abu-

ſtone loquendo,quia non ſignificat vniuer
ſaliter ſignificatione neceſſaria, ſed ſignifi-
catione contingenti. Ex prædictis infer
tur ad deciſionem queſtionis formatæ per
Bart.in l.iiij.in.§.cato.col.pen.ff. de verb.
12 ob.ꝙ †diſponente ſtatuto, homicidam vl-
timo ſupplicio affici niſi ab hærede occiſi
pacem impetrauerit:non ſufficere ab vno
vel altero, vbi ſunt plures, habere pacem,
verum ab omnibus habendam eſſe:quia il-
la indefinita ab herede equipollet vniuer-
ſali,perindeque eſſe, ac ſi diceret ab omni
hærede:& ita tenent Alex. Iaſo. & omnes
mo.d.cõtra Bar.in d.§.cato.in vltimis col.
Cum aũt indefinita equipolleat vniuer-
ſali in ſtatutis:proculdubio, vt diximus ſe-
cundũ Bart. & doc.in locis præallegatis.
13 †dicendũ eſt equipollere in lege quæ gene
ralis eſſe debet, & omnia comprehendere.
l.iij.& l.leges ſacratiſsime.C. de.ll. & ſu-
pra de legib.l.j.& ij. Si igitur loquat' lex
de venditore,locum habet in omni vendi-
tore. de homicida, in omni homicida, de
vſufructu,in omni vſufructu de eccleſia, in
omnibus eccleſijs, & ſic de alijs. Si vero
14 †ab homine indefinita proferatur in mãte
ria neceſſaria,exempli gratia, in diffinitio-
nibus,vt cũ dicimus homo eſt animal,obli
gatio eſt iuris vinculum &c.tunc equipol-
let vniuerſali, quia cum diffinito conuerti
diffinitio debet: vt per Bartol. & Paul. de
Caſt.in d.l.ſi pluribus. Idem eſt in materia
impoſsibili negatiue ſumpta,eſt.n.in effe-
ctu neceſſaria: vt cũ dico,homo non eſt la-
pis.idem enim eſt ac ſi dicatur, nullus ho-
mo eſt lapis,ſecundũ Ioan.mona.& Gemi.
in d.c.vt circa.eo maxime, quia magis ne-
gat negatiua,quã affirmet affirmatiua l. hoc
genus.cum ibi not.ff. de condi. & demon.
ſecundũ Paul. de Caſt. in d.l.ſi pluribus.
Si aũt proferatur in materia contingen-
ti:tunc,aut profertur negatiue, & equipol
let vniuerſali d.§.vtrum.&.§.ſi. l.ij. ff. de
verb.oblig.vbi promiſsio per heredẽ meũ
non fieri,intelligitur, ideſt per nullum hæ-
redẽ. Aut ponitur affirmatiue: & tunc aut
communi termino aliquid adiicitur quod
contingenter ex aliquo euentu ei ineſſe po
teſt preter voluntatem diſponentis,& tunc
equipollet, vel non æquipollet vniuerſali
ſecundum contingentiam caſus: vt cum di-
cimus,homo currit: vtrum curtat vel non
ex voluntate mea non dependet,ſi ergo cõ
tingat omnẽ hominem currere equipollet
tunc vniuerſali. ſin autem aliquem tantum
currere contingat tunc non equipollet vni
uerſali. Si vero contingentia dependet ex
voluntate proferentis, vt in legato lanæ
vel marmoris,indefinita non videtur vni-
uerſali æquipollere. ſi.n.alicui lego omne
marmor,& ſtatuas marmoreas & cæteras
ſpecies ex marmore factas legaſſe videor.
l.heres §.j.ff.de leg.iij.et ff.de auro et arg.
leg.l.j. Et tñ ſi marmori indefinite lego,ſola
rudis materia cõprehẽditur, nõ aũt ſpecies
ex marmore factę.l. quęſitũ.§.illud. ff. de
leg.iij. Pariter ſi lana indefinitę legetur,tin
cta in legato non continetur. pulcher tex.
in l.ſi cui.ff.de leg.iij.ſecus ſi leget' omnis
lana.l.pediculis §.lana.cũ glo.ff.de aur.&
arg.leg. Dic ꝙ quñ non eſt eadẽ ratio,& om
niũ particularium in vniuerſo cõprehenſo
rum cõditio ꝓpter aliquod accidẽs,indefi-
nita nõ equipollet vniuerſali.nam tinctura
lanę & ſpẽs marmoris nõ cedũt ex ipſa ori
gine, ſed ex accidenti hominis operatio-
ne, & maioris æſtimationis eſſe poſſet ip-
ſum additum tincturæ vel ſpeciei quam
principale ipſum. Sed quando omnium
particularium eadem eſt ratio & condi-
tio, quia non variatur per accidens licet
forte ſit ibi imparitas ex origine, quia alia
lana,exempli gratia, melior & nobilior
eſt ex origine, & ſimiliter in marmore,
tunc indefinita negatiue aut affirmatiuæ
prolata æquipollet vniuerſali.§. vtrum.
& l. ſi pluribus præalleg. ſecundum gloſ.
in dicto cap. vt circa. in verbo aliorum.
Verba igitur iſta,piſcis, aurum, argentũ,
lana, ex ſui natura generalitatem quan-
dam ſignificant. Et prædicta procedunt
15 in indefinita circa res prolata: Verum† ſi
proferatur circa perſonas, tunc aut pro-
fertur in caſu odioſo, & non æquipollet:
vnde non ſunt paria exhæredare filios &
omnes filios.l.j.& ij.cum no. ff. de lib. &
poſthu.aut in caſu fauorabili & tunc equi-
pollet l.ſi quis ita.ff.de teſta.tut vbi plu-
res habens filios ſi tutorem filio det,omni-
bus filijs dediſſe cenſetur. Illud autem.
16 ſcias†ꝙ in materia probatoria, quæ de ne
ceſsitate debet concludere, indefinita non
æquipollet vniuerſali, ſiue prolata ſit a
teſtibus, ſiue in inſtrumento, vt late per
Abb. Felyn. & Moder.in cap. auditis. de
præſcrip. Curt. Iun. in conſil. xvij. colũ.
pen. Dec.in c.cum omnes.in ij. lectura. de
conſtitu.Iaſo.in l.ij.col.fin. ſupra de lib.&
poſth.& Aquen.in l.Celſus.col.pe. & fin.
vbi etiam per Balbum in repet. ff. de vſu-
cap. Vnde concludunt,ꝙ ſi teſtes deponant
aliquẽ exercuiſſe iura epiſcopalia,nõ ꝓbat'

de omnibus: cum illorũ dictũ in aliquibus verificari poſsit. Quodq; ſi teſtes dicant canonicos feciſſe talem actum, non concludunt ꝙ omnes fecerint: cũ duo feciſſe potuerint. Et ſi deponant Titium poſſediſſe ab annis decem citra, non probant cõtinuationem poſſeſsionis: cum in vna die depoſitio verificari poſsit. etiam ſi deponant Titium talem fundum poſſediſſe, nec dicãt de toto: concludenter de toto non probãt. Pariter ſi dicant tale, quid factum videntibus dominis molendini, non probãt de omnibus dominis: vt per ſcriben. præallega.

Sed quod de fundo dictum fuit, verum non eſt cum de toto intelligatur. Are. conſi. ciij. in cauſa. col. ij. Alexan. conſi. liiij. viſo col. ij. lib. v. Soci. in l. ij. in. §. fi. col. ij. ff. ſi cer. peta. & in l. ſi quis cum totum. vbi plenius ff. de excep. rei iudi. vbi poſt Bart. ait, ꝙ depoſitio ad fundum puta Cornelianum ſe referens, indefinita non eſt, ſed particularis. Limita etiam prædicta quando teſtes ad articulum ſeu capitulum ſe referunt: vt per Fely. & alios in d. c. auditis. & Aquen. addentem aliam limita. loco proxime alleg. ad id quod diximus de teſte deponẽte quempiam fundum poſſediſſe a decem annis citra. De quibus videri ẽt poſſunt quæ ſcribit quidam Gramma Neapo-
17 li. in vo. xxvj. Et tandem ſi vis ſcire, † qñ indefinita æquipolleat vniuerſali collectiue, aut diſtributiue, vide Bar. & alios inferentes ad not. quæſtio. ad fi. d. l. ſi pluribus. & Rumum in j. lectu. repe. §. Cato. fol. xj. colum. ij.

18 Secundo not. † regulam non facere ius, ſed ex iure, quod prius erat, regulam ipſam ſumi. Ideo dicit Raph. Commen. in l. ij. ff. de leg. j. ꝙ regula non poteſt extendere ſtatutum, quia ſic cõſtitueret ius nouũ, ſed Are. ibi ad fin. commenti damnans Rapha. in illo articu. reſpondet, ꝙ licet regula non inducat ius nouum, ſed inductum narret, vt hic: per hoc tamen non ſequitur, ꝙ extenſio, quæ fit ad equiparata, per regulam fiat virtute regulæ. fit enim virtute legis, de qua mentio eſt in regula, per quam legem facta fuit adequatio: vt ibi per eum. Et niſi regula ex iure quod prius eſt ſumeretur. non bene diceretur regula iuris: quemadmodum in regula ligni, vel ferri, neceſſe eſt materias illas pręcedere lignum, aut ferrum, ad hoc vt ex eis diſponatur regula, ſic in regula iuris neceſſe eſt ius, quod eſt materia, præueniſſe ad hoc vt regula inde diſponi poſsit, ſecundum glo. in rub. extra de regul. iur. in vj. Et hoc procedit capien-
19 do regulam iuris tranſitiue, † ſed capiendo in tranſitiue, quicquid ibi dicat gl. vt in regula Catoniana, & in caſibus antea nõ determinatis, regula facit ius: eſtq; vnum & idem, ſecundum Bart. & cõiter doc. vt hic per Deci. facit quod dixi ſupra ad fi. rubr. ꝙ ſit idem dicere regula iuris, & regula iuridica: ſicuti capa Socratis, & capa ſocratica. Vel ſaltem ſecũdum gl. ibi diſpoſitione condentis regulam præceſsit ius. videns enim formator regulæ ſic de iure eſſe debere, quod ſaltem in eius mente ſedebat regulam formauit. Et hoc reſpectu, ius dicit ars boni & æqui. ſi enim iuris ſcientiam in homine ponimus, dicemus, ꝙ ars ſiue conceptus, qui eſt in tali homine, eſt ars in mente hominis iuſti & æqui, diuinarum humanarumq; rerum notitiam habentis, æquumq; ab iniquo, iuſtum ab iniuſto, licitum ab illicito, ſcientis diſcernere. Habet ergo talis homo artem & ius in mente, veluti artifex quiſq; qui opus in eſſe producere vult, in mente conceptum habet, quæ mentis ratio vel conceptus dicitur ars, etiã ante operis in actum productionem. A tali igitur iure & arte licet nondum ſcripta (ſecundũ Ioannem And. in prohem. mercur.) regula produci poſſet. Nec eſt conſequentia bona: non apparent leges diſponentes, quod in regula dicitur: ergo non facit ius, ſeu fieri non debet deciſio ſecundum regulam, cũ
20 † etiam ſumi potuerit ex legibus, quas hodie non habemus, cum innumeræ ſint reſecatæ: ita ſcribit in terminis Corne. in l. nutritoribus. in fi. C. cõia de ſucceſſ.

21 Et adeo regula ius facit, † ꝙ habens pro ſe regulam dicitur rem certam & intentionem fundatam habere; ideo allegãti ſpecialitatem onus probandi incumbit. vt hic plene per Deci. Philip. Franc. in rub. extra eo. col. ij. Fely. in c. quoniam frequenter. in prin. in iij. col. vt lite non conteſta. Iaſ. pulchre in l. cætera. in iij. no. ff. de leg. j. Deci. in conſi. ciij. col. ij. Curt. in rub. C. qui admitti. col. iij. dum ponit, ꝙ excipiens contra regulam de tẽpore, illud probare debet, & dicit eleganter Are. in l. j. col. fi. ff. de teſta. ꝙ ſecũdum ius noſtrum eſſentia & forma ſubſtantialis rei conſideratur, ſecundũ id quod ipſi rei ineſt regulariter vt in pluribus. caſus eſt, dicit, cũ gl. in l. ſuus quoq; in. §. puto. ff. de hæred. inſti. ideo reprehendit gl. in rub. ff de vſufru. quæ dixit, ꝙ id quod aliquo caſu deeſt rei, non eſt de eſſentia rei,

22 Nūquid autē† regula vel diſpoſitio gene raliter loquēs comprehēdat etiam cām pri uilegiatā puta dotis vel perſonā priuilegia tā:puta militē?Dec.cōcludit ꝙ ſic: niſi ſit priuilegiata in materia, de qua eſt ſermo, ꝑ tex.in l.in fraudem.in.§.pe.& fi.ff. de teſt. mil.quicquid dixerit.Iaſo.in l.j. in iij. no. ff.ſolut.matrimo.hallucinatus ex dicto Saly.in l.fi.C.de iure dot. per illum text. ibi enim cauſa ſpecialiter erat priuilegiata:;vt per eum.idem vult ipſe Dec.in c.ſedes.col. vj.de reſcrip.in l. ij.C. vnde lib. in conſil. v. & in conſil. cccj.in ;quibus locis atteſtatur iudicatū fuiſſe pro hac ſententia iuxta conſultationes eius. Inuenio ꝙ Moder. de Fano.in tract.de pign.in viij.parte. fol. 11.& ſeq.cum Iaſo.ſentiunt, idem tenuiſſe dicētes Bal.Saly.Soci.Bal.Nouel.in tract. de iure dot.& quoſdam Moder. Florentinos.atteſtāturque opi.iſtam cōmunem eſſe nec eſſe ab eadē, quā aliquibus cōprobāt, recedēdū. Sed non. reſpō.ad rationes deciſiones & iura Dec.cum quo tenet Crot. de Monteferrato in repet.l. ſi conſtante.co lum.iiij.ad fi.ff.ſol.mat.Frāci. Ripa in repet.l.fi.q.ij.C.de reuoc.don.& in d.l.j.col. iiij.ff.ſolu.matri.& Mod. Pap.in l. hæres abſens.ad fin.prin.ff.de iudi. erroneā reputantes regulam Iaſo. ꝙ lex generaliter loquēs locū non habeat in cauſa dotis.per d. l.fi. cum dicto Saly. C.de iure dot. ſi enim vera eſſet cōfunderentur, dicūt,infinitæ deciſiones.habet enim dos multa priuilegia, vt notorium eſt, ſuper quibus priuilegijs plurimum laborant doct.ſi verum eſſet cauſam dotis exemptam eſſe ab omnibus legibus generaliter loquētibus ſuperuacaneum eſſet tātum ſuper ſpecialibus priuilegijs laborare.Nec obſtat d.l.fi.cum doctrina Saly.quia non probat. dicebatur enim ibi,ꝙ dos non requirebat inſinuationē. Saly. infert ad ſtatuta requirentia ꝙ inſtrumēta regiſtrentur,vt locū non habeant in cauſa dotis. ratio mouēs Saly.eſt, quia erat ibi ſpecialiter deciſum in cauſa dotis ꝙ inſinuatio neceſſaria nō eſſet:& ideo nō erit etiam neceſſaria regiſtratio quę inſinuationi ſimilis eſt.ſed ꝙ velit Saly. oēs leges generaliter loquētes nō habere locū in cauſa dotis,nec eſt verū,nec tenendū,dicūt ipſi, quia infinita reſultarent abſurda. Et hæc opinio mirum in modum mihi placet. Tertio

23 not. ibi quaſi cauſæ coniunctio eſt.† officium regulæ eſſe clauo rationis plures caus ſimiles cōiungere: vt hic declarat gloſ. & melius Dyn.poſt gloſſ. ibi in rubri. extra eod.lib.vj.in iiij.& v.colum.dum quorundam expoſitionibus reprobatis regulam, inquit, eſſe cōiunctionem rationis, quia de ratione plurium caſuum eādem rationem habētium vnam numero generalē traditionem facit,ita vt rationes, quæ primum plures erāt numero, ad vnum omnibus per regulam coniunctis reducantur. exemplificando vt per Dynum ibi, & glo.

24 hic.Et nota†ꝙ talis cōiunctio etiam plurium inſtrumentorum fieri debet ad eliciēdam veritatem:ita Bald.in l. refert. per illum tex.C.de fal.cauſa adiec. leg. quemadmodum alibi dicitur valere.arg. ex coniunctione duarū legum.ff.de lib.& poſthu. in l.gallus.in.§.ille caſus.& ponit Curt.Iuni.in cōſil.cxlj.colum.j.ad fi. ſimiliter eademq; ratione in pluribus inſtrumētis ſeu ſcripturis.& quemadmodum tradit Bald. in conſi.cccxxxviij.incip.ea quæ veniūt. lib.ij. illud quod intelligitur per relationē ad aliud, vere & proprie intelligitur: quia ex cōtinuatione & cōiunctione duarū ſcripturarū reſultat vere certum,& natura relationis,dicit,eſt natura veritatis patentis ex cōiunctione ſcripturarum.ſequitur Dec. in cōſil.ccccxcvij.colum.ij.& conſil. cccccxxxviij.colum.ij.Et ex contractu pręambulo ſequēs dubius recipit interprętationē & declarationē,et ꝙ ex interuallo ſequatur.vt per Alex.plene in cōſi.lij.incip.Circa.col.v.lib.iiij.& cōſi.xxxviij.colū. j.in v.vol.Rom.cōſi.cccclxx.& cccclxxviij. & pulchre per collegium Papieñ.in conſilio impreſſo poſt trac.Bruni Aſteñ.de augmento.colum.iii. Curt.Iun.in cōſi. vj.colum.iij.& Dec.in conſi.xxiii.ad fin.ij.colum. faciūt quæ dicam infra in iiii. not. in verſic. quemadmodum igitur. Quinimmo licet publicatis atteſtationibus prohibita ſit probatio,tamen iſtud non procedit vbi mixta ſit probatio ex ſcriptura & teſtibus.c.ſeries.vbi late Canon.de teſti.;Deci.notabiliter poſt alios declarās in l. certi conditio.in.§.quoniam.colum. fina.ff. ſi certum peta.

25 Quarto not.ex tex.ſcdm Deci.† vitiari aliquādo regulam,& tūc officiū ſuum perdere. ſed hic ſermo mihi nō placet, nec ex textu bene ſumitur.dicēdo.n. quandoque. vel aliquādo, inuitur ſecus cōmuniter eſſe: quod tamē verum nō eſt quia dicitur regula quaſi regulariter vera.propriū igitur regulæ eſt ꝙ habēt fallentias.ſecūdum gloſ. rub.de regu.iur.in vj.circa princi.& Card. Alex.in c.ſynodum.per illū tex.xvii. diſt.

non: vt ait Dec. quandoque. Eſt autem vi-
tiare, corrumpere: ſed hic per translationē
accipitur, vt vitiata dicatur regula in caſi-
bus in quibus exceptionem patitur. Me-
lius itaque notari poteſt, ꝙ vbi regula vi-
tiatur ideſt corrumpitur & fallit, officium
perdit ſuū, quia deficit in ipſis caſibus ex-
ceptis, vt ſtatim dicetur. eſt autem iniquum
regulam non fallere & non vitiari vbi ęqui
tas ſuggerit. c. intelleximus. cum not. per
Abba. ibi in prima colum. de iudic. & per
Lancel. Galiaul. in repeti. l. cēturio. colum.
xli. verſic. ſecundo pro iſta communi. ff. de
26 vulgar. An autem verba iſta, † regula-
riter & generaliter paria ſint potentiæ,
vel in plus ſe habeat generalis diſpoſitio,
ꝗ regularis? Docto. communiter tenent
ꝙ in plus ſe habeat verbum generaliter,
quam verbum regulariter. quaſi dicatur
regulare quod in aliquibus caſibus fallit:
generale vero quod infallibiliter eſt ve-
rum, nec patitur exceptionem: ſecundum
communiter ſcribentes per Deci. hic in
iiii. not. relatos, & tradit etiam Cardi. Ale-
xand. in d. c. ſynodum, colum. j. Ipſe tamen
Deci. cōtrarium firmat. primo quia regula
conſtituitur, vt in ſuperioribus vidimus, ex
oratione vniuerſali, vel indefinita. i. gene-
rali: & ſic idem importare videtur regulari
ter, quod vniuerſaliter aut generaliter. Se-
cundo per deciſionem Bar. in l. generali. in
§. vxori. ff. de vſufr. lega. volētis in legato
generali nō includi venalia, ſecus in vni-
uerſali. non videtur itaque verum inquit
Deci. ꝙ verbum generaliter excludat exce
ptiones, quia idem importaret quod ver-
bum vniuerſaliter. Sed pro communi opi
nione videtur text. apertus. in cap. vene-
rabilem. cum ibi not. per Abba. de ele-
ctio. ibi regulariter & generaliter. alte-
rum enim ſuperflueret nihilue operare-
tur, ſi eiuſdem ſignificationis eſſent. Rur-
ſus verbum regulariter, vt ex prædictis
apparet, præſupponit caſus aliquos ſpe-
ciales eſſe, in quibus aliud ſtatuitur: ſed
verbum generaliter omnia includit. l. ge-
nerali lege. C. de ſacroſanct. eccle. iuncta.
l. leges ſacratiſsimæ. C. de legi. ibi ab om-
nibus obſeruentur. generalitas igitur om-
nes perſonas comprehendit. His rationi-
bus non reſpond. Deci. & ad eius pri-
mum motiuum reſponde, regulam qui-
dem conſtitui per verba quæ de ſui natu-
ra omnia comprehendant: ſed quia exce-
ptiones diuerſam rationem habentes ne-
queunt ſub regula includi ob repugnan-
tiam rationis, ideo mirum non eſt ſi re-
gula non comprehendit omnia, quæ ta-
men per diſpoſitionem vniuerſalem vel
27 generalem comprehenduntur. Ad † de-
ciſionem Bartol. in. §. vxori. dicas, ꝙ male
per Deci. intelligitur: vt per Modet. de
Fano. in tract. de pignor. fol. vi. nume. 34.
& latius ſcripſi in repet. l. fina. C. de pact.
poſt Socin. in. §. vtrum. colum. pen. pro-
bando hanc orationem, obligo omnia bo-
na mea, eſſe generalem: indefinitam cum
dico, obligo bona mea. Et quicquid di-
cat Deci. text. l. obligatione generali. ff.
de pigno. & hypothe. procedit etiam in
obligante omnia bona ſua: oratio autem
vniuerſalis eſt vbi ponitur nomen de ſui
natura collectiuum, vt grex, peculium, &
ſimilia. Quemadmodum igitur ex præ-
28 dictis apparet, † cum in aliquo vitiata eſt
regula ſtatim perdit officium ſuum: &
conſequenter ſenſus iſtius noſtræ. l. j. in fi-
ne. (vt poſt Angel. hic. in ſecunda colum.
vult Deci.) eſt, ꝙ exceptiones ſunt con-
tra regulam, ideſt contra illud quod dici-
tur in regula. in illis itaque non eſt mirum
ſi perdit officium ſuum, quia tunc deficit:
ſicuti qui retrocedit, nō cenſetur vt pro-
cedat pedē promouere. vnaq; & eadem res
nō operatur cōtrarios effectus: ita vult hęc
lex ad fin. Concordat text. in l. in his. ff. de
leg. vbi tamē iuriſconſultus alia dicēdi for
ma & modo, in hoc noſtro propoſito, & ca
ſu vtitur. dicens in his quę contra rationē
iuris cōſtituta ſunt. i. in exceptionibus, non
poſſumus iuris regulā ſequi, quia deficit in
dictis caſibus, officiūq; ſuum perdit, cum
exceptio ſit contra regulā. Et pro clariori
adhuc intelligentia ſi vis exempla. vide
gloſ. quæ duo exempla tradit. in d. l. in his.
& ibi Bald. pulchre dicit de natura exce-
ptionis eſſe, vt procedat de corpore pri-
meue diſpoſitionis, & probat contrarium
eius quod eſt in præcedenti. quæ verba
pulchra & notanda reputat Curt. Senior
inferens ad not. quæſtionem, in conſi. lxv.
in iij. colum. & Franc. Ripa ad aliam quæ-
ſtionem etiam inferens, lib. j. reſpon c. vj.
num. 6. facit quod dixi. ſupra in iij. not. &
quod ſcribit Bal. no. in tract. dotium fol. 11.
ad fi. j. part. Et archiepiſcopus Floren. in
prima parte ſuæ ſummæ ſub. c. de re. iur. ti-
tu. xx. quærit, vtrum exceptiones conti-
neantur ſub regula: & concludit ꝙ quantū
ad poteſtatem verborū, quæ in ea proferū-
tur vniuerſaliter vel indefinitæ, affirman-
do vel negando, comprehendit exceptio-

nes,alias non diceretur exceptio: vt ſi di-
cerem omnis homo currit excepto equo
Titij:hic non eſt exceptio, quia equus Ti
tij non comprehendebatur ſub propoſitio-
ne illa,omnis homo currit. ſed ſi dico om-
nis homo currit excepto Titio: illa eſt pro
pria exceptio,quia propoſitio cõprehende
bat Titium tollitur ergo Titius dicit vir-
tute exceptionis quo ad materiam de qua
eſt ſermo. Sed quantum ad iuris determina
tionem exceptio non comprehenditur ſub
regula: quia contraria ratio & ius eſt tã in
exceptione q̃ in regula. hoc igitur ſubdit
archiepiſcopus operatur exceptio, vt illud
quod alias ſub verbis regulę cõprehende-
batur a determinatione regulę exceptio-
nis virtute tollat. Regula ergo in generali
tate verborũ ſeu quantum ad verba com-
prehendit exceptiones, quæ tolluntur a re-
gula virtute exceptionis, quo ad materiam
de qua in regula. quo aũt ad iuris diſpoſi-
tionem non comprehenduntur ſub regula.
Quamuis tamen, vt ex prædictis liquet,
29 exceptio† non ſit de regula,i. de officio,
vel diſpoſitione regulę, ſed contra regulã,
contraq; illud quod in regula dicitur (non
enim regulatur a regula) eatenus tamẽ eſt
de regula: quia debet eſſe de terminis regu-
læ & poſſe prędicari de regula: alias ſeque
retur abſurdum, ꝙ exceptio eſſet ſuperflua
quod eſſe non debet. ſecundum Are. in con-
ſil. xxx. col. iiij. Item inepta ſimiliter eſſet
ipſa exceptio, ſi.n. regula eſſet de homine,
exceptio de equo, incongrua foret ſecun-
dum Bal. Pau. de Caſt. & alios in d.l. in his.
idq; ad ſenſum patet, quia enim adeo ine-
ptit, qui dicat omnem hominẽ præter equũ
Sempronij currere, Socratem enim ſi non
currat ręcte excipiet. & probatur etiam in
l. pe. ff. de vino leg. Hinc not. quæſtionem
determinat Dec. in conſi. dxc. ad fi. Suffi-
30 cit † tamen exceptionẽ eſſe de regula ſecũ
dũ quid: ita limitat Iaſ. per illum text. in l.
nummis. ff. de in litẽ iur. ĩ iij. col. exceptio
enim ibi poſita eſt de regula reſpectu iura-
menti in litem non iur. affectionis. facit qđ
de arg a ſimili dicimus ꝙ in omnibus non
requiritur ſimilitudo, ſed ſatis eſt ſimilitu-
dinem eſſe eo reſpectu de quo agitur. vt
poſt Abb. ſcribit Deci. in c. translato in j.
31 lect. col. iij. de cõſti. Firmatq; † exceptio re
gulam in caſibus non exceptuatis. tex. no.
in l. nã quod liquide. in. §. fi. ff. de pœn. leg.
vbi legata penu præter vinum, omnis pe-
nus vino excepto debetur. quem tex. pro
ſingulari ad hoc allegauit. Imo. ĩ l. ſi filio pręterito. ff, de inoff. tup. ſecundum Alex. in
conſi. lxiiij. colum. j. lib. iiij. Sed miror de
Alexandro id dicente & ſequente, cum ad
hoc propoſitum plures ſint concordantes
allegati per Lance. Dec. in l. generali. in. §.
vxori de vſufr. leg. per Fely. in locis. in-
fra allegandis. Dec. hic. & in c. cũ dilecta, ĩ
v. not. de confirm. vtil. vel inutil. & in con
ſil. clj. col. ij. & conſi. dciiij. col. iiij. & prius
per Barb. qui plura alia adduxit in conſil.
ix. colum. pen. lib. iij. Et ſi omnia allegata
per præfatos ſcribentes id non probent:
prout tex. l. noſtræ & d.l. in his. in quibus
non dicitur, ꝙ exceptio firmet regulam in
caſibus non exceptuatis, ſed ꝙ exceptio
eſt contra regulam, cõtrariumq; eius quod
in regula dicitur ponit. vltra tamen. §. fi. d.
l. nã quod liquide. id optime probatur in l.
quæſitum. col. vlt. in ver. denique. ff. de fun.
inſtru. vbi in legato domus inſtructæ con-
tinetur veſtis: maxime inquit in propoſita
ſpecie. proponebatur enim eum qui legaue
rat argentum & rationes excepiſſe: & qui
hæc excepit non poteſt, ait, videri de cæte-
ris rebus quæ in ea domo eſſent ſenſiſſe. ex
cipere, intellige, vt ibi per gloſ. Probatur
quoque in auct. de non alie. aut permut. in
. §. vt autem lex. ibi neceſſarium exiſtima-
uimus quaſdam exceptiones dare legi cum
multis vigilijs, vt eas habẽs in auxilio lex
nequaquam moueatur. ergo firma remanet
in alijs non exceptis. Eſt etiam ad idẽ tex.
in præalleg. §. vxori. vt ibi not. Bartol. &
Lancel. Deci. item & alius tex. in c. domi-
nus. xxxij. q. vij. ad confirmandum vxorẽ
non eſſe dimittendam dominus ſolam for-
nicationis cauſam excepit: cæteras vero
vniuerſas & innumerabiles moleſtias ſi
quæ extiterint, iubet, inquit, pro fide con-
iugali & pro caſtitate fortiter ſuſtineri: &
ibi glo. not. Confirmantur prædicta ex eo
quod dicimus de negante alterum ex duo-
bus illatis, vt reliquum affirmare præſuma
tur. c. nonne de præſumpt. item ꝙ vno re-
probato reliqua confirmãtur l. tribunus. §.
fi. ff. de mil. teſta. & ꝙ vnius excluſio alte-
rius eſt incluſio & econtrario l. cum præ-
tor. ff. de iudi. l. maritus. C. de procur. cum
not. ibidem per ſcribentes, & Felyn. in d.
c. nonne. Aquen. in l. fi. ff. quod quiſque iu-
ris. Rimin. in l. j. colum. xviij. ſuper gloſ. in
verbo fortiſsimum. ff. de offi. eius, & Lan-
cel. Deci. in l. pen. colum. iij. C. de pact. in
quibus locis lim. alias, & declarationes po
nunt: præſertim, ꝙ vbi includitur vnus ca-
ſus ratione frequentioris vſus non exclu-

ditur

ditur vnus caſus ratione frequētioris vſus non excluditur caſus minus frequens. Et
32 pariter † exceptio regulam declarat, ſi forte poſita ſit generaliter & indefinite, vt cū teſtator mihi relinquit omnia dulcia, vel omnem penum præter vina, quæ Romæ ſunt; nam exceptio reſtringit, limitat, declarat vniuerſalem propoſitionem, vt non omnis penus ſimpliciter, ſed ea quę Romę eſt legata intelligatur d.§.fin.l.nam quod, liquide. ff.de pen.lega. vbi Bartol. nugas ſparſit ſuper relatiuo, & ſuper pœnu an ſit neutri vel maſculini generis. ſed ſecūdum Imo.in d.l.filio prꝗterito. ſenſus illius tex. eſt, ꝙ exceptio regulam declarat. præcedēte enim oratione generali vel indefinita ſi ſequatur caſus exceptus cum certa qualitate talis qualitas illuminat generalitatem eamq; declarat & temperat, & iſtud eſt ad quod Imo. illum tex. pro ſingulari adduxit in ſecundo reſpon. videlicet. non in primo: Ideo Corne. in conſi. cxcv. col. j. vol. j. dicit Imo. in d.l. filio ad hoc. pro ſingulari illum tex. allegare, ꝙ exceptio declaret regulam vt intelligatur ſecūdum terminos exceptionis: ex cuius qualitate datur intelligi de quo genere loquatur regula: vt etiam per Fely. in d.c. quoniam frequēter. in prin. in j. col. vt lit. non conteſt. & Deci. hic. col. ij. ad fi. & in conſi. ccccxx. col. ij, vbi poſt Alexā. concludit conſtare principē voluiſſe tertio præiudicare, quando excipit aliquid particulariter in quo noluit tertio præiudicare: in alijs enim non exceptuatis videtur voluiſſe iuri priuatorum derogare. & licet Fely. loco prꝗallegato ad iſtud propoſitum alia quædam iura citet; labitur tamen & æquiuocat, cum non probent exceptionem declarare regulam, ſed firmare & non ampliare. Confirmantur prædicta quia vbi fit mentio de genere & ſpecie, ſimul genus per ſpeciem declaratur & reſtringitur, l. ſed & ſi adijciatur. ff. pro ſocio, cum ibi not. per Bar. & dicam in l. in toto iure infra eod. Et per d.§.fi.l. nam quod liquide, & prædicta, ſcribit not. Deci. in c. ſedes. col. fi. de reſcrip. ꝙ quādo genus pręcedit, & ſequuntur ſpecies cum adiectionę certi loci, reſtringitur genus ad locum expreſſum: vt voluit Oldra. in conſi. viij. Si enim legata fuerit omnis penus præter vinum quod erat Romæ, legatum reſtringitur ad penum quæ Romæ erat, confirmatę per ſimilem tex. in l. quæſitum. in. §. j. ff. de lega. iij. iuncto ij. & vlti. reſponſo. d. §. cum glo. vbi teſtator legauit argentum omne & ſuppellectilem & quicquid habebat in pręɖio Semproniano, id legatum ad ea quæ in fundo Semproniano tantum erant reſtringitur: ideo ſubiungit ibi Deci. cum teſtator legaſſet vxori omnes res, pannos laneos, & lineos, & alias maſſarias domus: dicebam, inquit, in eo caſu qui ſenis occurrerat ꝙ legatum intelligebatur de omnibus rebus domus: & non de alijs quæ extra domum fuiſſent: vt latius etiam apparet ex ſuo conſil. xcij. faciunt quæ ipſemet ſcripſit in conſi. cxc. Probat igitur text. in d.l. quæſitum. in. §. j cū prædictis, ꝙ quemadmodū qualitas in exceptione poſita declarat regulam de quo genere, & in quibus terminis loquatur. §. fina. d.l. nam quod liquide, ita etiam ſi appoſita fuerit in parte aliqua regulæ vel legati facti. Ex prædi-
33 ctis infertur ad aliam nota. quæſtio. † quidam recognouit ſe tenere ab epiſcopo Mutinenſi quicquid habet in ciuitate Mutinę excepta tali domo: quæritur, an pro hoc videatur recognouiſſe iuriſdictionē quam habet in homines dictæ ciuitatis? Et videtur ꝙ ſic: quia verbum. quicquid, & verbum, omne, ex vniuerſo ſumitur & nihil excipit l. baliſta. & l. hæredes mei. in prin. ff. ad Trebel. & l. quicquid. ff. de verb. ob. & qui omne dicit nihil excludit l. Iulianus ff. de leg. iij. l. omnes. C. ſine cenſ. vel reliq. & l ſi quis ſeruos omnes. ff. de leg. iij. Sed ad oppo. ꝙ dictis verbis non comprehendatur iuriſdictio. & hoc ex vi exceptionis ſuadetur, nam cum excipiat vnum corporale, domum ſcilicet, videtur tacite declarare ſe de ſolis corporalibus ſenſiſſe. præalle. §. fi. l. nam quod liquide. virtus enim exceptionis eſt duplex eximere: extrahere, & virtutem indefiniti ſeu obſcuri ſermonis et præcedentis diſpoſiti declarare l. fin. §. cui dulcia. ff. de vino & oleo leg. quia præcedentia declarantur per ſequentia, & econtrario. cum igitur iuriſdictio res incorporalis ſit, & id qđ excipitur corporale cōſtare, liquido videtur de iuriſdictione nō fuiſſe intellectum. Item quia præiudicium aliquod propter rei incertitudinem afferri nō videtur. l. certum. in princ. ff. de confeſ. ſecundum Oldra. Bald. autem in tit. de capit. qui cur. vend. col. v. & ſequen. dicit, nō eſſe verum verba prædicta vniuerſalia eſſe ita incerta ꝙ vitiare debeant. per d. §. fi. & l. rei appel. ſupra titu. proximo. ideo ſic diſtingui debere dicit: aut recognoui quicquid poſsideo, & nō includitur iuriſdictio; quia eſſet trahere verba ad ſignificatum

impropriũ.l.ſeruus.§.incorporales. ſupra
de acqui.rerum domi. Aut recognoui quic
quid habeo,& includitur iuriſdictio de ꝓ-
prio verborum ſignificatu:ſequitur Iac.de
ſancto Georg. in tracta.feud. in verbo di-
ctique vaſalli promiſerunt recognoſcere,
col. v.licet Bal.corrupte & diminute refe-
rat: Et ad declarationem d.§.fi.l.nã quod
liquide.dicit etiam Cor.licet in ſono ver-
borum plura verba effundat.in auten.ex
cauſa.col.vij.& viij.C.de liber.præter.ꝙ
ibi ponitur regula & exceptio,quæ excep-
tio poſtea arctatur per adiectionem quan-
dam ſiue qualitatẽ, quæ adaptari poteſt ad
regulam & ad exceptionem. Sed cur rela-
tiuum quod ibi poſitum non magis refer-
tur ad vinum neutri generis q̃ ad penum
fœminini generis. Reſpon.poſſe ad vtrũq;
referri. & cum duo ſubſtantiua ad quæ re
fertur diuerſi generis ſint,ſe conformat cũ
proximiori, ſecundum figuram generum:
de qua facit mentionem Bar.in l.plantius.
ff.de auro & argen.lega.quæ in his termi-
nis erit zeuma.præcipue quia ĩ d.§.fi.cum
figura concurrit, ꝙ exceptio & regula cõ
formitatem inuicem habent, propterea cõ
uenit ꝙ ad vtrunque referatur. Et ita ait
procedat illud vulgatum ꝙ exceptio de-
clarat regulam,d.§.fi.non intelligas ſub-
iungit ibi Corn.ſimpliciter, ſed,prout ex
prædictis deprehenditur.nam ſi relatiuum
quod ad penum referri non poſſet non re-
ſtringeretur regula illa per dictam exce-
ptionem vt ibi per glo. & Bar.facit etiam
quod per.§.fi.determinat Bal.no.in tracta.
34 dot.fol.ij.col.j.Quantum tamen † ad alios
caſus,qui ſub regula non clauduntur, exce
ptio non dilatat,non extendit,nec ampliat
regulam,vt omnino omnes prædicti caſus
ſub illa pro except.comprehendantur,nec
facit vt regula extendatur ad ea quæ alias
exceptione minime facta ſub regula com-
prehenſa non fuiſſent.præalleg.§.vt autem
lex. cum glo.l.Lucius.§.hæredibus, vbi
Ang.& Pau.de Caſt.no.ff.ad Treb.& eſt
tex.not.in l.generali.in.§.vxori.ff.de vſu-
fruc.leg.& ibi Bar.tradit.nam in generali
legato eorum quæ in domo ſunt, non ve-
niunt venalia: quia iuris intellectu nõ cen
ſetur domi haberi quæ venalia ſunt, licet
de facto in domo reperiantur: vt ibi & in
l.ſi chorus.in.§.j.& l.ſi ita legatum. ſupra
de lega.iij.& l.quintus.ff.de auro & argẽ.
lega.ſi igitur teſtator vſumfru.eorum quæ
in domo ſunt legauerit, non veniunt lanæ
venabiles ibidẽ in domo repertę.d.§.vxo-
ri.Vnde exceptio ibi facta de argento, li-
cet vt dictum eſt regulam confirmet, non
tamen ampliat vt ſub generali illo legato
res venales includantur quæ in tali lega-
to alias non comprehendebantur. Cuius
concluſionis ratio eſt,quia exceptio fit ad
ad reſtringendum regulam: ideo illam am-
pliare non debet,nec contrarium effectum
operari.l.legata inutiliter.ff.de leg.j. Et
vltra ad hanc concluſionem accumulata
per Felynum in dicto capitulo quoniam
frequenter. in princi. & Deci. hic colum.
penulti. & in dicto capitulo cum dilecta.
col.ij.vide Bald.Angel.& Pau.de Caſt.in
d.l.in his.vbi not.determinat quæſtionẽ:
ſtatuto cauebatur de omni inſtrumento
continente ſummam centum librarum ſol-
ui debere gabellam & regiſtrari,alias nul-
lius ſit momenti,excepto inſtrumẽto pro-
curæ,id eſt procuratorij,ſiue mandati:acci
dit de quodam legitimationis inſtrumẽto
gabellam non fuiſſe ſolutam: dubitatũ fuit
vtrum vigore prædicti ſtatuti dictum legi
timationis inſtrumentum nullus eſſet robo
ris? Pau.de Caſt.dicit primam partem ſta
tuti generalem eſſe, & regulam ponere de
inſtrumentis continentibus certam quan-
titatem.vel rem ad quantitatem reducibi-
lem: ſed legitimationis inſtrumentum non
eſt huiuſmodi,quia extimationem non re-
cipit,ergo non comprehenditur ſub regula
l.iiij.§.totiens. cum doctrina Bartol.ff.de
damno infecto. & tradit Deci.in conſilio
dclxxv.Sed refragatur, quia exceptio de
inſtrumento procuræ,quod æſtimationem
non recipit, loquitur,ergo vt bona ſit ex-
ceptio ſupplenda eſt regula.vt comprehen
dat etiam inſtrumenta continentia quid
inæſtimabile,alias non eſſet de terminis re
gulæ. Oppoſitum determinat Paulus de
Caſtr.pro validitate inſtrumenti legitima-
tionis prædictæ: quia ſub regula ſtatuti
hic caſus non includitur.Nec obſtat ꝙ de
exceptione dicebatur, quia & ſi ĩ caſibus
nõ exceptuatis exceptio regulam firmet,
eamque declaret in quibus terminis loqua
tur: non tamen ampliat, vt illa extendi fa
ciat vltra terminos eius, verum potius di
cendum eſt exceptionem ineptam eſſe. &
ſequuntur communiter doctor. infra alle-
ga.Et ratio facile aſsignari poteſt, quia ſi
eo caſu exceptio regulam ampliaret & vl-
tra terminos eius extendi faceret, duo ſe-
querentur abſurda: quod exceptio eſſet
inepta & pariter regula,quæ de re æſtima
bili loquitur, contra.l.nam abſurdum.ff.

de bonis libe. & l.ratas.C.de reſcindenda
venditio. item quòd repugnantiam con-
trarietatemque in ſe contineret, contra
l.vbi repugnantia.infra eodem titulo. Eſt
autem minus inconueniens exceptionem
ineptam eſſe, quàm quòd ſit etiam inepta
regula repugnantiamque in ſe contineat,
eligendum igitur iſtud eſt.l. quotiens ni-
hil. infra eodem. Aliam not.deciſionem
ponit Bald.in dicta l.in his, quibus nõnul-
las addunt Seueri.in repetitio.l.omnes po
puli.colum.lxxvij. & Felyn. in d.c.quo-
niam frequenter. in princip.in iij.colum.
ſequentes deciſiones Bald.& Pau.de Ca.
35 præalleg.Et ſubiūgunt, ꝙ † ſicuti exce-
ptio regulam non ampliat, ita clauſula non
obſtantibus &c. gratiam firmat, non au-
tem ampliat. clementi.j.§.ad hæc.cum ibi
nota.de præbend.quodque ſicuti exceptio
regulam non extendit: ita nec ſignifica-
tum regulæ in non exceptuatis, exempli
gratia, ſtatuto ciuitatis Peruſinæ caueba-
tur, quòd exceptis nobilibus ciuitatis om
nes artifices poſſent de prioribus conſti-
tui: nunquid artifices ciuitatis de priori-
bus eſſe poterunt? Videbatur quod non:
quia exceptionis locus regulæ locum ar-
ctat.§.ſi.dicta l.nam quod liquide.Contra-
rium determinant Bald. Seueri.& Felyn.
præallega.argu.l.hæc oratio.ff.ſi libertus
ingen.eſſe dica.vbi loquens iuriſconſultus
de oratione generali prohibitiua tam di-
cit, nullam cauſam aut perſonam excipe-
re, quicquid enim non excipitur ſub iudi-
cio regulæ remanet.l.titiæ textores.ff.de
lega.j.& ad propoſitum alias quaſdam de-
ciſiones per prædicta ponunt Alex.in con
ſi.cvj.colum.ij.lib.v. Areti.conſi.viij.co-
lum. fina. & conſil.xxx. colum.iiij.cuius
tamen dicta latius ſtatim examinabimus.
Corne. in conſil.vij.lib.j.& Deci.in con-
ſi.xl.& xliiij.colum.ij. In legato igitur
de omnibus rebus quæ in tali domo ſunt
alicui facto, non comprehenduntur vena-
lia: quia iuris intellectu non cenſentur do
mi eſſe, ſed de facto & caſu quodam dicto
.§.vxori, quem Lance. Deci.ibi duplici-
ter limitat. Primo quando præter venalia
nihil in domo fuiſſet: facit quod dicimus
de regalibus quæ licet in generali conceſ-
ſione non veniant: ſecus tamen eſt quan-
do princeps in loco quem concedit nõ ha-
beret niſi regalia, argumen.l.fundus qui
locatus.ff.de fun.inſtruc, vt poſt alios tra-
dit Aquen.in titu.qui feud. dare poſſunt.
col.ij. Limitat etiam ſecundo in legato fa
cto per patrem filio, quando patrimonium
eſſet, ita amplum ꝙ per hoc præiudicare-
tur hæredibus: vt ibi per eum. Item &
tertio ex mente & verbis. Barto.ibidem.
quando teſtator legans dixiſſet ſe relinque
re omnia bona quæ in tali domo ſunt, quo-
quomodo ibi ſint: tunc enim includeren-
tur venalia. Hinc etiam dicit Corne. in
conſil.lvij.libr.j.quòd exceptio regulam
firmat in caſibus non exceptuatis & am-
pliat vt comprehendat ex mente diſponẽ-
tis ea quæ alias non comprehendiſſet ne
inepta ſit exceptio.& reſpondet ad.§.vxo
ri. illud procedere vbi eſt in iure determi-
natum ꝙ ſub verbis id non includitur: ſe-
cus eſſe, dicit, vbi verba ambigua & gene
ralia eſſent. vt ibi per eum: faciunt quæ
ſcribit Pariſius in conſi.lxvij.colum.fina.
lib.ij. Vel melius intellige vt ſtatim dicã
in verſi.melius dici poteſt. Item vbi exce
ptio fuiſſet de re venali quæ alias in lega-
to non comprehenditur virtute exceptio-
nis regula legati generalis etiam ad res ve
nales extenderetur vt congrua ſit exce-
ptio & aliquid operetur. argumẽ.l.ſi quan
do.ff.de legat.j.vt per Alexan. in conſil.
ccxv.incipi.nec arguendi.colũ.viij.verſi.
decimo conſidero,lib.ij.& Deci.hic colũ.
penul.& in conſi.ccclxxxj.colum.ij.vbi
ſcribit non procedere.d.§.vxori. quando
conſtat de voluntate teſtatoris ꝙ veniant
etiam venalia præſertim per text.in l.ſer-
uos.in.§.ſi.ff.de lega.iij.vbi ſerui venales
in legato non veniunt niſi ſit. fuerit eui-
dens teſtatoris voluntas, Reprehendit
etiam Lance.Deci.in d.§.vxori. Iaco.de
Areti.qui dixerat in obligatione omnium
bonorum non venire venalia. oppo.enim
verius eſt vbi ſimpliciter legauit quis om
nia bona: cum dictio, omnia, non reſtrin-
gatur.l.Iulianus.ff de leg.iij.ſecus ſi adda
tur locus puta, quæ in tali domo ſunt: ita
intelligitur & procedit.§.vxori. conferũt
ad propoſitum quæ ſcribunt Mode.de Fa-
no in tractatu de pigno.fol.vj. quæ omnia
not. ſunt ad intelligentiam & ornamẽtum
36 prædicti.§. vxori. Et † concluſio ſupe-
rius firmata de exceptione quæ non am-
pliat neque extendit regulam vltra ter-
minos eius, ſane intelligenda eſt: vt pro-
cedat quando fit exceptio de eo quod con
tinetur in regula, cum exceptio tunc ſatis
operetur reſtringẽdo regulã d.§.vxori. ſe-
cus ſi exceptio fuerit de eo quod in regula
nõ cõprehendebat, tunc enim an exceptio
ſuperflua inutiliſq; reddat, intelligit am-

pliare regulam ſecundum qualitatem ip-
ſius exceptionis.exempli gratia. ſi conſti-
tuo procuratorem generaliter ad omnia,nõ
comprehendũtur quæ ſpeciale mandatum
exigunt.c. qui ad agendum , de procurat.
libr.vj.ſed ſi conſtituerem procuratorem
ad omnia, excepto ꝙ iuramentum deferre
non poſsit , ſicq; vnum caſum excipio de
requirentibus ſpeciale mandatum:talis ex-
ceptio regulam declarat & ampliat vt etiã
includantur alia quæ mandatum exigunt
ſpeciale:vt poſt Lapum & Geminia.in di-
cto c.qui ad agendum. concludunt Alexã.
& alij in l.fi.ff.quod quiſque iur.Ex quo
enim exceptio alias inepta eſſet niſi regu-
la intelligeretur generaliter ac in quęrenti
bus ſpeciale mandatum , & verba regulæ
non repugnent , quia generalia ſunt & de
ſui natura apta quo ad ſonum verborum
cuncta comprehendere,& requirentia ſpe-
ciale mandatum puta , ampliatur tunc , &
extẽditur regula, vt omnia includat etiam
quæ ſpeciale exigunt mandatum : ſecus ſi
verba regulæ repugnarent penituſque re-
fragarentur:quia tunc regula per exceptio
nem non ampliatur neque extenditur : ſed
potius inepta iudicatur & reijcitur : vt de-
clarat Pau.de Caſt.in d.l.in his,quem in ſu
perioribus retuli. & hoc modo ſecundum
Deci.hic.colum.penul. & in d.c.cum dile-
cta.colũ.ij.& iij.concordari poſſunt multa
ſcribentium dicta,quę inter ſe contraria vi
debantur.Melius dici poteſt iſto caſu non
ampliari nec extẽdi regulam:vt retuli De-
ci.& præalleg.dicere,ſed regulam & gene
ralem concluſionem declarari per except.
vt intelligatur iſto caſu generaliter prout
verba ſonant etiam in requirentibus ſpe-
ciale mandatum . Et in his quæ alias ſine
expreſsione exceptionis non fuiſſent in re
gula comprehenſa ex veriſimili diſponen-
tis mente ac iuris cenſura. argumen.d.§.ſi.
l.nam quod liquide. & eorum quæ ſcribit
Corne.in conſ.lvij.lib.j.Et poſtquam hoc
ſcripſi,inueni ꝙ Deci.infra in princi.vlti.
col. melius conſiderans ꝙ̃ in ſuperioribus
fecerat , iſtud voluit,quando tamen exce-
ptio nihil reperit quod excipiat,nihil ope-
ratur.l.in lege.ff.de contrahen.empti. An-
gel.in l.certo.ff.de ſerui.ruſt.prædio.vnde
legatum prædij' exceptis vineis , ſi vineæ
nullæ erunt,vineas non comprehendit. vt
ibi & in l.ſi quis legauerit.ff.de legat.j.&
ratio manifeſta videtur , quia ſi non ſunt
comprehendi non poſſunt, cum non entis
nulle ſint qualitates.l.eius qui in prouin-
cia.ff.ſi certum peta. Et retenta concluſ.
prædicta ac reſolutione. dubia (vt inquit
Deci. in d.c.cum dilecta colũ.iij.& latius
hic.col.penul.& fin.) redditur deciſio Pe.
de Ancha. in c.ij.de offic.vica.lib.vj.vo-
37 lentis , † ꝙ ſi epiſcopus conceſſerit vica-
rio vt poſsit omnia quæ epiſcopus ipſe po
teſt , excepta collatione beneficiorum : ꝙ
non poterit facere alia epiſcopo reſeruata.
ſequitur Fely.in d.c. quoniam frequenter.
in princ.& Arc.in conſi.viij.circa fi.indu
cendo ſubtiliter tex.in l.fi.ff.quod quiſq;
iur. ſecundum vnam ſolu.gl.j.ꝑ quam pa-
ter,ꝙ licet lex vel ſtatutum puniat delictũ
excipiendo vnum caſum per quem a pœna
eximitur qui in dolo non eſt , per hoc non
ſequitur, dicit Aret.ꝙ in alijs caſibus ſta-
tutum comprehendat non doloſum . cum
enim vt inquit hic Deci exceptio facta ſit
de collatione beneficiorum quæ de reſer-
uatis epiſcopo exiſtit.c.ſi.de offic.vica.in
vj.talis exceptio regulam ampliare vide-
tur ad alia omnia quæ epiſcopo reſeruata
ſunt.vel melius, vt dixi , declarare vt om-
nia comprehendat ex mente diſponentis :
quia verba regulæ non repugnant : immo
conueniunt dum dicitur omnia conceſsiſ-
ſe:Quando enim conueniunt verba & re-
ſtringuntur ob veriſimilem mentem diſpo
nentis:vt in d.c.qui ad agen.& in d.c.fin.
de offic.vica. Excipiaturque caſus in quo
ſpecialis exigatur prouiſio ex tali exce-
ptione mens diſponentis cognoſcitur:ideo
verba generalia , generaliter intelliguntur
quemadmodum ſonãt, neque iſto caſu am-
pliatur regula,ſed potius dicendum eſt ver
ba generalia non reſtringi, ſecundum De-
ci.hic. colum.ſi.& in d.c.cum dilecta.col.
iij.& Pariſium in conſil.ſupra alleg. & cõ
ſequenter Deci.hic melius ſentiens quam
in ſuperioribus,poſuit concluſ.quam ſupra
dixi in verſic.melius dici poteſt. Mod.Pa
pien.in d.l.ſi.quod quiſque iur.poſt Fely.
in d.c.quoniam frequenter & alios ibi ci-
tatos contrarium tenent,ꝙ alij caſus vide-
licet ſpeciale mandatũ & commiſsionẽ in
ſpecie exigentes non includuntur ſub re-
gula vel diſpoſitione generali,quamuis fa-
cta fuerit exceptio vnius caſus ex requi-
rentibus ſpeciale mandatum , quia exce-
ptio regulam ad caſus qui ſub ea non com
prehenduntur non extendit.allegant quæ-
dam,ſed latius dictũ fuit in ſuperioribus.
adde Phil.Franc.in c.qui ad agendum , in
.§.j.præalleg. contra Lapum & Geminia.
tenentem in commiſsione epiſcopi vica-

tio facta vt poſſit omnia quæ poteſt epi-
ſcopus excepta collatione beneficiorum,
ꝙ alia epiſcopo reſeruata peragere expedi
req; nequeat, per regulam prædictam, ꝙ &
ſi exceptio firmet regulam in caſibus non
exceptuatis non tamen operatur incluſio-
nem caſuum qui de natura regulæ non in-
cluderentur.d.§.vxori. Sed non eſt rece-
dendum a prædicta diſtinctione & ab opi-
nio.ſuperius firmata quæ communis eſt in
iudicandoq; & conſulendo tenenda: vt per
Alexan. Iaſo.& Aquen.in dicta l.fi.quod
quiſque iur.& Iaſ.in l.nummis. colum.iij.
ff.de in litem iur. ſequitur Caſaneus Vl-
tramontanus in conſil.ſuo iij.per rationem
38 Areti.& Iaſon.ſupra alleg.ꝙ † licet ſum-
mus Pontifex in generali confirmatione
priuilegiorum non intelligatur confirma-
re priuilegia contra ius: ſi tamen vnum cō-
tra ius exciperet intelligeretur omnia alia
priuilegia quæ contra ius ſunt confirmare.
ad hoc vt exceptio ſit bona.per text. in l.
tribunus.in.§.j.ff.de milit.teſtam. Vt enim
dicunt Alexan.Iaſ.& alij præalleg.niſi ta-
lis exceptio operaretur incluſionem om-
nium caſuum requirentium alias ſpeciale
mandatum ſub regula, ipſa exceptio non
eſſet de regula vt eſſe debet, inutiliſque &
ſuperuacua redderetur: cum tamen fieri de-
beat interpretatio, vt actus valeat & ver-
ba aliquid operentur.l.quotiens in ſtipula-
tionibus.ff.de verbo. obligat.l.ſi quando.
ff.de leg.j.cum ibi not.idem voluit in præ-
allega. conſil.xxx.col.iiij.ꝙ exceptio de-
beat eſſe de regula, & declaret illam in ca
ſibus nō exceptuatis, alias ſequeretur ab-
ſurdum, dicit, ꝙ exceptio ſuperflua eſſet,
& eadem ratione poſt Ancha. voluit ꝙ fa
ciat includi caſus quos alias regula non cō
prehenderet, ne ſuperflua reddatur exce-
ptio ipſa. Et hanc opinio.tenuit etiam ipſe
Ancha.ſibi contrarius in rubri.extra de re
gul.iur.in vj.in iiij.quæſti.ſecundum quod
refert Alexan.in d.l.fin. Addas etiam pro
hac parte & ſic patebit reſpon.ad funda-
mentum Moder. Papi.& aliorum oppoſi-
tum tenētium, ꝙ hoc caſu & ſimilibus per
exceptionem non ampliatur nec extendi-
tur regula: ſed declaratur vt verba gene-
ralia regulæ vel diſpoſitionis generaliter
intelligantur vt ſonāt, talemque fuiſſe pro-
ferentis & diſponentis mentem: quod no.
Supereſt modo reſpondere argu. Are.in di
cto conſil.viij.circa fi.de l.fin.cum gloſ.ff.
quod quiſque iur.vbi patet, ꝙ licet lex uel
ſtatutum delictum puniat & vnum exci-
piat caſum per quem eximitur a pœna qui
non eſt in dolo, per hoc non ſequitur ꝙ in
alijs caſibus ſtat, comprehendat non do-
loſum, quam inductionem de text.illo pul-
chram dixit Fely.in dicto c.quoniam fre-
quenter. in ij.colum. Sed reſpondeo quod
in terminis prædictarum quæſtionum ver-
ba non refragantur nec repugnant, in ſuiq;
generalitate apta ſunt omnes caſus com-
prehendere, ideo nimirum ſi per exceptio
nem mens & intentio diſponentis declara-
tur, vt regula & cōcluſio generaliter intel-
ligatur, & comprehēdat omnes alios caſus
conſimilis rationis, & ita includit vt la-
tius in ſuperioribus dictum fuit. Sed in ter
minis argumenti facti per Areti. repugna-
39 ret lex & ratio, † quia in delictis maxi-
me vbi imponitur corporalis pœna dolus
requiritur: vt per Alexan. in conſil.cix.
ponderatis.col.iiij.libr.j. & Mod.Papi.in
d.l.fi.ad fi.ideo nimirum ſi dolus exigitur
& conſequenter termini diſpares ſunt: vn-
de ex diuerſis male infertur.l.pap. exuli.
ff.de mino.& iſtud eſt in effectu quod poſt
glo.dixit Alexan.in d.l.fi.ꝙ virtute exce-
ptionis nunquam ampliatur regula ſi cor-
rectio iuris ſequeretur, prout neceſſario cō
tingeret dato argu. Areti.pro bono & va-
lido. Et conſequenter ne ſequatur cor-
rectio iuris & abſurdum exceptio nō am-
pliat concluſionem: vt hic etiam per De-
cium colum.fina.ſeu melius non operatur
effectum declarationi de qua dictum eſt ſu
pra referendo Lapum, Gemini.& Ancha.

Concluſionem vero & declarationē præ
dictam dupliciter reſtringit Aquen.in di-
cta l.fi.ſed mihi parum placent: quando ve
ro expreſſa nominatim eſſent aliqua exi-
gentia ſpecialem expreſsionem, & inde ſu-
biecta generalis clauſula omnia iura &c.
omnia comprehenderentur per ea quæ ſcri
bunt docto. ꝙ licet in generali conceſsio-
ne non veniunt regalia, tamen ſi princeps
aliqua ex eis nominatim conceſsiſſet, inde
ſubiunxiſſet generalem clauſulam, omnia
iura &c.tunc veniunt etiam regalia: vt per
Fely.in c.quæ in eccleſiarum. de conſtitu.
& Aquen.in Specul. feu.in titu.qui feud.
dare poſſ.colum.ij. Ex prædictis nonnul-
le concluſiones colliguntur. Prima eſt ꝙ
licet exceptio non ſit de officio regulæ,
ſed contra regulam, tamen eſſe debet de ter
minis regulæ, alias non eſt bona, ſed inepta
& ſuperflua. Secunda, ꝙ exceptio regu-
lam confirmat in caſibus non exceptuatis
per rationes prædictas. Tertia quod exce

ptio regulam declarat in quibus terminis
loquatur,facitq; vt intelligatur ſecundum
terminos exceptionis,ex cuius qualitate,
de quo genere loquatur regula colligit.§.
fi.d.l.nam quod liquide.Et hoc quãdo ver
ba regulæ ſeu concluſionis nõ repugnant,
nec refragantur,ſed generalia ſunt & intel
ligentiam talem,patiuntur:alias ſecus. po-
tius enim tunc vitiatur exceptio & ſuper-
flua ineptaq; vt dixi reputatur.Quarta cõ
cluſio.exceptio nunquam ampliat nec ex-
tendit regulam vt ſub regula comprehendi
faciat ea quæ alias non facta exceptione
ſaltem in generalitate & ſono verborũ non
fuiſſent comprehenſa:quia inducta ad dimi
nutionem nõ debet operari augumentum.
& vna eademque res contrarios effectus
operari non debet, vt in ſuperioribus di-
40 ctum fuit. Videndũ quoq; eſt † pro com
plemento præſentis materiæ: vtrũ quem-
admodum limitatur non procedere regu-
lam in caſibus exceptuatis, vt dictum eſt,
pariformiter dicendum ſit non habere locũ
in caſibus ſimilibus exceptuatis, ſicq; ex-
ceptio facta in aliquo caſu ad ſimiles por-
rigatur? Pro intelligentia & enucleatio-
ne præſentis articuli nonnulli caſus diſcu-
tiendi ſunt.aliquando enim caſus exceptis
ſimiles per alia iura includuntur,& indubi
tati iuris eſt tales caſus non excludi,ſecun-
dum Decium hic col.fi.per text.in.§.quã-
quam.c.poſt translationem.de renun. & in
d.c.cum dilecta.vbi Cano.no.& eſt etiam
tex.in d.l.fina. vbi Alexan. Aquen.& alij
not.ff.quod quiſque iur. alias ſequeretur
iuris correctio quod eſt abſonum, vt per
eos.facit tex.c.in noſtra. de ſepultu. cum
nota.per Abba. licet enim priuilegium de
quo ibi ſuper electione liberæ ſepulturę ſo
lum excipiat interdictos & excommunica
tos,non per hoc firmatur regula cõceſsio-
nis vt poſsint ibi ſepeliri impuberes, quia
per alia iura prohibetur illis electio ſepul-
turæ: vt ibi per glo. & Felyn.in d.c.quo-
niam frequenter. ad fin.primę col.faciunt
quæ ſcribit idem Fely.in c.nonne. de præ-
ſumptio.& gloſ.not.in l.j.C.de conditio.
indebi. dicens, ꝙ poſitio vnius exceptio-
nis non remouet alias exceptiones in iure
expreſſas. quam glo.dicit not.Bald.ibi in
vlti.col. colligens ex ea,ꝙ exceptio limi-
tat regulam ſed non limitat alias exceptio-
nes.Et prædicta procedunt etiam ꝙ per di
ctionem taxatiuam tantum, aut duntaxat,
facta eſſet exceptio: quia propter hoc non
tolluntur aliæ exceptiones comprehenſæ
per alia iura, quia ſic corrigerentur dicta
iura, quod dicendum non eſt.l.ob æs.cum
glo.C.de prædi.minor.cum alijs hic addu
ctis per Decium, & in dicto c.cum dile-
cta. & Felyn.loco præallegato. colum.ij.
Alexan. Aquen. & alios in d.l.fina. Alex.
conſil.cxxx. incipien. in cauſa.colum.iij.
verſicu. nec obſtat. volu.iiij. vbi ampliat
etiam,ꝙ uerba taxatiua geminata fuiſſent.
faciunt quæ ſcribit Aquen. in præallegat.
titu.qui feud. dare poſſunt.colum.ij.in vj.
limita.Plura etiam ad prædictum propoſi-
tum congerunt Deci.in conſil.clj.col.iiij.
& cclxxxiiij. colum.ij.& iij.& conſilia
dcxcvij.& dcxcix.& Fran.Ripa in repe.
l.fina.C.de reuocan.dona.q.xlj.colum. pe
nulti. & fina.& quemadmodum diximus
hunc caſum pro indubitato doct. habent,
41 † Maius dubium eſt, quando alij caſus
per alia iura non includuntur,vtrum exce-
ptio facta in vnum caſum ad ſimilem por-
rigatur per viam extenſionis? Fely.in di-
cto c.quoniam frequenter.colum.j.et ij.de
hoc puncto nihil dicit. Si exceptio facta
fuerit taxatiue, tunc videtur ꝙ ad alios ca
ſus non extendatur: quia dictiones taxa-
tiuæ excludunt omnes alios caſus de pro-
prietate ſermonis.l. qui aliena.§.libertos.
ff.de nego. geſt. & C.de contratabu.l.pri-
ma cum ibi nota. ita concludit Deci.hic
circa fin.commenti alia quædam adducẽs.
Confirmari poteſt.ex not.per Bal.& Mo-
der.in auct.quas actiones.C.de ſacroſan.
eccleſi.vbi regulam dant,ꝙ taxatiua impe
dit extenſionem & quod ex identitate ra
tionis extenſio licita non eſt: vbi lex ta-
xatiue loquitur per tex.in l.ij.cum glo. C.
de patrib.qui fil.diſtra. Sed caue quia lex
illa ſecunda loquitur in odioſis in quibus
non fit extenſio. Barto.& Iaſo.in l.ſi con-
ſtante.in quinta & vlti.quæſtio.gl.ff.ſolu.
matri. Sed miror ꝙ Deci.ita leuiter tran-
ſeat & oppoſitum eius ꝙ ipſe ſcribit veri-
tate iuuatur, ꝙ ad caſum expreſſo ſimilem
ex paritate vel maioritate rationis permi-
ſa eſt extenſio in l.vel ſtatuto, non obſtan-
tibus dictionibus taxatiuis in eis appoſi-
tis in materia pia,aut fauorabili: immo in
odioſa pœnali limitatoria ac correctoria
quando ratio eſt ſcripta aut expreſſa in le-
ge vel ſtatuto: vt per Iaſo.in d.l.ſi cõſtan-
te.colum.xiij.& ſequentibus.vbi Crotus
char.vij.& viij.ff.ſolu.matrimo. Felyn.in
c.lator.extra de homicid.& Deci.in conſi.
clj.col.iiij.& in conſil.cclxxxiiij.colum.
ij.& iij. & in conſil.dcxcvij.& dcxcix.

Barba.in c.fina.de dona.Curt.iuniorem in conſi.lix.col.ij.& Ripam in repeti.d.l.fi. C.de reuocan.dona.in xli.q.vbi hanc opinio. communem eſſe teſtatur & ab eadem in iudicando & conſulendo nequaquam recedē. Quandoque vbi in lege vel ſtatuto ratio expreſſa eſt non dicitur extenſio illa quæ fit ex eadem ratione, ſed intenſio ſeu comprehenſio & propria diſpoſitio.l.cum mulier.ff.ſol.matrimo. quando enim in pluribus caſibus eadem eſt ratio, omnes caſus illa decidit, dicunt, non per extenſionem, ſed comprehenſiue: quia ſicut genus comprehendit ſpecies, ſic generalis ratio diuerſas ſpecies emergentium caſuum includit per doctrinam Bal. in l.de quibus.colum. vj.ſupra de legib. Et vbi ſubeſt maior ratio vel cauſa eadem ſubeſſe dicitur: quia comparatiuum relinquit poſitiuum in ſuo termino, vt per ſcriben.prælleg.faciliuſq; fit extenſio de caſu ad caſum ꝙ de perſona ad perſonam: vt poſt Areti.ſcribit Deci.in conſi.prælleg.præſertim permittitur dicta extenſio in pœnali etiam odioſaque materia quando diſpoſitio redderetur eluſoria ſi non extenderetur. argu.l.fina.ff.ne quid in loco publi.ac.l.& ſi prætor.ff.de iudi.cum ſimil.vt per Matheſi.in ſuo trac. extenſionum.col.penul.& Curt.Iuniorem in conſi.lix.col.j.Sinautem exceptio ſimpliciter facta ſit. tunc ſecundum Deci.videtur procedere prædicta concluſio ꝙ ad ſimiles caſus porrigatur. ſed quia materia extenſionis profunda eſt, hoc altiorem poſtularet indaginem, inquit, Deci. eodem modo perfunctorie tranſit [redacted]n.in c quoniam frequenter.in ij.colum.nihil firmās, ſed latius tetigit in c.lator, de homici.dum
41 refert Cardi.dicentem † ſtatuto diſponente, ꝙ omnis qui occidit occidatur niſi ſe defendendo fecerit: ſi tamen culpa leui, aut lata, caſualiter quis occiderit non occidetur, ſic conſuluiſſe ſe dicit in fauorem cuiuſdam, qui volens ramos piſcationem impedientes incidere, ſocium ſine dolo occiderat, ſequuntur ibi Ioan.de Ana.& Fely. quia tale ſtatutum caſum vnum ſolummodo excipiens interprætari nihilominus debet, ſecundum ius cōe, per quod nō punit homicida pœna mortis niſi dolo hoc fecerit, neque ſufficit lata culpa.l.in lege.ff.de ſicar.vt not.Bal.in l.data opera.col.vj.C. qui accuſa.& in l.quid ergo in.§.pœna grauia.ff.de infam.Nec obſtat dicunt, ꝙ exceptio facta in vno caſu regulam firmet in alijs non exceptuatis, quia reſpon, verum eſſe in caſibus diſſimilibus: non autem in ſimilibus, quia etiam lex taxatiue loquens per dictionem tantummodo vel duntaxat, extenditur ad caſum paris vel maioris rationis: vt per eum & dixi in ſuperioribus. Dicit etiam Aquē.in d.l.ſi.ff.quod quiſq; iur.diſtinguendum eſſe, an materia ſit fauorabilis, vel odioſa, aut mixta, & an ſimus in diſpoſitione hominis vel legis, aut ſtatuti.loquitur tamen remiſsiue nec mirū: quia materia extenſionis lata eſt & periculoſa: ideo Alex.in d.l.ſi conſtante.col.iiij.dixit vix in lectionibus decem expediri poſſe, de qua late ſcribunt doc.in l ſi vero.in §.de viro.ff.ſolu.ma.& latius Matheſi.in ſuo tract.de extenſione. Sed quemadmodū in ſuperioribus diximus ex identitate vel maioritate rationis extēſio fit ad caſum exceptuato ſimilem, etiā in odioſis & pœnalibus, & ſi ratio expreſſa & ſcripta ſit in lege fit extēſio etiam in materia limitatoria, & correctoria nō obſtante taxatiua in exceptione appoſita: fortius igitur quādo ſimpliciter et ſine taxatiua facta fuit exceptio. de qua tamen materia vide ſcribentes in dicta l.ſi conſtante. Alexan.& Moder. in l.ij.ff.de leg.j.& Balb.in tracta præſcript.
43 fol.j.colum iij.Nunquid autem † præſcriptio extendi poſsit de vno caſu ad alium. ponunt Fely.& Mode.in c.auditis.de præſcriptio, & Balb.in tractatu præſcrip.loco prællegato. Et pariter an conſuetudo de vno caſu ad alium extendi poſsit, late Butri.& alij maxime Roch.de Curte in repetitione capituli final. de conſuetudine in duodecima char.cum ſequenti.vbi de materia extenſionis plura ſcribit. Et iſta ſufficiant pro dote & ornamento iſtius primæ regulæ.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina dicitur a fœtu, id eſt partu.*
2 *Dictio, vel, quomodo accipiatur.*
3 *Fœmina eſt remota ab omnibus officijs ciuilibus, quæ ſunt tamen virilia. Et quæ ſint rationes. Fallit.nu.4*
5 *Fœmina non poteſt magiſtratum gerere. Nec eſſe procuratrix, poſtulare, vel pro alio fideiubere nu.6.*
7 *Fœmina Iudæa tutelam Iudæi adminiſtrare poteſt.*

8 *Fœmina tripliciter exceditur a viro.*

9 *Fœmina omnis eſt bona regulariter. Et triſtatur in morte maritorum, ſiue ſenem, ſiue iuuenem habeat.*

10 *Fœmina citius ſit viripotens quam vir, Et quæ ſit ratio.*

L. I I. Vlpianus.

FOEMINAE ab omnibus officiis ciuilibus vel publicis remotę ſũt: & ideo nec iudices eſſe poſſunt: nec magiſtratum gerere: nec poſtulare: nec pro alio interuenire: nec procuratrices exiſtere.

Diuiditur principiũ iſtius l. in duas partes. In prima ponit regulam. In ſecũda quæ eſt ibi, & ideo. illationem. Sumitur hæc regula ex. ll. per gloſ. hic allegatis. In tex.
1 ibi fœminæ: ſecundum Grammaticos† fœmina a fœtu ideſt partu dicta eſt. In eodem
2 tex. ibi ciuilibus vel publicis. aliqui† accipiunt, vel, pro ſeu: vt probari videtur in. §. fi. l. fi. ff. de munerib. & honor. quæ intelligentia non videtur bona: cum iuriſconſultis ex dictis verbis illationem faciat ad officia tam priuata q̃ publica: non ſumuntur, ergo pro eodem. Deci. hic tenet diſiunctiuam, vel, poni tanq̃ inter genus & ſpeciẽ: vt in rub. C. de ſerui. & aqua. Quæ declaratio videtur probari per finem iſtius l. ibi, impuberes ab omnibus officijs ciuilibus abſtinere debent. de publicis nõ facit mẽtionem, ex quo inſinuatur, ſignificaturque appellatione ciuilium cõtineri. ad idem l. j. ff. ad velleia. quæ ſimpliciter dicit, ciuilia officia fœminis eſſe adempta. & põdera q̃ eſt creatura Vlpiani ſicuti & noſtra.
3 Not. igitur,† fœminas debere eſſe remotas ab oĩbus officijs ciuilibus. intellige de virilibus nõ de alijs: vt per Abba. in c. dilecti. de arbi. & ideo iudices ſubiũgit tex. nequeunt eſſe. hocq; cõtingit nõ quia iudiciũ non habeant: ſed quia moribus & cõſuetudine ita receptum eſt. l. cum prætor. §. fi. ff. de iudi. quæ quidem cõſuetudo introducta eſt propter honeſtatẽ, ne virilibus officijs implicẽtur: ſecundum Abb. in d. c. dilecti. Mihi aũt videtur optime cõuenire & quadrare quatuor rationes aſsignatas per Bal. in l. quotiẽs. col. pe. C. de ſuis & leg. cur regulariter in feudo fœmina nõ ſuccedat. Primo propter honeſtatẽ, quæ nõ patitur, vt fœminæ virorum cetui ſe immiſceant. Secundo, propter fragilitatem cõſilij, & lubrica vota: cũ ter mutetur in hora. Quarto, ratione periculi: quia ſub ſecreto rem tenere non poſſunt. quibus rationibus prædictam cõſuetudinem veſtiri potuiſſe liquet. Vnde
4 † ſtante cõſuetudine contraria, aliud eſſet: aut ſi ex priuilegio principis id facere permitteret: aut iure hæreditario hoc ſibi cõpeteret: Deci. hic: Alber. & alij in d. c. dilecti. & in c. ſignificauit. de reſcrip. & Fel. in c. dilecta. de maio. & obedi. & licet mulier principaliter iuriſdictionem habere nõ poſſit, illam habere poterit in conſequentiam ſuperioritatis vel dignitatis aut ſucceſsionis. vno enim cõceſſo omnia alia ad illud conſecutiua conceſſa videtur. Immó quod plus eſt mulier regnum obtinere poteſt. c. cum deuotiſsimam. vbi Archi. no. xij. q. ij. vt ſcribit Cor. in cõſi. xvj. ad fi. vol. j. Cui ſuñe adſtipulatur Alex. cõſi. xxiiij. col. iij. lib. j. latius tradit Cur. in trac. feu. fo. xxiij. in viij. limi. de regno Siciliæ, in quo ex cõſuetudine non exiſtẽtibus maſculis ſuccedit fœmina, & pondera ex cõſuetudine dictum, nam de iure cõi in iſtis dignitatibus feudalibus fœmina non ſuccedit niſi aliud ſit in cõceſsione actum & expreſſum. Abba. in d. c. ſignificauit. oẽs in ti. qui feu da. poſ. in. §. hoc aũt notandum. per illum tex. & Deci. ſæpe, maxime in conſil. cclxix. cccxc. cccclxviij. ccccxcviij. cccccxvj.
5 col. vj. & cõſ. ſeq. Nec† etiam magiſtratuũ gerere poſſunt, ſubdit hic tex. quod de ordinario intellige vt a præcedenti differat. ad hoc tex. no. cum gl. in l. quidam cõſulebat. ff. de re iudi. Capi etiam poteſt pro officio publico: cõcordat text. i. §. corporalia. l. iij. ff. de mune. & hono. corporalia, inquit, munera fœminis ipſe ſexus denegat quo minus honores vel munera iniungantur. huic membro accommodabiles etiam ſunt ra-
6 tiones ſupra adductæ. Nec† etiam, ſubdit iuriſconſultus, procuratoris officiũ aſſumere aut poſtulare: vel pro alio intercedere poſſunt. ad primum dictum vltra alleg. per Deci. facit tex. not. in l. j. ff. ad Velleia. ſicut moribus, ait, ciuilia officia fœminis adepta ſunt: ita multo magis adimendum eis fuit officium, in quo non ſolum opera nudumque miniſterium verſatur, ſed etiam periculum rei familiaris: limitan-

do,vt ibi per ſcribẽ.& hic per Deci.tractã tem in quibus deterior ſit fœminarrum q̃ maſculorum conditio.in quibus melior.& in quibus ęqualis. Et an maſculinum concipiat fœmininum:quæ res magis laborioſa fuit, q̃ ſubtilis, vt in ſimili dicit gloſ. in l.j.ff.ſolu.infinita.n.addi ſcribiq; poſſent ex repertorijs & conſilijs docto. in verbo fœmina.& in verbo mulier,collecta. quædam etiã ponit Barb. lib.j. in conſil. xxv.
7 concludens † mulierem iudæam,iudæi tutelã adminiſtrare poſſe. Item fœmina nõ procreat ſibi agnatos.ſicut.n.principia generationis magis attribuuntur patri tanquã fortnę perfectiori & nobiliori:ita iura genitorũ efficacius patri attribuũtur,& iura familię,quæ agnatio vocatur, vnde nõ mulier, ſed maſculus domum facit & cognominat: quia ipſa nõ eſt caput familię, ſed maſculus.l.pronũciatio.in fi.ff.de verb.ſig.& tradit Bal.ad not.q.inferẽs in l. vnica. col.ij. C.quãdo non pet.part. Neque indignẽtur mulieres videtes viros maioris eſſe dignitatis vel pręeminẽtię: vt.n.ſcribit Bo-
8 nauẽtura in iij.diſt.xij.art.iij.q.j. † virilis ſexus muliebrẽ tripliciter excedit. primo quantum ad dignitatẽ in principiando:omnes enim tam viri q̃ mulieres ex vno viro fuerunt,in quo expreſſa repręſentatio apparet egreſſus rerũ ab illo vnico & ſummo principio. Secũdo excedit quantũ ad virtutem in agendo: viri n.eſt agere & mulieris pati.propterea Philo.in lib.de animalibus. fœminam virũ occaſionatum, ideſt, imperfectũ eſſe dicit. Tertio, virilis ſexus excedit quo ad authoritatẽ in præſidẽdo: ſecundum.n.rectum ordinem nõ viro mulier,ſed mulieri vir præficitur, ſicut caput corpori. vnde Apoſt.ad Corinthios caput autẽ mulieris eſt vir Quibus ſtantibus ſimpliciter loquẽdo melioris cõditionis eſt vir q̃ fœmina. nõ tñ propter hoc ab ipſis mulieribus ineſſe ſuo nobilitatis proprie conditio aufertur.eſt.n.ſexus muliebris omni dignus honore, nonne enim ex fœmina na-
9 tus eſt Chriſtus.† Et ideo male dicit Bart. in l.pater ſeuerinam.in.§.ſocrus.ff. de condit.& demon. q regula eſt: omnes mulieres eſſe malas.§.quia vero. in auct. vt ſine prohib.matr.debitr.&c.eſt enim vltra prædicta contra tex.in l.merito.ff.pro ſocio.et in c.eſtote miſericordes.de reg.iur. in antiquis.c.dudũ.vbi late traditur.de pręſump. & per Ang.in l.ſciendum. ad fi.ff. de ver. oblig. vbi dicunt iſtam eſſe præſumptionẽ naturæ: quia quilibet præſumitur bonus, Nec ob.tex.in d.§.quia vero.vbi mulieres nõ obſtãte iuramẽto præſtito de non tranſeundo ad ſecunda vota communiter illud contemnebãt & tranſibant, propter quod prohibet ibi Imperator decætero tale iuramentũ apponi.non propterea dicit ille tex. q omnes mulieres malæ ſint, licet in illo caſu ſpernerent iuramentum: ſed illud eſt propter commune votum mulierum pariẽdi,matreſq; eſſendi.c.j.& fi.de frig.& malefic.item quia multæ cõtinere nõ poſſunt: ideo vt inquit Apoſt.melius eſt nubere q̃ vri. immo magis damnari debeat legislator qui indiſcrete talem legem ediderat.Et propterea(quicquid dicãt glo.Bart. Paul. de Caſt.& alij in præalleg.§.ſocrus)fœminæ communiter dolent & triſtantur in morte maritorũ,ſiue ſenes ſint,ſiue iuuenes: licet ille quæ malę ſunt gaudeãt: ſed hoc eſt per fallentiã.paucæ enim ſunt regulæ quę
10 exceptionẽ nõ patiãtur. Eſt † etiam in hoc maioris virtutis fœmina q̃ vir,quia citius eſt viripotẽs:glo. in l qua ætate.ff.de teſta. Ratio philoſophica eſt ſecũdum Bald.in c. iij.de deſponſa.impub.quia fœmina citius conſumitur,ideo citius perficitur, vt etiam videmus in alijs animalibus. Hoſtien. ibi dictã rationem aſsignat.& aliã addit, quia facilius eſt pati q̃ agere:ideo mulier facilius & ocius eſt parata.

SVMMARIVM.

1 *Impubes unde dicatur. & quando.*

2 *Impuberes ab omnibus officijs ciuilibus remoti ſunt.limita nu.8.& nu.18.*

3 *Impubes ad officia eccleſiaſtica non admittitur.Etiam ſtante hominum penuria nume.4.limita in ordinibus, & beneficijs ſimplicibus.nu.9.& in canonicatu et prebenda nu.11.*

5 *Impubes poteſt fieri notarius.Et creari miles,& feudo condonari.nu.8.*

6 *Habilitas delegati attenditur tẽpore datæ.*

7 *Impubes non habilitatur ex diſpenſatione principis.Niſi fuerit doli capax, & pubertati proximus: quia tunc habilitaretur ad teſtandum.*

10 *Quæ ætas requiritur in beneficijs tam ſecularibus quam regularibus, & ordinibus & nume.11.12.13.14.15.16.*

15 Epiſcopus an poßit diſpenſare ad beneficiũ curatum ante xxv. annos.

17 Annus cœptus an habeatur pro completo.

19 Fratres minores licet poßint eſſe teſtes, officium tamen notariatus exercere non poſſunt.

20 Pupilli teſtimonium quando admittatur. Et factus maior an poßit teſtificari de his quæ vidit in pupillari ætate & numero 21. & 22.

ITem impuberes ab omnibus officiis ciuilibus debent abſtinere.

Finem ſecundæ ætatis (ſecundum Varro.) hoc eſt finem pueritiæ pubertatem vocant. pubes enim proprie dicitur lanugo quæ maribus xiiij. anno, fœminis. xij. circa pudenda oriri incipit: quod quia maturitatis eſt ſignum, factum eſt, vt mas pubes dicatur, ſiue puber cum primum ad generandũ aptus factus eſt: & fœmina ſimiliter ad
1 concipiendũ. A quo impubes † ſiue impuber, qui nondum eam quam diximus lanuginem emittere incœpit, ſiue qui nondũ ad pubertatis annos peruenit Et quando pubes ſignificat dictam primã lanuginẽ, ſiue pro pudenda parte corporis ponitur, ſubſtantiuum eſt, & facit in genitiuo pubis. Virg. Pubetenus &c. quando vero adiectiuũ eſt puberis, inde pubeſco.i. lanuginẽ prædictam emitto. Et pubereſco.i. creſco. Ephebus vero eſt, qui iam eſt in pube, & ad annos pubertatis peruenit.

Nota ꝙ ſicuti fœminę ab omnibus officijs ciuilibus, vt in prin.l. dicitur, remotæ
2 ſunt. † ita etiam impuberes: quinnimo maior fuit ratio remouendi impuberes ꝙ̃ mulieres, quæ intellectum habent, & iudiciũ, ꝙ̃uis non maturum, vt per Dec. in l.j. col. iij. C. vnde vir. & vx. quo iudicio carẽt impuberes: quorũ ætas quicquid videt ignorat. l.j. C. de fal. mon. Ampliatur hæc regula quatuor modis. In officijs eccleſiaſti-
3 cis. Item † ſtante hominum penuria. Rurſus etiam ꝙ exercitium conferretur poſt pubertatem: Et etiam ꝙ accederet principis
4 diſpenſatio, vt hic per Dec. Quo † ad officia eccleſiaſtica. cum tales perſonæ indigeant regimine, alios regere non dicũt, nec poſſunt, neque in eccleſijs propter imbecillitatem ætatis deſeruire. c. indecorũ. & c. ſuper inordinata. de ęta. & quali. & de præb. hic alleg. per Dec. probaturq; magis in ratione, ꝙ̃ in dicto. hinc et dicit tex. inſti. de exc. tut. in. §. minores autem. ꝙ minores. xxv. annis ad tutelam vel curã aliorũ aſpirare prohibẽtur: cũ inciuile ſit eos qui alieno auxilio in rebus ſuis egere noſcũtur & ſub alijs reguntur, aliorũ tutelã aut curam ſubire. Et incidẽter dico, ꝙ hoſpitalia veniũt ſub nomine officij: licet nõ veniãt ſub nomine beneficij. gl. in clemẽ. diſpẽdioſam. in verbo beneficijs. de iudic. Ioã. Milis ſu-
5 per verbo beneficiũ. col. ij. † Circa. iij. ampliat. Deci. hic tenet contra Bar. in l. impuberũ. ff. de fal. ꝙ licet notariatus ſit officiũ publicũ, tamẽ pupillus notarius creari poteſt, dummodo exercitium poſt pubertatẽ conferatur, ſicq; in tempus habile. facit qđ ſtatim dicet de puero maiori ſeptẽnio qui reſpectu tituli habilis eſt ad canonicatum: ſed non quo ad exercitium & adminiſtrationem, quæ poſt pubertatem defertur. Et quia paria ſunt aliquid fieri tẽpore habili, vel tempore inhabili & conferri in tempus habile. l. in tẽpus ff. de hęre. inſti. late ſcripſi in repet. l. fi. C. de pac. circa prin. Item vbi perſonæ habilitas ad certum actum requiritur: ſufficit, ꝙ adſit tẽpore quo exercitiũ talis actus ad perſonã applicatur. c. ei cui. de præben. in vj. & ibi not. & c. poſt ceſsionẽ. cũ not. ibi per Dec. in vj. not de proba. & Fely. in c. eam te. col. pe. de reſcri. & in c. dilectus. col. j. de accuſat. Vnde ſufficere videbatur adeſſe Habilitatẽ tempore quo officium notariatus exercẽdum eſt & ſic poſt pubertatem. In practica nõ recederetur a doctrina Bar. pro quo facit, ꝙ ad cõſiderandum habilitatem inſpicitur & attenditur tempus in quo diſpoſitio effectum ſumit. c. de vxori. cum ibi not. per Abb. de ſponſal. c. accepimus. de pact. tradit Felyn. in d. c. dilectus. col. j. ſcribens etiã, ꝙ ſi aliquis fuerit excõicationis ſentẽtia innodatus tẽpore acceptationis beneficij, & abſolutus tẽpore collationis, ſubſiſtit collatio: quia effectus ſumitur, iuſq; ex acceptatione acquirit, & nõ ex collatione: vt ibi per eum. Accedat etiam glo. not. in c. ſtatutum. in verbo canonicis ad fi. de reſcrip. in vj.
6 quod † in conſideranda habilitate delegati attenditur tempus datæ: quia in delegatione iuriſdictionis habitus imprimitur tẽpore dati reſcripti: ideo ſecundum illud tẽpus exigitur habilitas: vt late per Felyn. in c. eam te. colum. pen. de reſcrip. Cũ igitur conſtitutio notariatus imprimatur & ſumat robur et effectum tempore creationis, licet exercitium in aliud tempus differa-

tur, conſtitutionis tempus attendendũ eſt, ſi pupillus inhabilis ſit: vt ait Bartol. quicquid dicat Deci. & inuenio nuper cũ Bart. tenere Bald. in tract. de tabellione. q. xvj. & Firmianum in ſuo repert. in verbo notarius quis eſſe. circa ſi. facit etiam quod dici ſolet, rem quamlibet iudicari debere ſecundũ ſtatũ præſentem. l. nõ diſtinguemus. §. ſacerdotio. ff. de arb. cum his quæ accumulabimus infra in l. in omnibus officijs, in §. non debeo. Circa vltimam ampliatio
7 nẽ de diſpenſatione principis.† vide etiam poſt Alex. & Mod. Deci. in l. ſi. C. de teſt. mil. vbi cõcludit ꝙ in pupillo infante vel infantiæ proximo, qui nullum habet animi iudicium, nõ cadit neq; ſubſiſtit principis diſpenſatio: cum defectus ſit ſuper iudicio naturali: ſecus in pupillo doli capace, pubertatiq; proximo, quia poſitiui iuris defectus eſt, ſuper quo cadit diſpenſatio. firmatq; ibi poſt alios, proximum pubertati habilitari poſſe per principem vel ſtatutũ ad teſtandum ratione prædicta, quod eſt not. & poſſet facere pro amico in actu practico.

Limitatur modo regula ſecũdũ Deci. vt procedat in officijs & dignitatibus cũ ad-
8 miniſtratione. ſecus† in officio & ſimplici dignitate quæ non haberet adminiſtrationẽ: quia ẽt pupillus habilis tunc eſt d. l. ſi. cũ not. et ideo miles poteſt creari, & feudo condonari: vt per Deci. eandem cõcluſ. firmantẽ in d. l. ſi. quæ tamẽ loquitur in officio cũ adminiſtratione. ſed intelligitur accidẽte diſpenſatione principis. vt ibi per eũ.

Et pariformiter, ſubiungit hic Deci. pu-
9 pillus † poteſt habere ordines, beneficia ſimplicia, præbendã & canonicatũ in ec-
10 cleſia cathedrali. Quæ ętas requiratur† in beneficijs tam ſecularibus ꝙ̃ regularibus, necnon in ordinibus, plene ponit Abb. in d. c. ſuper inordinata. de præben. Philip. Fran. & alij in c. ſi eo tempore. de reſcrip. in vj. & in c. ex eo. de elec. eo. lib. Deci. in c. cũ in cunctis. in prin. & in §. inferiora. de elec. & plenius Cardi. Alexan. in c. de his.
11 xxviij. diſt. Et no. † ꝙ ẽt pupillus modo maior ſeptennio canonicatum & præbendam in eccleſia cathedrali tenere poteſt. tex. eſt in d. c. ex eo. glo. in c. ſtatutũ. in. §. j. ſuper verbo canonicis. de reſcri. in vj. & in præalleg. c. ſi eo tẽpore. in verbo, ætatẽ. & quicquid dicat Cardi. Alex. loco prętalleg. hęc eſt cõis opin. vt teſtãtur Gemi. & Phil. Frã. in d. c. ſi eo tẽpore. & in c. ex eo. vbi caſus, iſtud ẽt voluerunt Deci. in locis præalleg. & Pariſ. in c. accedẽtes. col. j. de præſcrip. Quãuis ex regulis cãcellariæ & deciſionibus Rotę requiratur de cimuſquartus annus cõpletus vt canonicatũ & prębẽdã obtinere quis poſsit in cathedrali eccleſia Rota deciſio. cccxxiiij. ĩ nouis. niſi ſummus Põtifex (vt quotidie fit) cõceſſerit vt in minori ætate quis recipiatur, quibuſcũque in cõtrarium facientibus non obſtãti-
12 bus &c. Reſpectu vero tituli† ſeptennio maior habilis eſt etiã hodie, ſi Papa regulis & cõſtitutionibus prędictis derogauerit, ſed non quantũ ad exercitiũ & adminiſtrationẽ: quia ad ętatẽ adultam vox illius ſuſpẽditur d. c. ex eo. & tradit Card. Alex. in d. c. de his. & Phil. Franc. in d. c. ſi eo. co
13 lum. iij. Ad † primã vero tonſuram recipiendam, et ſimplicia beneficia obtinendũ, infantiam exceſsiſſe oportet: ſicq; ſeptennium completum eſſe debet. d. c. de his. & ibi not. Card. Alex. & etiã glo. vlt. in clem.
14 ſi. de ętate & qualit. In † beneficio curato vigeſimumquintũ annum attingere ne-
15 ceſſarium eſt. Nec† epiſcopus poteſt diſpenſare cap. cum in cunctis. §. inferiora. & c. cum dilecti. de electiõ. cum gloſ. ibi & in dicta clemen. fina. licet ſecundum gloſ. prædictas male de facto ſeruetur, quia epiſcopi quandoque diſpenſant. Summus vero Pontifex, de quo non eſt dubiũ, id ſępe facit: nonnulli etiam tenent propter neceſsitatem, vel eccleſiæ vtilitatem epiſcopum poſſe cum maiore. xiiij. annis etiam in curatis beneficijs diſpenſare: vt per Phili. Franc. in cap. j. de ætate & qualitate. vbi tamen contrarium de iure eſſe debere ipſe firmat. Ex prædictis etiam apparet Cardi. Caieta. non caluiſſe canones lapſumque errore, dum in eius ſummula ſuper verbo, beneficium, in fin. ſcribit, pueris non conce di canonicatum aut beneficia in eccleſijs. & ſi aliquibus in locis ordinate reperiãtur pręben dæ pro pueris. eccleſiaſtica beneficia nõ eſſe, ſed prouiſiones quaſdam ad ſuſtinendos alendoſq; pueros in eccleſiaſtico ſeruitio. quæ conſideratio cõfunditur, per tex. in d. c. ex eo. & in c. ex inſinuatione.
16 de ſimonia. Ad † decurionatum autem ciuitatis vel ad gubernandum rempublicã ante viceſimumquintum annum quis admitti non debet l. non tantũ. ff. de decurionibus. l. ad rempublicam. ff. de muneri. &
17 honori. Et † annus cœptus pro completo habetur, vt ibidem dicitur. De qua materia, vide Rotam in nouis deciſione. cccxxiiij. Fely. in c. cum viceſimũ. de offi.

delegat. In aliquibus locis, & in ciuitate
noſtra Vercelleñ.ex diſpoſitione ſtatuta-
ria admittuntur ad decurionatum exiſtẽtes
in decimoctauo ætatis anno. Et ex corru-
ptela quadam etiam ante illud tempus in
locum prędefunctorũ parentũ, qui decurio
nes fuerant, ſuſficiuntur deſcendentes.
18 Secundo limitatur regula, † niſi impube-
res hæreditario iure dignitatem cum admi-
niſtratione conſequantur: vt hic per Deciũ
& in l.fina. C.de teſtamen.mil. & in ſimili
de fœmina diximus ſupra in princip. iſtius
legis. Et iſto caſu impuberes quãuis reges
ſint, per tutores reguntur: vt per ſcriben-
tes a Deci.citatos. & Corſ.in repet.c.gran
di.de ſupplenda negligen.prælat.lib.vj.po
nentem quid tales principes poſt puberta-
tem facere poſsint. ea.n. quæ ſunt iuriſdi-
ctionis exercent: arg.l.quidam conſulebat.
ff. de re iudic.non ea quæ reſpiciunt regni
adminiſtrationem, præterquã cum autho-
ritate curatoris.adde, vel per ſe cum iuramẽ
to, quod maiores repræſentat.auctẽ.ſacra
menta puberum.C.ſi aduer.vendit. Pro tu
toribus vero regum & principũ de quibus
proxime, ſufficiant tales fideiuſſores qua-
les reperiri poſſunt: vt per Iacob. de ſanc.
Georg.in prin.ſui trac.feud. Per hanc re
gulam infert, ꝙ impuberes non poſſunt eſſe
notarij ſecundum Dec.quod procedit etiã
ꝙ exercitium actus conferretur poſt puber
19 tatem, vt in ſuperioribus dictum eſt. † Et
idem in fratribus minoribus, qui officium
notariatus exercere non poſſunt, ideo licet
poſsint teſtes eſſe in teſtamentis, ipſa tamẽ
teſtamenta recipere nequeunt. Dec.in c. de
20 cernimus.co.ix.de iudic. Pariter † piube
res non poſſunt, teſtimonium dicere.§.te-
ſtes autem.inſtit.de teſta.vt hic per Deci.
eſſet.n.ac ſi cecus de coloribus iudicaret,
ſecundum Bal.quem hic refert Deci. facit.
l.j.C.de fal.mon.ꝙ illorũ ætas quæ videt
ignorat.quibus.rationibus ſuadetur.neque
in aliorum defectum eos admittendos, Poſ
ſet tamen pupillus pubes factus de his teſti
ficari quæ in pupillari ętate vidit, ſecundũ
glo.l.iij.in §.lex iulia.ff.de teſti.& commu
niter ſcribentes, vt per Deci.hic ad fin. qui
tamen contrarium firmat, ex quo dictũ re-
fertur ad tempus pupillaris ætatis, quo iu-
dicium non habebat. Non eſt a commu-
ni recedendum quam conſulendo ſequitur
Alex.in conſi.lxxxviij.col.iiij.lib.v. Ioã.
Crot.de Monteferrato in trac. de teſti. ad
fi.quartæ part.nu.194.Felyn. & Pariſius
in c.cum nobis.fol,j.de præſcrip. vbi Pa-
riſ.ſic communiter per Doct.teneri inquit,
modo pupillus tunc temporis capax fuerit
percipiendi ea quæ modo deponit. & niſi
teſtimonium ad ſolennitatem requireretur,
quo caſu habilis eſſe deberet tempore quo
vocatur in teſtem: vt ibi per eũ & per Arc.
in l.ad teſtium.ff.de teſta. Ex quibus ſatis
patet reſpon.ad rationem Decij. & ſi enim
dictum referatur ad tempus pupillaris æta-
tis, intelligitur tamen, quando tunc tempo-
ris capax erat percipiẽdi ea quæ modo de-
ponit: ita ſane intelligitur cõmunis doc.ſen
tentia. hinc ẽt Ioan. And.in addit. Spec.in
tit.de teſte in.§.j.tenet, ꝙ etiam de his quę
in infantia vidit, poſsit pubes factus teſtifi
cari, ſi ſint talia quæ in eius intellectũ tunc
caderent: gratia exempli, ſi examinaretur
de ætate ſocij ſui in ſcholis, cum eſſet anno
rũ ſex, & quęratur an ſit ille.xxv.annis ma
ior, cum deponẽs ſit annorũ. xxx. vel de
ætate fratris qui dicatur natus poſt ipſum
teſtem: ſimilia.n. cadunt etiam in ſenſum
infantis, & iura dicentia ætatem talem igno
rare quæ videt: intelliguntur de intellectu
& ſcientia, quæ per cauſas habetur. non de
ſimplici ſcientia.quæ per ſenſus corporeos
tenetur.& ſequitur Rapha.commen.in cõ
ſil.xcj.an productus.& Fely.in d.c. cũ no-
bis.col.iij.Quãdo autem ſunt doli capaces
& proximi pubertati poſſunt examinari
vt faciant aliquale iudicium, non plenã pro
bationem glo.d.l. inuiti.la.ij.ff. de teſti. in
21 fi.& Deci.hic col.vlt. Habilitantur † etiã
impuberes in crimine læſæ maieſtatis. ſe-
cundũ Dec.per l.de minore.ff. de quæſtio.
idem vult Hyppol.de Marſ.in conſi j.col.
iiij.ſed male: quia text.ille loquitur de tor
tura in crimine læſæ maieſtatis. quod intel
ligas non de ea tortura qua maiores con-
quaſſantur, ſed de ferula vel habena, vt di-
cit text. in l.j.in.§.impubes.ff. ad ſylla. &
per Bar.& alios in d.l.de minore. Nec fa-
ciunt plenam aut ſemiplenam probationẽ.
ſed indicium tantum.ſecũdum Bart.ibi. qđ
adhuc intelligo in puberi doli capace per
prædicta.comprobatur, quia alias eſſet iu-
dicij naturalis defectus, ſuper quo nec Im-
perator diſpenſare poſſet. Alexã. & alij in
22 d.l.fi.C.de mil.teſta. In † cauſa vero cri-
minali minor.xx. annis ad teſtimoniũ non
admittitur.l.in teſtimonium. ff.de teſti.nec
in cauſa accuſationis vel inqſitionis. Alex.
conſi.lxiiij.lib.j.& cxlviij. vol.v. & Ioã.
Crot.in tract.de teſti.fol.v.in v.q. princip.
vbi reſtringunt, quando veriſimiliter ex
natura negotij alij idonei teſtes haberi ne-

queunt. quod etiam intellige in maiore. xiiij.annis.alias indicium tantummodo faceret,vt prædiximus.

SVMMARIVM.

1 *Mulier quæ non eſt uiripotens non dicitur nolle nubere,l pater ſeuerinam in prin.ff. de condi.& demon.ornatur.*

2 *Statutum imponens pœnam declinanti iuriſdictionem poteſtatis, non comprehendit clericum.*

3 *Contrariorum eſt eadem diſciplina*

4 *Contractus ab initio ſunt voluntatis. ex poſt facto neceßitatis.*

5 *Tutor bonorum poſſeſ.agnoſcit pro pupillo: & tamen eandem non repudiat.*

6 *Eſt dare medium inter nolle & velle.*

L. III. Vlpianus.

EIVS EST nolle, qui poteſt & velle.

Quamuis Dec.hic plura ſcribat,quæ ex locis infra allegandis expiſcatus eſt, tamē hæc regula eſt clara, ꝙ ille proprie dicitur nolle qui poteſt velle. Sumitur hæc regula ex legibus ſtatim alleg. Et exemplificari poteſt melius, ꝗ̄ faciat glo.pluribus modis,& primo,vt facit Dec. in caſu.l.pater ſeuerinam in princi.ff.de condi.& demon. vt ibi per glo.& Bar.prædium.n. legatum ibi fuit filiæ ſi Elio Philipo nupſiſſet, ꝙ ſi non nupſerit Philippo idem prædium darí voluit:ſi puella nondum viripotens diem obierit ſuum , fideicommiſſum non debetur Philippo:quia non dicitur voluiſſe nu-
1 bere quæ non potuit.†De cuius legis intellectu,vide Barb.in c.Rayn. fol. 22.cũ ſeq. verſi.tu vero conſidera.de teſta,Soci.conſ. cviij.lib.ij.& in rep.l.j.col.xiij.verſi.hanc tamen concluſionem.ſupra de vulg.& pup. Dec.in conſi.cclxxiij.& ccxc. concludentes, ꝙ ibi ſubſtitutio facta in pœnam filiæ, ſi non nupſerit, locum non habet ſi priuſquā viripotēs fieret e vita deceſſerit,vt ibi dicitur. Rationē aſsignat Bar.quia vbi nō eſt delictum,nec pœna eſſe debet l.aliud eſt fraus ſupra titu.j.c.ij.de conſti. nec fuit ibi vulgaris ſubſtitutio,ſed translatio legati in pœnam facti:& caſus pœnales ſunt ſtricti iuris extenſiuam nō recipientes interpretationem.& ſecundum voluntatem teſtatoris quæ in primis conſideranda eſt, ita demum fideicom.factum cenſetur ſi filia nubere noluiſſet,cum ergo per eam non ſtet, neque remaneat,non poteſt fideicom. locū habere. Exemplificari etiam poteſt in l. iiij.ff.de acquirē.hære.vbi caſus not.nolle, inquit,tex.adire hęreditatem non videtur, qui nō poteſt adire.& glo. ibi hanc regulā pro cōcordanti citat. Ad idem text.in l. ab adminiſtratione.C.de lega. vbi non imputatur non facięti id quod etiam ſi velit de iure facere non poſſet. Ex quo infertur ad
2 quæſtionem† ſtatuti imponētis pœnā declinanti iuriſdictionem poteſtatis, vt in clerico declinante locum non habeat: quia ēt ſi vellet conſentire non poſſet, nec coram eo litigare.c.ſi diligenti.de foro competē. tutius tamē eſt ſeruare alias cautelas quæ dantur per Bald. Imol. & alios : vt ſcribit Areti.in d.l.nolle.& Corn.in d.l. ab adminiſtratione.Faciunt etiam quę ſcribit Iaſo. in l.is qui.& in l.is poteſt.ff. de acquiren. hæred. vbi regulam affirmatiuam ponit, ꝙ ille poteſt repudiare,qui poteſt adire,& arguendo a deſtructione cōſequentis ad deſtructionem antecedentis,ſequitur,dicit,nō poſſe repudiare qui non poteſt adire, ſicq; tunc cognoſcimus qui poteſt repudiare,q̄n
3 cognoſcimus qui poteſt adire: †quia cōtrariorum eadem eſt natura & diſciplina. l.j. cum vulg. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. Rurſus natura cōtrariorum eſt, ꝙ vbi non cadit vnum non cadit reliquum, ſecundum Iaſo.ibi adducentem regulam præſentem & d.l.pater ſeuerinam.Facit etiam regula iuris, ꝙ nemo poteſt abſoluere qui nō poteſt condemnare l.nemo qui condemnare infra eo.l.ſolet,ff.de offic.procōſul.pulchre Soci.in rub.ff.de acquir.poſſ.& in cōſil.cxx.colum.iij.lib.j.Fely.in c. nemo poteſt.de re iudi.alia ſimilia adduxit Iaſo. in l.iij. ff.de re iudi. Deci.d.l. nemo qui condemnare.& Alex.in l.j.col.vj.ff. de vulg. dum loquitur de monacho qui non habet velle aut nolle,ſed omnis eius voluntas cōſiſtit in voluntate ſuperioris c. non dicatis c.nolo.xij q.j.ſolumq; velle & nolle abbatis conſiderandū eſt.nonnullas idcirco quęſtiones decidit:vt ibi per eum. Recte itaq; iuris intellectu ille dicit nolle facere, qui poteſt velle facere:ꝙ ſi etiam volens facere non poſſet,talis nō bene diceretur nolle. neque quo ad iuris diſpoſitionem in conſideratione haberetur huiuſcemodi nolle, cū ſine effectu foret, ex quo velle & poſſe ne

quis. d. l. ab adminiſtratione.

Limitatur hæc regula ſecūdum glo. hic, vt procedat ante contractum initum, non poſt. per l. ſicut. C. de act. & obli. vbi poſt-
4 quā quis voluit, nolle nō pōt. Sicq; †contractus ab initio ſunt volūtatis ex poſt neceſsitatis, Quæ limitatio n ōeſt bona, data enim paritate terminorum ille qui poteſt contrahere, etiam nolle poteſt. d. l. ſicut. ſed poſt conſtitutam obligationem, vt in termi nis l. ſicut, nequit quis nolle, quia iam voluit & in eius poteſtate nolle & velle amplius non eſt, ex quo iam voluit. Hac ratio ne ſi a principio ſub pœna quis ſe obligaſſet ad cōtrahendū, nō haberet locum regula. d. l. ſicut. vt in l. pactum quod dotali. ad finem. Deci. ſcribit.

Secū do limitatur regula in caſu. l. tutor.
5 ff. de bo. poſ. ſecundum glo. & Bart. †vbi tutor pro pupillo poteſt velle, & petere ac agnoſcere bo. poſſ. & tamē nolle, repudiareque nequit. Dictum in ſe verum eſt, ꝙ tutor poteſt agnoſcere, & non repudiare bo. poſſ. d. l. tutor. rationē optime aſsignāt Iaſ. & Deci. in l. bonorum. la. ij. in j. not. C. qui admitti. ſed non quadrat nec cōuenit regulæ noſtræ, ꝙ nolle faccere ad eū pertineat qui facere poteſt: vt hic etiam per Dec. qui
6 ad declarationem iſtius. l. ſubiungit, ꝙ†inter velle & nolle, quæ cōtraria ſunt, eſt dare medium. ſ. non nolle. l. j. §. ſcientiam, cū glo. ff. de tribut. vbi inter cōſentire & diſſentire eſt dare medium, Sciētia valet cum patientia, quod Deci. & Pau. de Caſt. ibi ad quæſtiō. not. inducunt. vt tamē ſcribit Are. in cōſi. clxj. in præſenti. col. ij. licet de ſui natura tacere mediū teneat inter conſentire & diſſentire: quādoque tamen ex præſumpta voluntate tacentis ad alterum extremorum applicatur, vt in caſibus in quibus tacēs pro conſentiente habetur: iuxta tradita in l. quæ dotis. ff. ſolu. mat.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas proprie dicitur ex libero arbitrio: non coacta. Et an veniat in ſtatuto faciente, mentionem de voluntate. numero. 1.*

2 *Voluntas vnde dicatur. Et quot modis. Et de vi ipſius verbi.*

4 *Voluntas coacta licet improprie dicatur voluntas: non tamen dicitur ſpontanea.*

5 *Filius vel ſeruus delinquentes cum mandato patris vel domini an excuſentur. Et quod ſic in leuibus nu. 6. In atrocibus ſic; & non mitigatur pœna. nu. 8.*

7 *Leuia delicta quæ dicantur: & quæ atrocia.*

9 *Occidenti aliquem iuſſu Tyranni an mitigatur pœna.*

10 *Iudex obedire debet principem ad capturā & cuſtodiam, ſed non ad occidendū: quia princeps ſine ſcientia publica hoc nō pōt.*

11 *Homo liber, prout ſunt laborantes, quid faciens alterius mandato an excuſetur, & quando.*

12 *Mandatum etiam cum curſu & ſpatio 1000. annorum non præſumitur: Et quæ ſit ratio. nume. 13. Declara vt nume. 14. 15. 16. 17. & 18.*

19 *Mandatum enunciatum in inſtrumento, Cum temporis diuturnitate præſumitur.*

20 *Tempus dicitur eſſe de antiquo per curſum 100. annorum tantum.*

L. IIII. Vlpianus.

Velle non creditur qui patris vel domini imperio obſequitur.

Sumitur vnde præcedens deſumpta fuit, ex alijſq; hic per Deci. allegatis. Vltra de-
1 clarationē glo. Dec. ītelligit generalius †ꝙ voluntarie fieri proprie illud dicitur, quod ex libero mētis arbitrio ꝓficiſci ſcit: non aūt qđ metu puta fit, vel ex alterius obedientia. Si vt oportet ſequentibus iungātur prçcedentia, clare liquebit hanc interpretationē menti iuriſcōſulti cōuenire, proxime. n. dictū fuerat, ꝙ ille dicitur nolle, qui poteſt & velle, & econtrario. ex dicta regula infert nunc iuriſconſultus, ꝙ non credit velle filius vel ſeruus, qui patris dominiq; obſequuntur imperio: quia liberū nō habent velle propter obediētiam, cui aſtricti ſunt, ideo nec velle credūtur proprie, ſcilicet cū mādato patris vel dñi aliquid agunt. quod enim cogēte imperio fit non pōt dici ſpōte fieri l. ſi quis maior. C. de tranſact. facit ad corro borationē pręſentis regulę text. not. in l. nouiſsime. ff. quod fal. tut. auct. ꝙ actus nō cenſetur voluntarius, ſiue factus voluntarie, vbi per eū, qui compelli potuit, fit ad

quã regulã vltra hic per Deci. alleg. plura adduxi in repe.l.ſi quis maior. nume.67.& & 70.C.de tranſact.& in repe.l.ij.nu.199. C.de reſcin. vendi. Et conſequẽter in actu facto ab eo, qui cogi potuit, volũtas illius proprie adeſſe nõ creditur, maxime quãdo
2 iuſſus facit. Diciturq; † voluntas a volo, vo las: ꝙ animus in quo velle eſt talis ſit, vt puncto tẽporis quo vult peruolet. quot vero modis dicatur bona voluntas explicacatur per Bonauentu. in ij. diſt. xxxviij. q. j. art. j. & ſumma Ang. in verbo voluntas, ver. ij. Verbum aũt voluntatis ſimpliciter prolatum, relatũq; ad eũ qui iuſtitiam adminiſtrare tenetur, intelligitur de rationabili: alias tale verbũ refertur ad liberam voluntatẽ non ſubmiſſam freno rationis iuris poſitiui, dolo tñ ceſſante. l. creditor. §. Lutius. ff. man. Fely. in c. ſignificauerunt. col. fin. de teſti. & Card. Alex. in c. humanum genus. col. iij. in j. diſtinc, Barb. conſi. xlij. col. j. lib. j. vbi pulchre. Dicit tñ Card. loco proxime citato, & multifariam probare conatur: ꝙ libertas prædicta per verbum voluntatis importata intelligitur conſiderato iure poſitiuo, nõ autem naturali, diuino, vel gentium: aduerſus quæ iura libertas non competit neque datur. Ex quibus infer-
3 tur, † ꝙ licet voluntas coacta voluntas dicatur. glo. hic. & in c. Matheus. de ſimon. quæ dicit voluntatem turbatam voluntatem eſſe. declarando & exemplificando, vt ibi per Ioã. de Ana. iſtud tamen nõ eſt proprie & ſimpliciter: ſed ſecundum quid voluntas coacta: vt hic per Deci. Ex quo ſequitur ꝙ non veniret in ſtatuto mentionẽ faciente de voluntate: quandoquidẽ verba ſtatuti proprie & ſimpliciter intelligi debeãt, nõ improprie & ſecundũ quid. l. iij. §. hæc verba. cũ ibi not. ff. de nego. geſt. niſi loquendi cõmunis vſus aliud vellet. ſtatuta enim & omnis quæuis diſpoſitio ſecũdũ communẽ loquendi vſum intelligi debent. late Felyn. in prohem. decret. char. 1. Curt. Iunior cõſi. v. & ſcdm Bal. quẽ referũt Deci. hic & Firmia. in verbo volũtas. ad fin. Procedũt prędicta qñ agitur de ꝓprio negotio, nõ de alieno: tunc. n. voluntas coacta nõ dicitur volũtas. per. l. j. ad fi. ff. de auth. tut. ideo dixit Bal. ad fi. rub. de contro. inueſtitu. ꝙ inueſtitura facta à prælato per metum non tenet ipſo iure: quia ad id mandatum non habuit. deciſio Bald. vera eſt ſecundum Deci. ſed negari non poteſt, ꝙ voluntas coacta nõ interuenerit in illo alieno negotio, ſicuti in proprio. Ego autem dico. §. fina. dicta l. j. ad propoſitum minime facere. loquitur enim quando tutor per vim præciſe authoritatem præſtare compulſus fuit: quo caſu adeſt voluntas & conſenſus, & taliter conſentiens pati potius ꝙ̃ agere dicitur: vt hic per Deci & actus non ſubſiſtit: vt ibi per gloſ. Aduertendum
4 eſt etiam, ꝙ † licet voluntas coacta voluntas dicatur, non tamen dicitur ſpontanea, vt hic per Deci. poſt Bald. & per Alexã. in. §. ſi metu. l. ſi mulier. ff. quod met. cau. & in. §. fin. l. j. ff. de quæſtio. & Angel. Iaſ. & alios in l. qui in aliena. in. §. celſus. fol. 1. 2. ff. de acquir. hæred. præſertim dum Iaſo. ibi in v. colum. ꝙ quando confeſsio fieret in actu torturæ, & notarius ſcriberet confeſsionem ſponte factam fuiſſe, falſum eſſet inſtrumentum: ſecus quando voluntarie diceret confeſſum fuiſſe, ex quo volũtas coacta dicitur, voluntas. quam differentiam inter verbum ſponte, & verbum voluntarie, notari mandat Iaſo. quia forte ait alibi non inueniri. tradunt etiam Moder. Bononien. in. §. fina. l. prima. colum. xiiij. verſi. quærit vltimo Bartol. ff. de quæſtio. Barb. tamen in c. cum M. colum. xxxiij. de conſti. hanc differentiam dicit non procedere attento communi vſu loquẽdi: & ꝙ vtroque caſu puniretur notarius, quod ſolum procederet probato tali communi vſu loquendi, & fieret id cum difficultate. An
5 autem excuſentur † facientes aliquid ad mãdatum patris vel domini? Deci. hic poſt gl. & alios articulum tangens concludit, in leuibus delictis excuſari, in grauibus & atrocibus nequaquam, pœnam tamen mitigari, & ſi metu mortis ad id faciendum cogerentur etiam excuſari: vt hic per eum & per eundem in l. is damnum. in §. j. infra eod. Antequam ad diſcuſsionem præſentis articuli deſcendamus. non erit impertinens nec abſurdum elegantia quædam Aul. Gell. cap. vij. ſecundi libri referre: quæri, inquit, ſolitum eſt in philoſophorum diſceptationibus, an ſemper, inq; omnibus iuſsis parcendum ſit patri: & tres ſententias refert. Vna eſt, omnibus quæ pater imperat parendum. altera quibuſdam parendum, aliquibus non obſequendum. tertia nihil neceſſum eſſe patri obſequi & parere primam improbat. quid enim ait ſe proditionẽ patriæ ſi matris necẽ ſi alia quędam imperarit turpia aut impia. tertiã friuolam & inanem oſtendit. omnia, inquit, quæ in rebus humanis fiunt, ſicuti docti cenſuerunt, aut honeſta ſunt, aut turpia, quæ

ſua vi recta & honeſta ſunt: vt fidem cole-
re, patriam defendere, & amicos diligere,
ea fieri oportet, ſiue imperet pater, ſiue nõ:
ſed quæ his cõtraria, quæque turpia & om
nino iniqua ſunt, ea ne ſi imperet quidem.
quæ vero in medio ſunt & indifferentia,
ſeu media appellantur, vt in militiam ire,
rus colere, honorem capeſcere, cauſas de-
fendere, vxorem ducere, accerſitum veni-
re: quoniam & hæc & his ſimilia per ſe ip-
ſa neque honeſta ſunt, neque turpia. ſed per
inde vt a nobis agũtur, ita ipſis actionibus
aut probanda fiunt, aut reprehendenda. pro
pterea in huiuſmodi omnium rerum gene-
ribus patri parendum eſſe cẽſuit. Sicque li
quet non eſſe integram propoſitionem di-
cendo aut honeſta ſunt quæ imperat pater,
aut turpia. deeſt enim tertium adiacens, aut
neque honeſta ſunt, neque turpia. Media
igitur ſentẽtia optima atque tutiſsima, in-
quit, viſa eſt, in quibuſdam eſſe parendum,
in quibuſdam non obſequendum, ea ta-
men quæ obſequi non oportet leniter, &
ſine obprobratione acerba reprehenſio-
nis ſenſim declinanda eſſe, & relinquen-
6 da. Redeundo modo ad propoſitũ. † Pri
ma concluſio glo. noſtræ, ꝙ in leuibus ex-
cuſatio admittatur, & venia detur, proba-
tur per text. l. ad ea quæ infra eod. titu. In
his, inquit, quæ non habent atrocitatẽ ſce-
leris vel facinoris ignoſci ſeruis obtempe-
rantibus dominis ſuis, vel illis qui vice do
minorum ſunt. vbi glo. plura adducit exem
pla. hinc etiam Angel. in l. ſeruus non in
omnibus. ff. de actio. & obliga. declarando
text. illum inquit, in vi expulſiua, vel abla
tiua ſeruum domino parere nõ debere, quia
ab ea maleficium non abeſt: in vi autẽ tur-
batiua, vbi violentia infertur cauſa iuris re
tinendi, ſecus eſt. per illum tex. vnde ſi plu
res ſe poſsidere contendunt, ſeruus, inquit,
vnius pro defenſione poſſeſsionis domini
ſui vim inferre poteſt, nec vis punibilis eſt:
ſed ſi conſtaret vnum pacifice poſsidere,
ſecus eſſet, teneretur q; liber factus, quia
violentia talis a facinore non abeſt. ꝓ qua
violentia legitur proditum iniuriarum iudi
cium l. iniuriarum. §. ſi quis me. ff. de iniur.
7 Quæ † autem leuia delicta dicuntur, & quæ
atrocia, declarat Bar. in l. leuia. ff. de accuſ.
& Saly. in l. non ideo minus. colum. iij. C.
de accuſat. Circa ſecundam concluſionẽ,
8 ꝙ † in grauibus & atrocibus non excuſan-
tur, ſed puniri debent. probatur in d. l. ad
ea. & in l. ſeruus, præalleg. dum ait, ſi iuſſu
domini hominem occiderit vel furtum fe-
cerit, non eſſe impunitum, & pariter ſi pira
ticam fecerit, in eum iudicium reddi opor-
tere etiam poſt libertatem. quæ comproba-
tur ex dictis Aul. Gel. ſuperius relatis, non
debet ergo obedire, ſicuti nec Petrus prin
cipibus ſacerdotum prohibẽtibus ſibi præ-
dicationem. Actuum. iiij. & v. ſed ſe humili
ter excuſare. ij. q. vij. c. item cum Balaam.
Adhuc tamẽ iſto caſu mitigatur pœna pro-
pter debitum obedientiæ. ſecundum Deci.
per tex. not. in l. ſeruos. C. ad legem iul. de
vi. dum ait, ꝙ ſi metu atque exhortatione
dominorum violentiam admiſerint, palam
eſt dominũ infamem fieri, ſeruos vero quos
furoribus talibus patuiſſe conſtiterit me-
tallo poſt ſententiam dedi, vbi vltimo ſup-
plicio tradebantur ſi abſque iuſſu domino-
rum violentiam commiſiſſent per quẽ tex.
Cæpo. in caut. xl. nota ꝙ licet. dicit, ꝙ in-
terficiens quempiam domini mandato in
metallum damnari debet & ciuili morti
tradi: vbi vero ſine mandato deliquiſſet,
mortem naturalem pati debuiſſet, ſequitur
Deci. in conſi. dxxxv. Ego falſum hoc
eſſe arbitror, quia in atrocioribus non eſt
parendum patri domino ue, vt ſupra dictum
eſt. ideo mãdatum patris vel domini in ho
micidio vel atrociori delicto a pœna mor-
tis naturalis non excuſaret, neque operare-
tur mitigationem pœnæ, quia non teneban
tur, nec debebant parere. & d. l. ſeruos. lo-
quitur in violentia vbi homicidium nõ in-
teruenit, & vbi ſeruus punitur ſeuerius q̃
liber. vt ibi per glo. ideo illo caſu ob man-
datum dominorum in ſeruis lex pœnã mi-
tigat ad mortem ciuilem, & ad damnatio-
nẽ in metallum. ſed vbi interueniſſet homi
cidium etiam ex iuſſu domini, ꝙ homicidę
mori non debeant, abſit tantus error. homi-
cida enim quod fecit expectat, dicit tex. in
l. iij. C. de epiſ. aud. eiſque imputañ. eſt ſi
paruerint, cum non tenerentur neque debe
rent, ratione naturali in illicitis & atrocio
ribus id ſuadente. Et ꝙ vbi in violentia cæ
des interuenerint, ſupplicium capitale ſit,
probatur not. in l. quoniam. C. eo. titu. ad
l. iul. de vi. & ab iſta opin. (quicquid dicãt
Cæpol. & Deci.) non eſſet in iudicando &
conſulendo recedendum. Dicunt etiam
9 præfati ſcribeñ. † ꝙ occidens aliquẽ iuſſu
tyranni metu ac timore mortis, licet non
excuſetur, mitiganda tamen erit pœna, ita
ꝙ non moriatur, per d. l. ſeruos. prout etiam
ibi tenent Bald. & Sali. videturq; de mente
Bar. in l. ſi ſeruus. in. §. j. ff. ad l. aquil. & tra
dit Corſ. in ſing. ſuis in verbo metus. limi
tans

dari poteſt, eidem alimenta denegari poſſunt: vt ibi per eum. Ex cauſa igitur legitima obligatio alimenta præſtandi tolli poteſt. faciunt quæ inferius dicentur de legitima ex naturali iure debita, quæ ex cauſa in totum tolli poteſt: hinc etiam Fely. in c. ſi diligēti. colum. j. de foro compe. ex limitatione, ꝙ iuri naturali renūciari nequeat, quartum infert Correlarium iuris alimentorum, cui renunciari non poteſt. l. cum hi. ff. de tranſactio. reſtringendoq; ſe ad alimēta futura, & ad debita ex teſtamento: non autem ad debita ex contractu, de quibus per Deci. in l. de alimentis. colum. fi. C. de tranſa. Item intellige ſecundum Fely. loco præallega. de alimentis proprio iure naturali debitis, puta filijs, cuius naturale. ibi liberorum educatio. j. diſt. ideo ſecundum Specu. in titu. qui filij ſint legiti. in. §. j. filij renunciare non poſſunt alimentis per patrē debitis: ſecus in alijs, quæ non proprio naturali iure debentur, ſicut a filio patri, quæ per pactum tolli poſſunt, quia ſolummodo ex æquitate illa debentur vt benefacienti benefaciamus: vt ibi per eum.

5 Quid autem † de legitima ex iure naturæ debita an per ſtatutum tolli poſſit? Deci. hic poſt alios quos refert concludit, minui poſſe: & ex cauſa in totum tolli: ſecundum communem ſcribentium opi. adde Iaſo. in l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. teſta. Alciatum in tracta. de præſumptio. in viij. præſumptione, primæ regulæ. Brun. Aſten. in iij. volu. de conſtit. ſtat. & decre. in verbo legitima. col. iij. & in tracta. exclud. fœmi. fo. j. & Soci. conſi. cl. lib. j. Deci. conſil. xix. col. iij. & conſil. cvj. colum. fina. & conſi. dxxv. colum. j. Cur. in tractatu de conſuet. ſuper c. fi. char. xxij. col. iiij. verſi. ſecundo infertur. Bald. no. in tract. de dote. fol. xiiij. vbi concludit, ſtatutum poſſe legitimam in totum tollere, ſed non dotem nec alimenta, quæ de iure naturali debita ſunt. Tamen Franc. Ripa lib. j. reſpō. c. vij. vult legitimam, ſecundum communē opi. minui poſſe, ſed non tolli: niſi loqueremur de illa quæ aſcendentibus debita eſt, & quæ non debetur de iure naturali, ſed de iure poſitiuo: vt hic etiam per Deci. circa fi. ideo facilius tollitur. facit quod dictum fuit de alimentis patri per filium debitis, ꝙ pacto tolli poſſunt. Et opi. iſta æqua, verior, & magis communis videtur, vt ex adductis in prædictis locis conſtat, ꝙ legitima, videlicet, iure naturali debita poſſit per ſtatutum minui, non autem in totum

6 tolli niſi ex cauſa. Pacto † vero eius cui debita eſt videtur poſſe tolli, & illi in ſpecie renunciari: vt per Fely. in d. c ſi diligenti. colum. j. & probatur in. §. et generaliter. l. ſi quando. C. de inoffi. teſtamen. de cuius intellectu & materia variant docto. multa circa prædicta ſcribentes. vide Cor. in conſi. cclxv. lib. iij. Soci. conſi. lxxix. lib. ij. & xviij. col. fi. lib. iiij. Iaſ. conſi. ccvij. libr. ij. & cxxxj. lib. iiij. Curt. Iuni. in conſi. xxj. & clix. Rouinum in repeti. §. & quid ſi tantum col. lxviij. cum ſequentib. & Deci. in conſil. ccccev. & dclxxxvij. Quod ſi op-
7 ponas † de gloſ rubri. C. de decur. lib. x. quę vult fieri per ſtatutum poſſe, quod per pactum fieri poteſt. Reſpon. concluſionem procedere vbi eſt eadem ratio, ſecus ſi diuerſa: quia nonnunquam aliquid fieri poteſt per pactum, quod per ſtatutū fieri prohibetur, princeps enim ligatur pacto. c. ſ. de probatio. non autem lege vel ſtatuto. l. princeps. ſupra de legib. & l. digna vox. C. eod. titu. Item per pactum remitti poteſt iuramentum ab eo in cuius fauorē pręſtitum fuit. c. ii. de ſponſa. & tamen non poteſt per ſtat. tolli Alex. plene in conſi. lix. lib. i. Deci. in l. nec ex prætorio. ad fin. infra eod. titu. quibus vltra ea quæ ibi dicentur, adde not. per Aquen. in l. non ſolum. in. §. morte. col. iii. de no. oper. nuncia. & in repeti l. vt vim. colum. ii. & iii. de iuſtit. & iure, vbi dicit fieri aliquando poſſe per pactum, quod non poteſt fieri per ſtatutum, quando pactum reſpicit præiudicium paciſcentium, quia ſtatutum publicum incōmodum concerneret: vt per Bald. in l. fi. in. §. illud. ad fi. C. de tempo. appel. vbi patet appellationem tolli poſſe per pactum, non per ſtatutum. Item per pactum remitti poteſt iuramentum teſtiū, non per ſtatutum. Felyn. in cap. conſtitutus. colum. viii. de reſcrip. Item licet pacto prohiberi poſſit ne res in eccleſiam tranſeat, ſecus tamen eſt per ſtatutum. Fely. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ, in vlti. chartis. de conſtitutio. facit quod ſcribit Alexan. in l. i. colum vii. ff. de re iudica. dum concludit, ꝙ iudex poſſit alterare tempus appellationis, quod tamē fieri nequit per ſtatutū. Idq; in dictis caſibus contingit propter rationis diuerſitatē. pactum enim, vt diximus, priuatum incommodum tantummodo reſpicit: & in re ſua quilibet eſt moderator & arbiter: vnuſquiſque iuri pro ſe introducto renunciare poteſt. iuribus vulgar. ſed ſtatutum eſſet contra publicam vtilitatem vel autho-

ritatem ſuperioris, ideo nimirum ſi per ſtatutum legitima tolli non poteſt, ſecus vero per renũciationem & pactum illius cui eſt
8 debita. Et ſicuti ex prædictis liquet, † lex maiori fauore proſequitur alimenta ꝙ legitimam. multi etenim firmant legitimã per ſtatutum tolli poſſe: qui quantum ad alimẽta id negant: vt per Bal. nouellum, & Alciatum in ſuperioribus relatos. Rurſus iuri legitimæ pacto renunciari poteſt, non iuri alimentorum, vt dictum fuit. nec mirum, quia ab ipſis vita hominis dependet. l. vel necare ff. de libe. agnoſcen. l. cum hi. in. §. modus autem. ff. de tranſaction. & notatur in
9 l. de alimentis. C. de trãſaction. De † defenſione vero an poſsit per ſtatutum tolli: vide Deci. in rub. de appellatio. in iij. q. & in l. vt vim. col. j. ſupra de iuſti. & iure, concludentem ꝙ ſic ex cauſa: aliter non, vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, ſemper, quomodo accipiatur.*

2 *Obſcurum an differat ab ambiguo. Et vnde dicatur. nu. 3.*

4 *Dubium verbum, quomodo accipitur.*

5 *Voluntas hominum in primis inſpici debet. Secundo veriſimilitudo nu. 6. Tertio ad proprietatem uerborum nu. 7. Quarto ad conſuetudinem regionis nu. 8. Quinto hæc regula. nu. 9.*

10 *Legatum ad pias cauſas large debet intelligi. §. fi. l. titia. ff. de aur. et arg. lega. quo modo intelligatur.*

11 *In voto deo facto ſtricte quando procedatur.*

12 *In contractibus ſtricte proceditur, & de minimo intelligitur. limita. nume. 13. 14. 15. 16. & 17.*

L. veteribus. ff. de pact. ornatur poſt nu. 16.

17 *Verba in omni materia accipiuntur ſecũdum ſubiectam materiam.*

18 *In delictis quòd minimum eſt ſequimur. limita nu. 19. 20. 21. 22.*

L. item mella. §. ſi plures. ff. ad l. aquil. ornatur poſt nu. 20.

23 *Delictum plura territoria tangens, vnicuique iuriſdictio in ſolidum cõpetit, præuentionique locus eſt.*

24 *Non ſolum in quantitatibus verum in ſpeciebus quòd minimum ſequimur.*

24 *In ſententijs quòd minimum eſt ſequimur.*

25 *Et quid in iudicijs.*

L. IX. Vlpianus.

SEmper in obſcuris quod minimũ eſt ſequimur.

SVMITVR ex ll. in glo. alleg. & prima facie ſuperflua videbatur ob duas ſequẽtes regulas quarum prima eſt in l. ſemper in ſtipul. ſecunda in l. in obſcuris. quę idem pluſq; dicere videbantur. ſed diligenter cõſideranti aliud eſt propter diuerſitatem ipſarum regularum, nullaque eſt quæ præciſe loquatur in terminis præſentis regulę. & ita generaliter: vt infra dicetur. In text.
1 ibi ſemper, † nota regulam tradi vniuerſali vel generali ſigno vt fieri debet ſicuti vidimus poſt glo. in l j. ſupra eo. & quamuis tex. dicat ſemper, non tamen procedit ſemper quod hic dicitur: vt infra apparebit, ideo expone, ſemper, ideſt communiter & regulariter ſecundum naturam huiuſce tituli, ad hoc text. cum gloſ. in l. j. in verbo ſemper ff. ſolu. matri. vbi Iaſ. colũ. viij. Et plura de his vniuerſalibus & generalibus ſignis quæ ciuiliter intelligi debent & cũ temperamento: vt per Felyn. etiam in prohemio Rex pacificus. In tex. ibi obſcuris
2 † an obſcurum differat ab ambiguo ponit Deci. in c. fin. in iij. not. de conſti. concludens ambiguũ dici, quod pluribus modis: obſcurũ, quod nullo modo intelligi poteſt. idem videtur ſentire Felyn. in prohemio decret. colum. ij. Et male meo iudicio, quia obſcurum intelligi poteſt ſeu interpręetari licet cum difficultate, iuxta illud. dum breuis eſſe laboro obſcurus fio. & cõtra Dec. eſt tex. in l. veteribus. ff. de pact. & in hac l. cum ſimilibus vbi obſcura diſpoſitio valet & interpretationem capit ſecundũ regulas iſtius tit. Quod ſi nullo modo intelligi poſſet nullius roboris vel momẽti eſſet: arg. tex. no. in l. ſed & ſi pupillus in. §. proſcribere. cum ibi not. ff. de inſtit. & per Signorol. de Homodeis pulchre in conſi. lix. Pau. de Caſt. in cõſi. cccxxxiij. in antiquis. Ioan. de Ana. in conſi. xxv. & ibi Fely. in c. ex parte decani, col. xiij. & xv. de reſcri

Et dicit poſt Zabarellam Guido papę in
q.ccxliij.φ ſi fuerit productum inſtrumen-
tum non intelligibile,vel per quod pars in-
ſtrui non poſsit,pro nō producto habetur.
& ſimiliter obſcure libellans pro nō libel-
lante reputabitur. Bal.in l.edita.col.xviij.
C. de eden. & text. in l.de ętate. in.§.nihil
intereſt.cum gl.in verbo,obſcure.ff. de in-
terrog.actio.allegatus per Deci.loquitur in
reſponſione interrogatorio data,quæ debet
clara eſſe ne interrogans incertus dimitta-
tur:ideo ſi obſcura ſit,pro non data habetur
nulliuſque eſt momenti,accedant quę ſcri-
bit Alex.in conſi.xxxiij.lib.ij.Felyn.loco
præalleg.dum tractat de obſcura,ambigua,
& dubia diſpoſitione. Deci. in conſi. dxl.

Aliam declarationem inter Ambiguum
& obſcurum ponit Aul.Gell.in noct. atti.
c.ij.lib.xj.quem ſequitur Soci.in l. in am-
biguo. colum.j. ff. de rebus dub. φ ambi-
gui verbi natura ſit duo vel plura dicere;
obſcuri vnum,ſed de quo ſenſerit loquens
3 latens ſit & abſconditū. Vt enim ſcias †ob-
ſcurum dicitur latens abſconditum & ſine
lumine,componiturque ex ob & curo ſiue
cura.ſ.litera interpoſita: φ ea quæ obſcu-
ra ſunt curam omnibus obijciāt,Ambiguū
quod in ambas partes agi animo poteſt,li-
cet & de pluribus intelligi quandoq; poſ-
ſit,Cic.ad Heren.lib.j.ex ambiguo contro
uerſia naſcitur cū ſcriptum duas ſententias
aut plures ſignificat hoc modo: Tullius
meus hęres Terentię vxori meę triginta
pondo vaſorum argenteorum dato quę vo
let.poſt mortem ejus pretioſa vaſa & cæla
ta magnifice,petit mulier:filius ſe quæ ipſe
vellet in triginta pondo debere dicit. con-
ſtitutio eſt legitima ex ambiguo. Vt igi
tur ex prędictis apparet ambiguū eſt quod
in ambas partes agi poteſt.hinc illud. Saty
rici: Ambiguum cum iter eſt & vitæ ne-
ſcius error,obſcurum cuius ſenſus enuclea
tio ſit difficilis,& mens proferentis latēs,
vt ſi quis fundum leget, quamplures enim
ſunt fundi,Et ſi prædicta confundantur &
promiſcuę ſępe ponantur accipianturq;, vt
per gl.ī l.veteribus ſupra de pac, triplexq;
eſt ambiguitas.iuris,facti, & perſonæ, vt p
glo in c.vlti.xxiij.diſt.& archiep. Flore.
in prima parte ſummæ, ſuper regula in du-
bijs, & ibi ponunt,an vbi facti ambiguitas
eſt, certa poſsit proferri ſententia in præiu-
4 dicium alicuius de dubio †autem,an a prę
dictis differat, & quomodo reddatur quid
dubiū,dicemus in l.ſemper in dubijs eo.ti.
Inſeritur etiam præſens regula in c. ob-
ſcurus,de regu.iur.in vj. & ſecundum glo.
hic & ibi Dyn.& Ioan. Andrę. & plenius
Dynum in c.inſpicimus,illo eo.titu.
Hęc regula locū habet duntaxat in ſubſidiū
deficientibus alijs regulis quæ ponuntur
in l.ſemper in ſtipul.& in l. in obſcuris in-
5 fra eo.titu. In primis† enim & ante omnia
inſpici debet quod actum, potius quam id
quod dictum fuit.l.iij.C.plus val.quod agi
tur,& dicta l.ſemper. intellige expreſſe vel
tacite,vt ibi dicitur & declarat glo. in d.c.
in obſcuris,& clarius Azo exemplificans
in tit.de rebus dub.Dec.quę in d.l.ſemper.
primo enim dicit Dynus voluntatem ſequi
mur ſi de ea apparere poſsit.iuribus per eū
alleg.& l.iij.in fin.C.de lib. præter. & de
verbo.ſignifi.c.in his.elegan terque ſcribit
Cice.in oratione pro Aulo Cecinna, quæ
eſt xxviij. charta. iij. Vbi non ex verbis,
ait,actum pendere: ſed hominum conſilijs
& auctoritatibus verba ſeruire. voluntas,
inquit,totum facit:quæ ſi tacitis nobis in-
telligi poſſet,verbis omnino non vteremur
ſed quia id fieri non poteſt verba reperta
ſunt,non quæ impedirent. ſed quæ indica-
rent voluntatem.Et Hierony. ſuper Epiſto
lam ad Galathas teſtatur,non in verbis ſcri
pturarum eſſe euangelium ; ſed in ſenſu:nō
in ſuperficie, ſed in medulla:non in ſermo
num folijs,ſed in radice rationis . Item in
verbis ambiguis & multiplicibus , vt di-
cunt theologi,non eſſe recurrendum ad cō
munem intelligentiam:ſed potius ad inten-
tionem loquentium,quorum interpretatio
ni ſtandum eſſe,dicunt:niſi conſtet aut pro
babiliter vel violenter præſumatur , φ eo
ambiguo modo loquendi vſus ſit ad deci-
piēdum,vel ad alium malum finem: vt per
Ioan. Picum in ſua Apologia circa fi. j.q.

Secundo ſi de voluntate non conſtat , id,
6 †quod eſt veriſimilius inſpicitur.dicta l. in
obſcuris infra eo.& in præalleg.regula in-
ſpicimus: & per Azon. loco ſupra citato
Quæ quidem veriſimilitudo ex pluribus
habetur:vt per Dyn.Ioan.And, & alios lo
co præalleg.& pulchre per Soci. in l. cum
teſtamento.ff.de rebus dub.& aperte pro-
batur in l.nummis.ff.de leg.iij.dum dicitur
nummis indiſtincte legatis hoc receptū eſt
vt exiguiores legati videantur,ſi neque ex
conſuetudine patrisfa.neq; ex regione vn-
de fuerit, neq; ex cōtextu teſtamenti poſ-
ſit apparere.hocque ideo eſt. quia proxi-
me accedit hominis voluntati. Tertio
recurrendum eſt,ſecundum ſcribētes præ-
7 allegatos† ad propriam verborum ſignifi-

cationem: iuxta l.non aliter.de leg.iij. Circa quod membrum plura dici poſſent: ſed te remittam ad Roma. in conſil. xvj. & cxxvj. Anchar.conſil. ccxix. & cclxxxj. colum.pen.Paul.de Caſt.in conſi.ccxlvij. in antiquis. Areti.in conſil.lxvj.colum.ij. Alexand.conſil. clxij.colum. fin.lib. ij.& conſil.lxxxv.colum.ij.volu.iiij.& conſil. cxlij.col.ij.& iij.lib.v.& clxxv. colū. iij. eiuſdem vol.Corn.conſi.vij.col.ij. & conſil.lxxxj.colum.iij.lib.j.Soci.in l.ij. colū. ix.ſupra de vulga.Deci conſi.lxx.col.fin. ccv. cclxxxix.cccv. & cccxv.Curt iuniorem in conſi.xiiij.& Ludo.Gozadinū. in conſil.lx.colum.ij.& lxxxij. colū.j. & ii.in quibus locis docto.præalleg. dictam regulam declarant,ampliant,& limitāt,dicentes a verbis contractus & teſtatoris recedendum non eſſe, licet aliquę coniecturę ſint in contrarium.Dummodo non ſint nimium efficaces: vel niſi ratio ſubiectę materię à verborum proprietate recedi debere ſuaderet. Quarto, quicquid dicat Dy-

8 nus,† inſpicimus conſuetudinem vſumque regionis: ſecundum Philip.Franc.in præalle.regula inſpicimus,per illum tex. & Ioā. Andr. in dicta regula in obſcuris, probaturque in d.l.ſemper in ſtipul.de hoc etiam per Curt.in tract.de conſuet.ſuper cap. fin. in xij.q.maxime in iiii. colum. vbi ponit inſpici potius attendiq; conſuetudinem loci conuerſationis teſtatoris ꝗ̄ conſuetudinem loci vbi teſtatus eſt. Quinto, ſecūdū

9 omnes,† recurrimus ad regulam l. noſtræ, & quod minimū eſt ſequimur: ꝙ ſi de minimo non apparet actus nihil valet.l.duo ſunt titij.ff.de teſta.tut.& hic per glo. Quod locū habet in contractibus,in vltimis voluntatibus,& in delictis,vt poſt præalleg. Canon. tradit hic Deci. rationem aſsignans.

Habet ergo locū regula in legatis & vltimis voluntatibus.d.l.nūmis.cum prçalleg. & tex.not. in l.apud iulia.in.§.ſcio ex facto.ff.de leg.j.

Quaſdā reſtrictiones ponit hic Deci. de quibus oībus: vide pulchre Azo.in titu.de reb.dub.Ioā.Fab.inſti.de lega.in.§.generaliter.col.ij.Corn.in cōſi.ccxliiii. vī prima facie col.ij.Alex.in conſil. xxj. viſis his. lib.ii.Soci.conſi.xcvi.in ſecūdo dubio.volu.ii.Fely.eleganter.in c.inter cæteras.co. iiij.de reſcri.Deci.in cōſi.cclxxxix.col.fi. & in l.in teſtamētis infra eo.Bar.per illum tex.in l.quidā hęredē.ff.de vin.trit.oleoq; leg.vbi prędicta ēt limitat in legato alimētorū:ſed Iaſ.reprobat melius declarās in l. ita ſtipulatus.la grāda col.vii.& viii.ff.de verbo oblig.

Sed eſt diligenter aduertendū circa vlti-

10 mā reſtrictionem Decij,de† legato ad pias cauſas facto, vt intelligi debeat de maiori nō de minori fauore religionis & piæ cauſę:per tex.not & pulchrum in l.titia in.§. fi.ff.de auro & arg.leg.vbi iuſſus a teſtatore ſignum vel imaginem in eccleſia ponere.de argento non de ęre ponere debet. Deci.contradicit per illummet tex.vbi de aureis & argenteis ſignis fit mentio, & tamen legatum de argenteis intelligi dicit factum ergo de minori:prout etiam in hac regula dicitur.hoc & latius tradit Iaſon.in l.ſi ita aſcriptum.col.fi.ff.de leg.i. dicens intellectum Bar.in d.§.fin.erroneum eſſe. Sed limitatio & reſtrictio prædicta a doct. communiter eſt approbata. quam ēt ſequuntur Bald. & alii. in l. ſi nondum. C. de furt. & Areti.in l.ſi ita ſtipulatus fuero decem aut quinq;.ff.de verb.obli.& in l.ſi duo. in fi. eo.tit.& Barb.in c.iudicāte.col.vii.cū ſeq. de teſta. vbi late & eleganter tangit intellectum tex d.§.fi. &.c. ex parte.de cenſib. pro communi conſuluit etiam Ludo. Gozad.in conſil.ſuo.lx.in.ii.col. Et ſecundum veram bonamque literam dicti.§.fin.quam Iaſ. & Deci. non habuerunt,communis cōcluſio,ꝙ de maiori legatum factum intelligatur concludenter ibi probatur: nam vbi ſecundum codices impreſſos in.d.§.fin. dicitur, niſi aurea aut argentea tantum ſint dona. in antiquis codicibus legitur: niſi, videlicet, aut ærea, aut argentea tantum ſint dona, & cum inde argentum ponendum reſpondeatur, argumento concludenti euincitur fauore piæ cauſæ de maiori intelligi factum legatū: quia ſi de minori intelligeretur de ære reſpondiſſet. Nec ibidem dicitur,ꝙ in ſacra illa æde eſſent etiam aurea ſigna, licet iuriſconſultus quærat, an de auro poni debeant, ſic que de precioſiori materia metalli quæ inueniri poſſit. Immo aperte vult iuriſconſultus ꝙ non eſſent ſigna aurea, dum ait, argentea tantum. & ſi aurea fuiſſent, magis de auro quam de argento reſpondiſſet fauore piæ cauſæ. Nec refragatur ꝙ teſtator ibi non taxauerit quantitatē, pondus.n.expreſsit librarū centum,nō metalli, materięq; qualitatem,cum ſolum ordinauerit ſignum dei fieri ex Libris centum in templo illo vbi erant ſigna ęrea & argentea tantummodo,ad argētumque redigitur ſenſus & legatū,et ſi ead maius ob honorē dei & pię cau

ſę fauorem, quemadmodum etiam declarauit Barba. in d.c. iudicante. colum. viij. vbi etiam pulchre excuſsit intellectum c. ex
11 parte. de cenſib. Vbi † in voto quod immortali deo redditur fit interpręiatio vt minus obliget vouentem. ibique votum de certa menſura panis tradenda ad minorem menſurã redigitur. Vt enim ipſe dicit, quoddã eſt votum factum ſuper re, quæ immediate dicatur aſsignaturque pro honore, & ſeruitio dei. exempli gratia, in calice, paramentis, & ſimilibus, quibus deo exhibetur honor: hoc caſu in conſideratione eſt dei honor & piæ cauſę fauor, proceditque deciſio tex. præalleg. §. fin. l. ritia. non autem. d. c. ex parte. quod viua ratione probatur dũ ibidem ſubiungitur, ne clerici temporalibus inhiare videantur. quæ ratio in caſu præſcripto non militat. illud enim eſt immediate deputatum ad honorem dei, nec clerici ſibi imburſant. Quoddam eſt votum factum ſuper re quæ ipſis clericis applicatur & in eorum fauorem recipitur: vt in d.c. ex parte. & hoc modo exigere nõ poſſunt, niſi quod minimum eſt, per rationem ibidẽ aſsignatam quam ſupra retuli. Ea propter ſubiungit ibidem Barb. ſi quis fratribus prandium dare vouerit, exigere non poterunt magnos piſces, ſed minutos quod grauiter, ait, tolerabunt. Ex quibus videre potes quantum a ſcopo aberret hic Deci. circa prædictam lim. verba faciens.

Secundo locum habet prædicta regula
12 † ꝙ inſpiciatur minimum etiam in contractibus: vt hic per Deci. poſt glo. Dyn. Ioã. And. & alios in dicta regula in obſcuris. & Azo. in pręa leg. tit. de rebus dub. Et iſta concluſio poſſet multipliciter probari, primo in d. l. ſemper in ſtipul. in fi. infra eod. in l. fi. ff. de pręto. ſtip. in l. inter ſtipulantem. in. §. ſi ſtipulante. ff. de verb. obli. in l. ſi ſtipulatus fuero decem aut quinque. & in l. ſi ita ſtipulatus fuero decem aut quindecim. illo. eo. tit. in quibus locis glo. plura alia iura citant. dicitque Areti. in d. l. ſi ſtipulatus fuero decem aut quinque. ꝙ in ſumma & quãtitate temporis remanet maior numerus temporis, & non minor per illum text. quia maior numerus quo ad ipſam obligationem facit minus eſſe in obligatione ꝙ̃ ſi aliquid deberetur breui tempore. non ab re igitur dixit glo. not. in d. l. fin. ꝙ iudices ſemper ſequuntur quod eſt minus. & quanto minus poſſunt cõdemnare ſolent. Per iſtam regulam conſuluit Fulg. in conſil. ccxxxj. incip. in quodam inſtrumento, ꝙ ille qui promiſit eccleſię amphoras duas vini ſingulis annis, tenetur ſolummodo ad vinum, non autem ad amphoras & ampullas, dato ꝙ obligatio ſit obſcura, vel ambigua. vt quod minimum eſt ſequamur. ſed miror ꝙ pro eius conſultatione non adduxerit text. l. iij. ff. de vino & tritico leg. ibi ſic inquit loquimur nos habere amphoras mille ad menſuram vini referentes, & ſic amphorarum exprę ſsio ſit ſolummodo reſpectu menſurę pręſtandę, nimirum ergo ſi amphorę ipſe non debentur in contractibus, nec etiam in legatis: vt per illũ text. & glo. tradit Paul. de Caſt. in l. ſed & ſi reſtituatur. in. §. ſi libertus. ſupra de iudic. ꝙ iuſſus a teſtatore emere menſuras decẽ frumenti, intelligitur de frumento menſurato, non de menſuris per quas fit menſuratio.

Procedit autem iſta regula quando mi-
13 nimum non eſt inutile † alias mediocre debetur. l. ſi quis argentum. §. ſimilique modo C. de dona. ſecundum Dyn. & Deci. hic pulchre. Alexan. & alios in l. legato generaliter. col. j. & ij. ff. de leg. j. vbi inuenies declaratum. d. §. ſimiliq; modo. & quando ſit ꝙ magis proſit rem non habere ꝙ̃ habere.
14 Item & ſecundo † non procedit in dote: vt per glo. l. nuptura. ff. de iure dotium. per illum tex. in ambiguis enim pro dotibus reſpondere melius eſt l. in ambiguis infra eo. quæ regula eſt magis ſpecialis ꝙ̃ regula iſtius legis: ideo illa prius attendi debet, ſecundum Deci. ibi poſt gloſ. Et not. diligenter iſtud procedere vbi verba dubia ſunt vel ambigua, vt de maiori ſumma intelligamus fauore dotis per d. l. nuptura. & l. in ambiguis, ſecus eſſet in alternatiua ſummarum vbi de minori intelligitur etiam in materia dotium. per tex. cum glo. in l. ſi pater. in. §. quę debitorem. ff. de iur. dot. quicquid aliqui dixerint: vt per Iaſ. in d. l. ſi ita ſtip. decem aut quinque. & melius per Aretin. quem Iaſo. minime retulit in l. ſi duo. ff. de
15 verb. obli. Circa tertiam † reſtrictionem datam per Deci. quando obſcurum per iudicem declarandum eſt c. j. de decim. l. cũ pater. in. §. gener. ff. de iure dot. de ipſius intellectu, vide omnino Pau. de Caſt. in cõſil. cxxv. colum. iiij. in antiquis. facit quod ſcribit Bal. in l. ſi nondum. circa fin. verſic. extra not. C. de furt. Iudex enim in dubijs ſequitur potius mediam viam vti tutiorem quia in medio conſiſtit virtus Quarto li-
16 mitatur † in pactionibus obſcuris aut ambiguis, vbi verba contra eum interprętantur qui apertius potuit legem dicere aut loqui.

qui. Et generalius loquendo interpretatio fit contra fundantem ſe in verbis. l. veteribus. ff. de pact. quia intentionem fundans in aliquo, ſiue agẽdo ſiue excipiendo eam probare tenetur, l. ij. ff. de probat. & dubia probatio non releuat, l. non hoc. C. vnde cog. hinc eſt, ꝙ vbicunque probatio neceſſario non concludit, interpretatio fit contra fundantem ſe in verbis ſeu actu tali. vt per Iaſ. dupliciter limitantem in d. l. veteribus. plura alia ponunt Oldra. conſi. xcv. col. ij. Imo. conſi. xxj. Arc. in conſi. liiij. & lxxxiiij. Ioan. de Ana. conſi. xcviij. Alex. conſi. x. col. ij. & lj. & lxxxj. vol. iij. & cõſi. ij. col. ij. & xxviij. col. ij. & lxxx. col. j. & conſi. xciiij. ad fi. & cvj. ad fi. lib. iiij. & in conſi. cxxviij. in fi. & cxxxix. ad fin. & cxl. col. j. & cxlv. col. iiij. & clxxxvij. colum. fi. ſemper in v. vol. Cor. conſi. cccxx. lib. iij. dum tangit an illa verba ſine cõtradictione talis, intelligantur ſi talis non contradicat, aut non obſtante contradictione ſua: & reſpondet fieri debere interpretationem contra fundantem ſe in verbis, Soci. pulchre in conſil. xcix. colum. j. & conſil. cxxvij. ad fi. & cxxxiiij. col. ij. lib. j. Deci. conſil. clxxxiij. col. ij. & in l. in contrahenda, infra eo. Curt. in tract. de conſuetu. ſuper c. fin. in xij. q. dum ait primo recurri ad morem & conſuetudinem regionis pro habenda declaratione & interpretatione; ꝙ ſi haberi nõ poſsit tunc inſurgere diſpoſitionem d. l. veteribus. Pulchre etiam in propoſito ait Azo, in ſumma ti. de reb. dubi. Rog. antiquum gloſat. verba ſua obſcure & ſub nube poſuiſſe, et verbum dubium dixiſſe appoſitũ in his quæ abſcõdita ſunt & inuiſibilia, vt ſi dicat equi venditor id patitur vitij, quia non aſcendit arborem, id eſt põtem, vel nimis rodit pro mordet, aut oportet habenas retineas. id eſt ceſpitat, ſeu vt ipſe loquitur ſcaputiat, & conſimilia nimis obſcure loquitur. idem ſi inſidioſe diſsimularet: ut in l. Iulia. §. idem Iul. cum gl. ff. de actio. emp. in omnibus prædictis contra venditorem fit interpretatio. Si vero apponatur in his quę tam emptori ꝙ venditori ſunt cognita, viſui, audituiq; patentia, vt ſi dixerit accedere ſtichum ſeu vaſa, contra emptorem fit interpretatio. dementię enim adſcribi, dicit, quare ſtatim non quęſiuit, oſtendiq; ſibi fecerit ꝙ eſſent illa vaſa. aut ſeruus ille quem dicebat accedere. l. ſi in emptione. & l. cum comprehenſum. ff. de contrahẽ. emp. Quinta limita-
17 tio † Decij, d. l. j. ff. pro dote, ꝙ in dubio transfertur dominium ratione ſubiectę materię, comprehenſa eſt in ſuperioribus, dum diximus a proprietate verborum tam in contractibus ꝙ in vltimis volũtatibus recedi ratione ſubiectę materiæ. Generaliſq; eſt, et in omni materia recepta ſentẽtia, verba intelligi debere ſecundum ſubiectã materiam. l. ſi vno. ff. loca. cum cumulatis per Felyn. in c. nam concupiſcentiam. fol. j. de conſti. Iaſ. in l. j. in glo. poteſt. ff. de iuriſdi. om. iudic. & Deci. in c. cum parati ad fi. ij. col. de appel. Hinc etiam dicimus verba contrahentium in dubio interpretãda eſſe ſecũdum naturam iuris, ſuper quo interponuntur. Bal. in l. j. col. iiij. C. commod. Ro. conſi. lxxxviij. & ccxj. Arc. conſil. clxiij. col. fi. Alex. pulchre conſi. xxxvij. ad fi. j. col. vol. iij. et conſi. xxxv. ad fi. iij. col. lib. iiij. & conſi. cxxviij. col. j. in v. vol. Dixit quoq; eleganter Ang. in conſi. cclxxxiiij. exorta, col. fi. ꝙ verba quantumcunq; generalia in quauis diſpoſitione inſerta ſemper reſtringũtur, & regulantur ad cauſam, & ſecundum cauſam de qua agunt & cogitant diſponentes, per. §. Lucius. l. emptor. ff. de pactis. Et cum, vt ſuperius diximus, ad hanç regulam in ſubſidium recurratur, non eſt mirum ſi prius diſpoſitio ſecundũ ſubiectam materiã intelligi debeat. & ſi non ſolum obſcura eſſent verba, verũ in contractu omiſſum quid dici poſſet, tũc ad minimum res non redigitur, nec fit talis interpretatio; ſed omiſſum habet' ꝓ omiſſo l. quicquid aſtringende. cum ibi nota. ff. de verbo. obligat.

18 Tertio principaliter hæc regula † etiam habet locum in delictis: vt quod eſt minimum ſequamur, quia mitior pars ſemper eſt eligenda. l. interpretatione. & l. ſi præſes. in fi. ff. de pœ. cum alijs de quibus per Dy. in dicta regula in obſcuris. & gl. in c. in pœnis. de reg. iur. in vj. & in d. l. ſi præſes. Ex quibus infertur ad plures not. qõ. vt hic per Deci. plura addi poſſent, quia materia eſt diffuſa. & declarari debet prædicta concluſio vti faciunt Dy. & Philip. Fran. in regula in obſcuris. Reſtringitur
19 † primo concluſio ſecundum Decj. hic. Dy. & Ioan. And. loco pręallc. niſi ex qualitate facti aliud præſumatur, quia ſecundũ præalleg. vbi delictum & qualitas ſunt recta, ſed incertus animus delinquẽtis, ſequimur, non quod minimum eſt, ſed quod durius eſt. videlicet, ꝙ animum delinquendi habuerit, ex quo ad delinquendum eſt habilis, idq; inducit facti atrocitas. l. j. C. de

ſicar.l.ſi non cōuitij.C.de iniur.c.j.de præ
ſumpti.de quo pulchre per Aret.in conſil.
lxxx.ſicut decet.col.ij.Soci. cōſi. cxviij.
lib.j.Fely.& alios in d.c.j.faciūt quæ pro-
xime diximus de verbis intelligendis ſe-
cundum ſubiectam materiam: reſtringique
ad cauſam,& ſecūdum cauſam de qua agi-
tur:& ꝙ factis ſicuti verbis datur intelli-
gi declaraturq; volūtas: immo fortior eſt
actus facti & magis intētus ad declarandū
voluntatem.l.Paulus.ff.rem rat.habe.late
Deci.in l.non vult hæres eſſe.col.fi.ſupra
20 eo. Secundo † reſtringitur in caſu.l.itē
mella.in.§.ſi plures.ff.ad l Aquil.quando
plures fuerunt in actu delinquendi & igno
ratur quis deliquerit . vbi enim delictum
& qualitas ſunt certa,ſed perſona incerta,
vt quia nullus deprehēditur fuiſſe in actu
delinquendi,ſequimur minimum:omnes.ſ.
abſoluendo.l.abſentem.ff.de pœn.Si vero
plures fuerunt in actu delinquēdi,tñ igno-
ratur quis deliquerit , tunc non ſequimur
minimum,quia omnes puniūtur.d.§.ſi plu
res.Ratio eſt dicit Ioā. And. quia apparet
omnes eſſe culpabiles ex quo fuerūt ī actu
delinquendi.& concurrit vtilitas publica
ſuadens delicta puniri:vt per eum.non ta-
men puniuntur omnes de homicidio vel
occiſo.ſed aliter vt per Alex.in conſi.xv.
volu.j.& conſi.xiiij.vol.iij.& xlvj.volu.
iiij & conſil.ij.vol.vij.Ioan.de Ana.in c.
ſignificaſti.el ij.de homici.omnes Moder.
in l.ſi quis id quod.in vlti.nota. per illum
tex.ff.de iuriſdi.om.iudi.Caſſaneum in cō
ſi.lviij.Hippo.de Marſi.in repe.rub.C.de
probatio.col.lxxxiij.& in l.j.in princi.in
vlt.col.ff.de quæſtio.& late in l.fina.ff.de
ſicar.& per Deci.in l.fauorabiliores. infra
eod.in quibus locis inuenies quicquid di-
ci poſsit circa materiam.§.ſi plures. Ter
21 tia reſtrictio † quando proprietas verbo-
rum aliud deſideraret,quia etiam in pœna-
libus fit larga interpretatio quatenus pro-
prietas verborum patitur,ſecundum Deci.
per text.no.vbi Are.ſignat,in l.cum lege.
ff.de teſta.vide Fely.in c.cauſam quę.col.
ix.de reſcrip.pulchre Moder.Peruſi.in ru
bri.ſol.mat.col.xix.cum ſeq.Deci.conſil.
cclxxxix.col.fi.& in c.ſedes,in iij.no. de
reſcrip.in l.imperium.col.iij.ſupra de iur.
om.iudi.vbi concludit,ꝙ qñ mentio fit de
pœna capitali,non de morte, ſed de exilio
intelligitur. vt benigniorem partem ample
ctamur.quamuis Ang.de morte intellexe-
rit.pro quo videbatur facere regula.d.l.cū
lege.ſed poteris negare ſtrictā & propriā
verborum ſignificationē id ſuadere, quin-
immo equiuoce,& varijs modis capitalis
pœna capitur,vt ibidem per prealleg.ideo
in pœnalibus æquum & iuſtum eſt in du-
bio accipere in mitiorem partē , ſicq; pro
22 exilio. Quarta † limi.eſt in caſu.c.pen.
de ſen.excom.de qua ad Deci.hic te remit
to.Inuenio ēt ꝙ Alcia.in tract.de preſum.
in xlv.præſump.tertiæ regulæ quædam in
propoſito iſtius materiæ ſcribit. vide ibi.
Intelligitur autem prædicta regula qñ
23 in obſcuris habetur minimū: ſi † vero oc-
currunt delicta vbi nō ſit minimum, vt cū
dubitatur quis ſit iudex delicti:exēpli gra
tia,exiſtēs in vno territorio ſagitta vel la
pide in alio territorio exiſtentem percuſ-
ſit, & ad quem iudicem cognitio & puni-
tio huiuſce delicti pertineat,dubitatur : ne
delicta remaneant impunita: quicquid di-
xerit Fran. Vercellē.relatus.per Ioan. An.
in regula in obſcuris.ad fi.commēti cōclu-
dunt ipſe Ioan.And.& Phil.Fran.ibidem,
iudicem vtriuſq; territorij poſſe procede-
re,& punire.iudicem territorij,a quo pro-
ceſsit iactus,reſpectu principij,et quia ſub
eo perfecit quo ad ſe. Iudicem alterius ter-
ritorij,reſpectu finis & effectus : ſicq; deli
ctum plura territoria tangēs vnicuiq; ter-
ritorio inſolidum attribuitur.l.j.cū ibi no.
C.vbi de crimi.agi opor.præuētioniq; lo-
lus eſt,ſecundum præfatos ſcribētes.& tra
dit Soci.in c.poſtulaſti.col.iij.cum ſeq.de
foro competē. vbi in ſimili materia plures
quæſtiones tangit.de quo etiam per Fely.
in c.j.col.pe.de præſump.vbi inducit illū
tex.ad determinationem iſtius qōnis . &
plura alia ſimilia congerit.accedant q̄ ſcri-
bunt Roma.in conſil.ccxiii.& ccxxiij.&
ccclxxv.& cccclxiij.Pau.de Ca.in conſi.
cxix.in antiquis.Are.conſi.lviij.col.pen.
& fi.Alex.in cōſi.xj.in quinto dubio lib.
j.Barba.conſi.xxxj.col.ij.libr.iiij.& in c.
cum ſit generale. colum.iiij.cum pluribus
ſeq de foro compe.Fely.in c.at ſi clerici.
in prin.in iiii.col.vbi Deci.vij.de iud.eū-
dem Deci.conſi.cxxxvij.
24 Quarto principaliter † dicta regula lo-
cum habet non tm̄ in quantitatibus verum
etiam in ſpeciebu:ita ſentit hic Deci.cir-
ca prin.cōmen.qđ clare probari vr̄ per ge
neralitatē pñtis regulæ. ad qđ vide Iaſ.in
l.ſi ita ſcriptū.ī vlt.no. & ī l.legato gñař.
ff.de le.j.& ff.ſo.ma.ī l.diuortio.in prin.ī
25 iii.col. Quinto † regula iſta ꝓcedit ēt in
ſentētiis : qa ſi iudices in diuerſis ſummis
condēnent ſummā minimā ſpectamus.l.in-

ter pares.in fi.ff.de re iudi.Hinc eſt ꝙ verba ſniæ,vt ſonant intelligenda ſunt,neque plus ex ea inferri debet q̃ neceſſario inferat.Fel.in c.aduerſario.col.iiij.ver. difficilius.de excep.Deci.cõſ.xliii.col.fi. faciũt quæ idem Fely. ſcribit.in c.quod ad conſulta.colum.ii.de re iudica.& Aquen.in l. impoſsibilis.ad fi.ff.de verbo.obliga.dum diſputant,an æquiparetur vltimæ voluntati,vel contractui. in vltimis enim voluntatibus & contractibus hæc regula procedit,ergo &c.

26 In † iudiciis non habet locum. glo.hic in fi. quæ rationem aſsignat. Intellige ſecundum terminos.l.ſi quis intentione ambigua.ff.de iudi.alleg.per glo.quia ſtante dubio in deductis in iudicium per actorem ſtatur potius declarationi actoris q̃ rei, per rationem gloſ.ad dicta l.ſi quis intentione.quędam hic congerit Deci.ego late ſcripſi in l.ædita.in materia emendationis, poſt alios ſcribentes,C.de eden.

SVMMARIVM.

1 *Hæc regula procedit in connexis, & quæ dicantur connexa nu. 2.*

3 *Conſuetudo de extrahendo capitale de primis fructibus eſt illicita.*

4 *Incolis onera ſubeuntibus communicanda ſunt iura communitatis.*

5 *Forenſibus quando competant beneficia legum: & quid in clericis.*

6 *Contractus debet in totum acceptari.*

7 *Idem in confeſsione qualificata.*

8 *Quando ex priuilegio interdicti tempore familiares monaſterij poſſunt ad diuina admitti, an familiares recepti poſt priuilegium comprehendantur.*

9 *Mulier infra annum luctus debet alimentari ab hæredibus mariti.*

10 *Bona communitatis an diuidantur per capita,vel pro modo æſtimi.*

11 *Contrariorum quando ſit eadem diſciplina, & quomodo intelligatur.nume. 12. 13.14.15.& 18.*

16 *Mulierẽ tangere an bonum ſit vel malũ. c.hoſpitiolum. xxxij.diſtinctio.quomodo intelligitur.*

17 *Contrario exiſtente bono, an aliud malum ſit.*

19 *Abſolutio an intelligatur prohibita,quando eſt prohibita condemnatio.*

20 *Statuto diſponente,quòd fratri non ſuccedat ſoror, non habet locum econtra.*

21 *Dos lucrum amplectitur & onus non patitur.*

L. X. Paulus.

SECVNDVM naturam eſt commoda cuiuſque rei eum ſequi, quem ſequũtur incommoda.

Ex antiquo iure ſumpta fuit, & ex.ll. per glo.alleg.Inſeritur pariter in c.qui ſentit.de regul iur.in vj.qui ſentit onus(dicitur ibi)ſentire debet commodum,& econtra.Iuriſconſul. elegantius loquendo (vt nonnulli naris emunctæ voluere) econtrario dixiſſent: vt in l.iii.in.§.ex contrario. ff.de acquir.poſſeſ.Et ſi inueniam econtra iuriſconſultum ſæpe dixiſſe in l.quid tam? in.§.ſi maſſæ.ff.quib.mod.vſusfruct.amit. & in l.qui ſtatus.ff.de re milita.eſt ergo ſecundum rationem naturalem, vt ſentiens alicuius rei incommoda, eius pariter rei commoda ſentiat,& habeat: & ecõtrario, vt hic & in d.c.qui ſentit.vbi gloſ.Dy. & Ioan.Andr.in mercur.congerunt exempla & nonnulla ſimilia: vt hic etiam per Deci.& dicit tex.l.ſi igitur.in fi.ff.pro ſocio, æquum eſſe cuius participauit quis lucrũ, participet & damnum. rationiq; congruis vt ſuccedat in onere,qui ſubſtituitur in honore.c.rationi. de regul.iur.in vj.Ex quo ſequitur,ꝙ Papa,qui ſubſtituitur in honorem Petri.immo Chriſti,Et epiſcopi apoſtolorum loco, & qui religioſi in honore ſanctorum Benedicti,Dominici,Franciſci, & ſic de alijs, ſuccedant in onere vitæ & auſteritatis eorum.ſecundum Archiepiſco. Floren.in prima parte ſummæ ſuper regula,rationi congruit,per tex.etiam in c.non vos.& c.nõ eſt,xl. diſt.& c.eccleſię.xxv. diſtin.Hinc etiam dici ſolet, commoda quĩ ſentis iungas onus emolumentis: vt per Pau.de Caſt.in l.ad inſtructiones.C.de ſacro-
1 ſan.eccleſi.Et ſunt diligenter † not. verba tex.ibi,cuiuſq; rei commoda et incom-

moda.eo enim ſermone inſinuatur hanc regulam de cõnexis intelligi,et aliud eſſe qñ commodum & incommodum eandem rem nõ reſpiciunt, ſeu eodem ex fonte nõ procedunt. ideo recte dicit text.l.vnicæ.in.§. pro ſecundo.C.de cadu.tol.non eſſe eum ferendum qui lucrum quidem amplectitur, onus autem ei annexum contẽnit.vnitorũ enim vniformis debet eſſe diſpoſitio,& cõnexorum idem iudicium.l.iij.§.iudicio cõtrario.ff.de cõtr.act.tu.c.tĩſlato.vbi Fel. Deci.col.ij.& iij.plura congerunt, de conſtitu.Et ꝙ onera rei annexa,ex natura ipſius veniant in cõſequentiam, ponit etiam Deci.exempla tradens,in l.ſi ruffinus.col. ij.poſt alios.C.de teſta.mil.& Anch.in cõſi.lxxij.dum inqt iudicari de acceſſorijs, vt de principali in mixtis, licet diuerſam naturam habeãt. Are.conſi.xxix.col.viij. Alex.conſi.lxxxv.col.ij.lib.iij.vbi cõnexa,vt de vno corpore, iudicari ſcribit. & in conſi.cxlv.colum.ff.lib.vij.dum ponit, vtrum conuentus ratione cõnexionis gaudeat immunitate eccleſiæ. vide etiam Iaſ. in l.j.col.i.C.de tranſac.& in l.ſed & ſi.in

2 .§.filio.ff.de vulga.Quæ autem † dicantur connexa,declarant doc.in locis præalleg. Et propterea Bar.in l.debitori.ad fi.C.de pact.quærens, quæ ſit ratio,ꝙ vbi abſque pacto apud aliquem dimittitur hæreditas, teneatur ille dimittẽti, aliiſq; creditoribus ſatiſfacere.§.pe.l.ii.ff.de hære.vel act.vẽ. Reſpondet iſtud contingere ob vim & virtutem vocabuli,hæreditatis: cuius natura eſt commoda & incõmoda continere,propterea remanet cum ſuis oneribus, ſoluiq; debet æs alienum.l.fi.ff.de vſufr.le.l.ſi qs ſeruum.§.fi.cum l.ſeq.ff.de leg.ii.cũ aliis de quibus per Deci.in conſi.ccxxxvii.& Soci.in conſi.lxxxv.col.ii.vol.ii.quod ſecundum ordinem cõtinuatiuum eſt conſi. ccxxxvi.vbi ex illa declaratione infert, aliud eſſe ſi res ſingularis legatario dimiſſa fuiſſet, quia onera in legatarium nõ trãſeunt.l.ſi hæreditatem.ff.man. vnde nõ tenetur ad ſolutionẽ oneris teſtatori propter dictam rem impoſiti.& ſecundum hanc diſtinctionem regulam iſtam intelligendam

3 eſſe dicit.quod no.Hinc etiam eſt,†ꝙ conſuetudo de extrahendo capitale ex primis fructibus,ſicq; vt lucrum quęrens damnũ non ſentiat, eſt contra naturam, & illicita cenſetur, vt in ſumma Ang.in verbo ſocietas.el ii.verſi.tertio. Et pariter ſi conſuetudo diſponeret capitale ſaluum eſſe debere,aut recipientis periculo fore,contra naturam eſt,& damnata.Soci.in conſi.cxvi. volumi.ii.

Et per iſtam regulam Bar.in tract.de re

4 preſal.in i.q.v.q.principal.dicit,ꝙ† incolis onera ſubeuntibus communicanda ſunt iura communitatis. Eadem ratione forenſes,qui nõ ligantur ſtatutis, non gaudẽt beneficiis ſtatutorum,cum non debeat cõmodum ſentire qui non ſentit onus. vt etiam per Soci.in conſil.cclui.in cauſa.ad fi.lib. ii.vbi concludit,clericum nõ poſſe conuẽtionalem pœnã contractus petere,niſi quatenus intereſſet,argu.not. in c.ex parte.& in c.licet. de cenſi.eo quia clerici legibus ciuilibus talis pœnæ exactionem permittentibus non ligantur. quemadmodum igitur dictæ pœnæ ab eis peti non poſſunt: ita nec ipſi ab aliis debent poſſe petere: vt idem operetur oppoſitum in oppo. quod propoſitũ in propoſito.ad quod vide tex. in c. ſuam.de pœ.Soci.in conſil.xviii col. iii.lib.i.Lance.Galiau.in repe.§.cato. col. xxiiii.cum aliis quæ adducẽtur in l.quod a quoquam.infra eo.ti.Circa materiam ve

5 ro ſupra tactam,† vtrum beneficia legum, ſtatutorum, & decretorum forenſibus, & clericis competant.vide Anchar.in conſil. clxix.circa fi.Alexã.conſi.xli.& cxi.lib. vii.Deci.in c.eccleſia ſanctę mariæ.fol.penul.de conſti. & in conſi.cxiiii.ccccxl.& dclxi.Mod.Aſten.in tracta.excluſ. fœmi. ſtant.agna.arti.vi.& viii.col.i. Ex prędictis inferri etiam poteſt ad quæſtionem

6 †contractus initi per tutorem,qui non poteſt a pupillo ꝓ parte acceptari,& pro parte reſpui & refutari,verum onus cum commodo debet acceptari,in totũq; aut agnoſcere,aut a toto recedere:vt dicit Iuriſconſultus in l.cum quæritur.ad fi.ff.de adminiſtra.tut.vt per Bal.in conſil.ccclvii.lib. i.Ancha.in conſi.ccvii.col.ii.Pau.de Ca. in conſi.cxxxix.& cclxiii.in antiquis. & Soci.conſi.cxxv.col.i.lib.iii.Et idem di-

7 cimus † de confeſsione qualificata, quæ ſcindi non poteſt.Bart.in l. Aurelius.in.§. idem quæſiit.ff.de lib.leg.late Barb.in cõſi.iii.col.fi.lib.ii.& in c.bonæ.el ii.col.pe. & fina.de poſtula.prælato.Alexan.conſil. cxxxii.col.iiii.lib.v.Fely. in c.cum dilecti.colũ.vi.de accuſa.Cæpol.in cautel.lx. Soc.ĩ l.i.col.vi.ff.de vulg.Iaſ.in l.manifeſte.col.fi.ff.de iureiurã. & in l.ſi quidem. C.de tranſac.& Deci.in c.i.in xii.not. de poſtul.prælato.

8 Regula iſta inducitur etiam ad nota.q. monaſterium priuilegio fulfultum eſt, vt

tempore interdicti Abb.& cōuentus poſ-
ſint ſuos familiares ad diuina recipere &
admittere,vt etiam poſt priuilegium rece-
ptos familiares admittere poſsint , vt ſen-
tiant commodum qui onera ſupportant &
ſufferunt, intelligendo tamē vt ibi late di-
ſtinguendo ſcribit Ioan.Andrę.& Philip.
Fran.plura alia addi poſſent de quibus per
ſcribētes in diſcuſsione articuli quem in-
fra tangemus.an & quando contrariorum
eadem ſit diſciplina:vt per Aret.Socin.&
alios in rubri ff.de acqui.poſſ.Bar.& Iaſ.
in l.inter ſtipulārem.in.§.ſacram.ff.de ver
bo.oblig.& Mod. Aſten.in tract.de augu
mento concluſi.xiii cum ſeq.& concluſi.
xxiiii. Item inferri poteſt ad aliam quę-
9 ſtionem † de alimentis præſtandis vxori
intra annum luctus ab hæredibus mariti,
propter dotem interim retentam : vt per
Guidonem Papæ in qō.ccxcvi.& doct.in
l.diuortio.in prin.ff.ſolu.mat. Aliam ſimi-
liter quæſtionem decidit Pau. de Ca.in l.
ad inſtructionem.præalleg.& aliam Ioan.
de Plate. in l.fi.circa fi.C.de immu. nemi.
10 conced.lib.x.an † commoda ciuitatis ſeu
alterius communitatis diuidi debeant per
capita vel pro modo facultatū & æſtimi.
item ad alias de quibus per Soci.in conſi.
xcvi.lib.ii.Et pariter inferri poteſt ad de-
ciſionem,de qua in l.quo tutela.infra eod.
& inſtit.de legit.par.tut. vbi Chriſtopho-
rus Porti. & alii nōnullos caſus excipiūt.

Et per prædictam regulam & iura in gl.
alleg.infertur ſecundum glo. & Deci.hic.
Dynumq; & alios in d.c.qui ſentit.ad cō-
11 mune illud dictum † de contrariis quorum
eadem dicitur eſſe diſciplina: declarando
vt hic per Deci. Areti.vero in rubri.ff.
de acqui.poſſ.materiam dicit Brocardicā ,
quomodo illud commune & vulgatum di
ctum intelligatur.durus enim videbatur ta
lis ſermo,quinimmo dicendum,contrario-
rum in genere,cōtrariam eſſe diſciplinam,
ex quo affirmatiue de vno,negatiue de alio
diſponitur,quod eſt eius oppoſitum:ſecun
dū Dy.in d.c.qui ſentit . natura enim op-
poſitorum eſt vt ſe inuicem tollant.non vt
ſe inuicem ponant.l.fuit quæſtionis.ff. de
acqui.hære. ſecundum Bald.in l.licet.ff.ſi
quis omiſ.cau.teſta.neq; enim(vt Boerius
ait) ſolent ſibi aduerſa ſociari, cum natura
reſpuat,vt contraria quæq; iungantur.

Bar.& alii in l.inter ſtipul.in.§.ſacram.
ff.de verbo.obligat. Alex.Aret.Soci.Iaſ.
Aquen.& cæteri ſcribentes in rubri.ff.de
12 acqui.poſſeſ concludunt, † prædictam cō
cluſionem intelligi primo poſſe quantum
ad cognitionem,quia cognito vno de con
trariis cognoſcitur & reliquum , cognito
enim quid ſint alterius iuris,cognoſcit quę
ſui iuris ſint.l.i.cum not.ff.de his qui ſuę
vel alie.iur.ſunt . Et intellecto quomodo
& q̄bus modis perdit poſſeſsio , intelligit
qūo et quibus modis retinet.gl.in dicta ru
bri.ff.de acqui.poſſeſ. Et quemadmodum
publicatis teſtibus alii teſtes ſuper eiſdem
capitulis nō admittuntur,ita nec ſuper ca-
pitulis directo contrariis:cum eadem ratio
timoris ſubornationis militet , ex quo co-
gnito vno de contrariis cognoſcitur &
aliud : vt hic per Deci.poſt Ang.Areti.&
ſecundum hanc intelligentiā res caret om-
ni dubio,ſcripturęq; cōcordes ſunt. Se-
13 cundo poteſt principaliter intelligi,† con-
trariorum eandem eſſe diſciplinam : id eſt
iuris deciſionem & diſpoſitionem : & hoc
caſu ſecundum Aret,Soci. Iaſo. Aquen. &
alios loco præallegato diſtinguen.eſt , aut
in contrariis eadem ratio militat,& eadem
regula iuriſq; diſpoſitio militabit.l. diem
proferri.§.ſtari.ff.de arbi.l.penul.C.de ſo-
lutio.glo.not.in clemen.cum à repulſione.
de appel.quæ vult,ꝙ admiſsio & repulſio
exceptionis peremptoriæ ſint ambæ ſen-
tentiæ interlocutoriæ , eadem ratione in
vtroq; extremorum militante , cum nulla
ipſarum principale diffiniat negotium,ſed
diffinitiua expectatur ſententia. de quo ta
men latius per Moder.Peruſi. in dicta ru-
bri. de acqui.poſſ.col.fi. Facit vulgata re-
gula.l.a titio.ff.de fur.& l.illud.ff.ad legē
Aquil.ꝙ vbi eadem eſt ratio, eſt etiā eadē
iuris diſpoſitio. Hinc eſt, ꝙ vbi exceptio
ex forma ſtatuti non poteſt per teſtes pro-
bari,pariter nec actio,nec replicatio eo mo
do probari poterunt,ſecundum Bald.in c.
cum veniſſent.col.fi.de iudic. Et ſicuti re-
nunciatio beneficii per teſtes probari po-
teſt,nec ſcriptura requiritur : ita collatio.
Bald.in l.ab emptione.per illum tex.ff.de
pact.& in c.ii.ad fi. de reſtitu.ſpol. & quę-
dam alia ſimilia,ponit Aquen.in dicta ru-
bri.de acquir.poſſeſ.col. i. Et non tantum
contrariorum eadem eſt regula:verumetiā
eadem eſt potentia.nam ea quæ nudo con
ſenſu contrahi poſſunt,a pari potentia etiā
nudo conſenſu diſſolui poſſunt. Bal.in d.l.
ab emptione. per illum text. Idemque eſt
etiam ſignificandi modus : vt patet de ſu-
premo,qui dicitur poſt quem nemo fuit.et
de proximo qui etiam dicitur ante quē ne-
mo fuit : vt per Iaſo.in dicto.§.ſacram , in

ix.col.& Mode. Aſten.in locis præalleg. & in paruo ſuo trac.de diminutione & deterioratione, in iiij. & v. conclu. vbi etiam aliam regulam ponunt de augumento & diminutione, ambulātis pari paſſu: ita ꝙ cui ſpectat onus & diminutionis grauamē, pariter econtrario ſpectabit augumentum. l. plerunq;. in prin. & l. ſi mancipia. ff. de iure dot. Sed ſi oppoſitorum eadem nō ſit ratio ſecus erit. propterea qualitas adiecta in primo capitulo, licet repetita videaẽ in ſecundo, attamē adiecta in ſecundo nō cenſetur in primo præcedenti repetita, quamuis ab eodem verbo ambo regantur: vt ſolē niter declarat Bar. in l. item in repetēdis. ad fi. ff. de leg. iii. quia præcedentia magis influunt in ſequentia, ꝙ ecōtrario. l. quiſquis. vbi Bar. not. de leg. iii. & in l. auia. ff. de condi. & demon. prout etiam declarant Are. & Iaſ. in l. cum filio. ſuper glo. in verbo, relictis. ff. de leg. i. & Are. in l. talis ſcriptura. col. i. eodem tit. de leg. i.

14 Si vero † in cōtrariis eadem non ſit ratio, ſed contraria, tūc eadem erit diſciplina per contrarium: quia quod ſtatuitur in vno ex cōtrarijs per vnam rationem, in ſuo cōtrario oppoſitum ſtatuitur per cōtrariam rationem. exemplum in l. & ſic. in. §. fin. ff. de vulg. & pup. & in l. ſi negotia. de nego. geſt. & ff. de leg. j. in l. ſi ex toto. in princi. vnde dicunt philoſophi, ꝙ ſicut ſe habet propoſitum in propoſito: ita oppoſitum in oppoſito, vt habetur Topicorū. ij. Soci. & Are. in d. rub. de acqui. poſſ. Alex. in d l. ſi ex toto. in prin. alia iura adducit Iaſ. loco præalleg. & plures deciſiones aggregarūt Moder. Aſten. in locis præalleg. Et ſecun-

15 dum Alex. & Iaſ. præalleg. non † procedit præſens regula i his quæ ſunt ſtricti iuris: puta vbi agitur de forma mandati, quod diligenter & ad vnguem obſeruandum eſt. tunc enim cōtrariorum nō eſt eadem diſciplina. alleg. tex. not. cum ibi no. per Anto. de But. in c. ſi. de verb. ſigni. Et ex contrarijs prædictis. qn̄ vnum eſt bonū, aliud eſt malum. c. hoſpitiolum. xxxij. diſtin. bo

16 num eſt, † inquit ibi Hieron. mulierem nō tangere: eam ergo tangere malum eſt: timens enim Hieronymus mulierum deceptionem, nō ſum, inquit, fortior Sanſone, ſapientior Salomone, fortior Dauid, qui per mulieres decepti fuerunt. Sanſon per Dalidam. Dauid per Berſabee. Salomō per mulieres alienigenas. Loquūtur autem prædicta de tactu carnalis illicitiq; concubitus. Pro cuius intelligentia ſciendum eſt, ſecūdum Thom. & Nicol. de Lyra ſuper Epiſtola prima ad Corinth. ca. vij. ꝙ ſicut vis nutritiua ad conſeruationem indiuidui ordinatur: ita vis generatiua ad conſeruationem ſpeciei, propterea vt dicit, non poteſt bonum eſſe homini quantum ad indiuiduū alimento minime vti: ita dici nequit, bonum eſſe hominem quantū ad ſpeciem non tangere mulierem ſed eſt hoc homini bonum, quantum ad indiuiduum. Et primo ratione animæ quę, pro hoc eleuatur ad cognitionem veritatis. vnde Auguſtin. nihil ſic deijcit ab actu veritatis cognoſcendo, ſicut tactus iſte corporum ſine quo vxor haberi non poteſt, quia ei tenetur vir debitum reddere per actum carnis in quo abſorbetur intellectus. vnde populo legem diuinam accepturo præceptum fuit (Exodi. xix.) ne appropinquarent vxoribus ſuis. Secundo ratione corporis, per quod matrimonium ſubijcitur perpetuæ ſeruitutiˀ coniugis. vir enim non habet ſui corporis poteſtatem, ſed vxor, ſecundum Apoſt. ſeruitus autem amara eſt. Tertio ex parte rerum exteriorum, quarum occupationi & ſolicitudini neceſſe eſt hominem implicari, qui habet vxorem & filios nutriendos, Nō eſt tamen illicitus talis tactus mulieris matrimonio ſibi coniunctæ, vt per Cardi. Alexan. poſt alios ibidem relatos in dicto c. hoſpitiolum. Si vero quæras, an vno

17 contrario † exiſtente bono aliud malum ſit? Dicas, aut ſimul concurrit virtus & vitium, & tunc ſi vnum eſt bonum, aliud eſt malum: vnde continentia, quæ virtus eſt, bona eſt. Luxuria, quæ vitium eſt illi contrarium, mala eſt. Aut ſimul cōcurrunt contraria vitia, & tunc vtrunque eſt malum, vt patet in prodigalitate & auaritia. Aut ſimul concurrunt virtutes, & in iſtis contrarietas non cadit, quia virtus non eſt virtuti contraria, ſed in alijs bonis ſæpe duo bona contraria inueniuntur. ſicq; poſſibile eſt vtrunque contrariorum eſſe bonum, ſicut nubere & nō nubere. cognoſcere vxorem & non cognoſcere. ieiunare in ſabbato & nō ieiunare. vnde in iſtis bonis non procedit regula prædicta: quia cōtrariorum vnum eſt bonum, ergo aliud eſt malum, ſed procedit quando concurrūt ſimul virtus & vitium, ſecundum Archi. & Cardi. Alex. in d. c. hoſpitiolum.

18 Aliquando † in quolibet ex contrarijs ſeu oppoſitis diuerſa eſt ratio: tunc diſpoſitio non eſt eadem, nec quod operatur propoſitum in propoſito, operatur oppoſitum

in oppoſito, ſed diuerſa eſt diſpoſitio.d.§. ſacram. vbi ſi res deſinit eſſe in cōmercio extinguit̃ obligatio,& tñ ſi in commerciũ redierit nō reuiuiſcit,quia deficiunt verba obligatoria: vt ibi per Bart.probatur ẽt in l.in fundo.ff.de rei ven.vbi ad hoc vt reſti ciantur expẽſæ duo copulatiue requirunt̃, ꝙ expenſa ſit pecunia, & res meliorata: ſi ergo ęſtimatio meliorationis minor eſt ꝙ̃titate expẽſarum,peti nō poſſunt,niſi vſq; ad meliorationem:propterea diuerſa eſt di ſpoſitio: vt ibi per Bar.et Soci.in rub.ff.de acqui.poſ.Item ſi negotiorũ geſtor indebi tum exigit,cogit̃ reſtituere:& tñ ſi indebi tum ſoluit ſibi imputare debet.l.ſi quis ne gotia.ff.de nego.geſt. quemadmodum qui vſuras exegit,cogitur eas reſtituere: & tñ ſi alteri ipſe vſuras profoluerit,ſibi imputa tur: vt per Bar.& alios in d.§.ſacrã. Hinc etiam eſt,ꝙ licet eps̃ extra territorium nō poſsit excōicare,abſoluere tñ poteſt fauo re animarum: & conſequẽter contrariorũ non eſt eadem regula propter diuerſam ra tionem:quia fauorabilius eſt abſoluere ꝙ̃ excommunicare,Inno.in c.nouit. de offi. leg. Ang.& alij in l.fi.ff.de iuriſ.om.iudi. quamuis prædicta ſint potius correlatiua ꝙ̃ contraria: vt etiam ſenſit Iaſo. loco ſta tim allegando.

Inducunt prędicta doct.ad duas alias q.
19 prima eſt † vtrum prohibita cōdemnatio ne in materia correctoria, vel ſtricta intel ligenda,cenſeatur ẽt prohibita abſolutio? Aret.Soci.& Aquẽ.in præal.rub ff.de ac qui.poſ.tenẽt,ꝙ ſic.vt ẽt per Soci.in cōſi. cxx.col.iij.lib.j.Iaſo.vero in l.iij.ff.de re iudi.articulũ latius tangens cōtrarium te nuit. potes cōcordare opin. vt pulchre per Fely.in c.nō poteſt.de re iudic. Secunda
20 quæſtio.† de ſorore per ſtatutum excluſa a fratris ſucceſsione,nunquid cẽſeat̃ pari ter a ſucceſsione ſororis excluſus frater? Bal.in l.lege xij.tab.C.de legi.hær.per il lum tex.tenuit ꝙ nō,quia dato vno incon uenienti,dari nō debet aliud maius incōue niens: eſtq; cōiter a ſcribentibus recepta ſnĩa, vt hic circa finem commenti voluit Deci.& latius Iaſ.in præall.rub.de acqui. poſ.& in d.§.ſacram.col.ix.& ſeq.vbi me liorem ratiōnẽ ſe aſsignare dicit,quia con trariorũ contraria eſt ratio.nã in prædicto ſtatuto ꝙ ſoror non ſuccedat fratri,militat fauor agnationis,vt in linea maſculina cō ſeruent̃ bona & familiarum ſalua ſit digni tas:ꝗ ratio ceſſat in caſu contrario, ſi enim frater ſuccedat ſorori,potius militat fauor agnationis per diuitias augumẽtãdæ,alias qñ nō eſſet diuerſa ratio,ſicut vnus ex cor relatiuis excluditur, ita alias intelligeret̃ excluſus.§.filium.in auct.quib. mod.natu. eff.ſui.& in correlatiuis quod ſtatuitur in vno,intelligitur ſtatutum & in alio.l.fi.C. de indict.vidu tol. Soci.tamen in rubr. de acqui.poſſ.ſequitur concluſionem præ dictam vbi ratio cōſeruandæ agnationis a ſtatuto cōſiderata eſſet,vt quia excluderet propter exiſtentiam alicuius agnati:ſecus ſi ſtatutum ſimpliciter excluderet ſororem a ſucceſsione fratris,vt per eum. Sed nō eſſet recedendum a deciſione Bal.quæ cō munis eſt & indiſtincte tenet̃,vt diximus: quia ratio conſeruandæ agnationis in tali ſtatuto conſiderata cenſet̃,& pro expreſſa habetur, ſecundum communes doctorum concluſiones,vt late per Moder. Aſten.in tract.excluſ.fœmi.ſtan.agna.in iij.articu. principali. & Deci. in conſil.cccxxxiij. colum.iij.

21 Et tandem ſcias†hanc regulam nō pro cedere fauore dotis: vt poſt alios ſcribit Bald. Nouel.in tracta. de dote in xiij.ſpe ciali vij.par.princi.

SVMMARIVM.

1 *Verba, ſine facto noſtro, generaliter accipiuntur, etiam pro non facto.*

2 *Verbum, noſtrum, quomodo accipiatur. Et nume.20.*

3 *Ius quæſitum in contractu, ſine facto noſtro etiam ex cauſa dotis non poteſt alienari. Et deciduntur nouem quæſtiones per hanc regulam ſecundum numerum ſignatum.*

13 *Ius quæſitum reuocabiliter tantum ſine facto noſtro poteſt auferri. Et ponuntur aliæ quinque limitatio. nume.15.16. 17.18.19.*

14 *Dos ſtipulata per notarium genero vnius fratris tranſigentis cum altero fratre, non poteſt reuocari per aliam tranſactionem ſine facto generi.*

20 *Verbum commune, an impropriè & ficte meum dicamur.*

21 *Aqua fluminis labentis inter duas ciuitates quomodo ad eas pertineat.*

21 Aqua fluminis labentis inter duas ciuitates quomodo ad eas pertineat.

L. X I. Pomponius.

ID quod noſtrum eſt, ſine facto nõ ſtro ad alium tranſferri non põt.

SVMITVR iſta regula ex.§.ſi quis ita.l.quodcunque.ff.de verbor.obligatio. & ex.§.ante omnia.l.ſi vnus.ff.de pact.ac l.fi.eod.tit.&.§.fi.l.cum maritus.vbi tex. pulcherrimus.ff.de iure dot.cum ſimilib. facit vulg.regula.l.in re.C.manda.ꝙ in re ſua quilibet eſt moderator & arbiter:ideo nimirum ſi abſque facto ſuo ab eo tolli nõ
1 poteſt. Quę quidem † verba, ſine facto noſtro, generaliter accipiuntur tam pro actu meri & naturalis facti: iuxta l.traditionibus.C.de pact.quam pro ſimplici voluntate.quãq; etiam pro negligentia,& ſic non facto,quia appellatione facti venit non factum.§.ſi qua vxor.inſtit.de nupt.ſecundũ Deci. hic de quo eſt text.in famigerato.§. cato.vbi ſtipulatio vel non fieri, ſecũdum omnes factum continet. Ruinus tamen ibi in ii.lectu.in i.colum.id verum eſſe ſcribit large & improprie,non autem proprie.per text.l.quotiens.ff.de ſer.titu.general.ſeruitutis,inquit,non ea natura eſt,vt aliquid faciat quis,veluti vt viridaria tollat, aut in ſuo pingat,ſed vt aliquid patiatur,aut non faciat aliquid.Hanc opi.ꝙ largo modo & improprie appellatione facti veniat nõ factum, tenuerunt Alber.de Roſa.Petr. de Ancha. Areti. & plures alii Moder.in dicto.§.cato. Alci.ibidem diſtinguit aliquos
2 caſus: vt per eum. Et licet † meum & mihi debitum inter ſe differant.l. videamus.§.ſi actionem.ff.de vſur.not.Deci. in princip.l.cum fundus.ff.ſi cer.peta.tamen hæc regula de meo loquens, habet locum etiam in mihi debito. per eaſdem rationes, vt volunt communiter docto.infra allega. Procedit etiã præſens regula quamuis ius ſpe tantum quæſitum fuiſſet,ex contractu, quia ſine facto noſtro tolli non poſſet.Bal. in l.ſi conſtante.colum.fina.C.de donatio. ante nupt. Areti.conſil.lxxiiii.diligenter. in tertio dubio.& Deci. conſ.cvii.colum. fina. Rurſus procedit in vtili tantum dominio, vt ſine cauſa auferri alicui nõ poſſit, quemadmodum nec plenum. Bald.in l.ſecunda.C.de fun.patrimo. lib.xi.Iaſ. in l.ſi conſtante.colum.xiiii.verſic. ſecundo in contrarium.ff.ſolu.matri.
3 Ex quibus infertur,ꝙ † licet bona alienari prohibita, quia teſtator voluit perpetuo remanere debere in agnatione, alienari poſsint ex cauſa dotis per deſcendentes: iuxta auten. res quæ.C.communia delega. tamen quando alienatio prohibita eſſet ex contractu inter viuos, taliter ꝙ impediretur dominii tranſlatio, tunc quia ex facto noſtro & ex contractu ius quæſitum eſt,non poſſunt alienari etiam ex cauſa dotis: vt per Iaſo.in dicta auten.res quæ.colum.vii.ſeu viii.& antepenulti. facit ꝙ in habente expreſſam hypothec. anteriorem non conſideratur cauſa vel fauor dotis: iuxta gloſ. in l. aſsiduis.C.qui potio. & no.in l.i.ff.ſoluto matrimo. Hinc eſt, quod
4 † vbi ex facto notarii,vel iudicis, vel teſtis, eſt alicui ius quæſitum, non eſt in facultate corũ aliquid dicere vel facere per quod tale ius tolleratur: vt per Alexã.in l.ſciendum.col.vii.de verb.obli.& Mod. Pap.in l.i.col.vii.ff.ſi cer.pet. Item per
5 hanc regulam infertur,† ꝙ hæreticus condemnatus inde reconciliatus,nõ recuperat ius patronatus nec bona, etiam loquendo de reſtitutione generali: quicquid dixerit Imo.ſiue enim ab homine,vt inquit Abb. ſiue a iure facta ſit confiſcatio,ſtatim perditur dominium, quod non recuperatur per pœnitentiam.tex.eſt in c.vergentis.de hæreti.qui cauillari nõ poteſt. ſecundum Fely.ibi in ii.col. etiam ſi fiſcus nondum apprehendiſſet, quia ius ſibi quæſitum ſine facto ſuo auferri nequit, per iſtam regulã. adducit etiam Fely.not.dictum Ioã.And. in titu.de inſtru.edic.in.§.nunc aliqua.ꝙ ſi ea lege tibi fundum donaui,vt poſt certum tempus ſit eccleſiæ, in præiudicium ipſius eccleſiæ tale pactũ remittere tibi nequeo. faciunt quæ diximus in l.ea ſola.ad fin.in-
6 fra eod.titu. Ad idem † deciſio Ange.in l.petens.colum.iiii.C.de pact.ſi poſt abſolutum inſtrumentum iubeant partes inſtrumentum ipſum cancellari, ſoluenda erit nihilominus gabella per l.noſtram.vt etiam tenuerunt Guil.de Cun. Bald. & alii ibi-
7 dem relati. Et pariter † ſi duo facientes pacem obligant ſe ad eam non frangeñ. ſub pœna centum ducatorum eccleſiæ applicanda, & ſe offendant, inde reconcilientur. hoc non nocet eccleſiæ per hanc regulam: ita Bald. & Paulus de Caſt.in l.inſulam. in.§.ficta.ff.ſoluto matrimonio has deciſiones ſequitur Felyn. in dicto capitu.vergentis. Hinc etiam eſt,ꝙ † ſi con
8

uentum fuerit inter nos vt penes me rema
nerent inſtrumenta communia, contige-
ritq; fiſcum tibi ſuccedere, inſtrumenta au-
ferri mihi non debent, eo ꝙ fiſcus dignior
ſit, quia fiſcus vtitur iure priuati. l. fiſcus.
ff. de iure fiſ. & quia ex perſona ſucceſſo-
ris conditio obligationis mutari nõ debet.
l. ij. §. ex his. ff. de verb. obli. ſecus quando
abſq; facto meo, ac conuentione, res fuiſſet
apud alterum ratione dignitatis vel anti-
quitatis: quia tunc ceſſante qualitate perſo
nę ceſſat priuilegium. arg. l. titia. §. vſuras.
ff. de leg. ij. vt per Salic. & Alex. i. & alios
in l. procurator. C. de eden. Item ſi ille qui
dignior erat conditionem mutet & vilior
efficiatur, ab eo poſſunt inſtrumenta aufer-
ri: arg. l. cum quis. in princi. ff. de ſolu. ita
Bar. in d. l. procurator. Quæ cõcluſio ſecũ-
dum Dec. ibi, procedere videtur qñ ſimpli-
citer propter dignitatem inſtrumenta depo
ſita fuiſſent: ſecus vbi ex conuentione ita
factum foret, per ea quæ ſupra dicta ſunt:
quia ius ex conuentionæ quæſitum ab eo
non poteſt auferri, per regulam. l. noſtræ:
quia etiam propter turpitudinem vitę iure
ſuo quempiam priuari non conuenit. argu.
not. per Ang. in. §. ſed & aliud. in auct. qui-
bus mod. naturales effic. leg. dum loquitur
de meretrice, quæ turpitudine eius non ob
ſtante coniunctis ſuis ſuccedit. Imperti-
9 nens non eſt alia not. quęſtio† domini in
terra ſua tertias habent venditionũ, vnus
hominum ſuorum prędium vendidit, & tra
didit, in craſtinum contrahentes caſſari &
cancellari dicti contractus inſtrumentũ iu-
bent, notario ſic faciente de conſenſu par-
tium, an dominus poſſit petere tertiam vẽ-
ditionem? Iac. de ſancto Georg. in tract. de
Rhoidis. col. xj. ver. addo aliam quæſtionẽ
concludit, ꝙ ſic: quia dicti contrahentes nõ
potuerunt annullare nec cancellari facere
dictum inſtrumentum in præiudiciũ domi-
ni, cui fuerat ius quæſitum, ſicq; ſine facto
ſuo ius ſuum ſibi tollere: adducit etiam de-
ciſionem Angel. & Imol. in l. acta. ff. de re
iu. dicentium ſtante ſtatuto, ꝙ de omni con
tractu ſolui debeat gabella, fueritq; contra
ctus celebratus & publicatus coram teſti-
bus, poſtmodum partes iubeant notario, vt
inſtrumentum caſſet totum contractum, ta-
lis cancellatio non præiudicabit fiſco cui
ſoluenda eſt gabella: facit tex. §. adeo. l. iu-
riſgentium. ff. de pac. Item per hanc re-
10 gulam †apparet non cogi quempiam in fo
ro fori ad remitteñ. iniuriam ſibi factam: vt
per Fely. limitantem in rub. de treu. & pac.
& ſummam Ang. in verb. iniuria. §. ſexto.
11 Item ꝙ †princeps non poteſt pœnam re
mittere parti quęſitam. gloſ. in l. venia. C.
de in ius voc. de quo ibi late per Deci. &
12 Mod. Pap. Hinc etiam eſt, ꝙ † licet pa-
ctio in fauorem tertij facta in donatione
inter aliquos celebrata de conſenſu dona-
toris & donatarij reuocari poſſit: vt per
Bart. in l. qui Romę. in. §. flauius. ff. de ver-
bo. obli. tamen quando vltra pactum a do-
natore factum, notarius ſtipulatus eſt, vi-
ceque illius tertij recepit, etiam volentibus
donatore & donatario tale ius tertio quæſi
tum reuocari nõ põt, per regulam noſtram.
ita ſingulariter Bal. in l. cum a ſocero. in fi.
C. de iure dot. quia cum ex eius prouiſione
ſeu per miniſtrum ſuum, ius ſibi quæſitũ
ſit: non poteſt ſine facto ſuo tolli. ſequitur
& extollit Areti. in conſi. lxxiiij. in tertio
dubio. confirmans pluribus elegantiſſimis
medijs, legibuſque, & deciſionibus: vt ibi
per eum, & per eundem in conſil. xlj. colũ.
ij. & conſi. liij. colũ. j. Corn. in conſi. lxviij.
lib. iij. Deci. conſi. lviij. cvij. colum. fin. &
conſi. ccxxxix. col. iij. & iiij. Iaſo. in l. quę
dotis. col. vj. & vij. ff. ſol. mat. & in d. §. fla-
uius. col. viij. & ix. vbi deciſionem Bartol.
communem dicit & tenendam, quicquid
dicat Pau. de Caſt. eam tamẽ limitando tri
13 bus modis, vt ibi per eũ, qui ſubiungit† le-
gem noſtram procedere quãdo plene & ir-
reuocabiliter ius quæſitum eſt: ſecus ſi re-
uocabiliter: vt in deciſione Bar. præalleg.
& probatur in d. §. flauius. iuncta. l. iij. ff. de
ſer. expor. cum not. per Bar. & latius proſe
quitur Barb. in conſi. vij. col. ij. lib. iiii. fa-
cit quod limitando legem noſtram. ſcribit
Pau. de Caſt. ad fin. l. ſi ego. ff. de neg. geſt.
Ex prædictis inferebat alias conſulendo
genitor meus ad deciſionem not. quæſtio-
nis, & fuit conſiliũ per celeberrimos doct.
14 approbatum: † Titius & Seius fratres ini-
ta inter eos quadam tranſactione inter cæ-
tera conuenerunt, ꝙ Titius domum regeret
de bonis communibus, pro libito diſpone-
ret, ipſi Seio vxorique ſuę alimenta præ-
ſtaret, & Sempronio Seij genero pro dote
Proculæ Seii filiæ & Sempronij vxoris
centum florenos aureos perſolueret, nota-
rio pro dictis iugalibus ſtipulante, interue-
niente iuramento de obſeruando promiſſa
& conuenta. Poſt modum dicti fratres ad
aliam deuenerunt tranſactionem à prima re
cedentes abſque conſenſu prædictorũ iuga
lium, qui & ipſorum quilibet prout ad eos
ſpectabat, iuxta tenorem ac mentem prę-

dictæ primæ tranſactionis ipſos flor. centum auri petebat, opponebatur de receſſu a prima tranſactione & reuocatam fuiſſe ipſam conuentionem, nec cauſam fuiſſe ſecutam. quærebatur quid iuris: & vtrũ conuentus abſoluendus vel cõdemnandus eſſet. Prima facie videbatur fore reſpon. in fauorem conuenti. potuiſſe videlicet reuocari prædictam conuentionem per fratres qui tranſegerant: per ea quæ de fundo eccleſiæ abſenti in certum caſum & euentum donato, ſcribunt Bartol. & alij in præallegato. §. flauius. Secũdo quia promiſſio prædictis iugalibus facta, videtur fuiſſe cum cauſa, ſeu ſub modo vel conditione, aut qualitate, videlicet, ſi titius non cõtrauenerit de iure, vel de facto: vnde ipſo contraueniente diſſolui debet promiſſio, ſiue ex capite cauſæ non ſecutæ promiſſio ipſa de ſoluendo dotem ſempronio & proculæ iugalibus ligare non debet. l. ſi donaturus. & l. fina. ac toto titu. ff. de condi. ob cauſam. Iſtudque importare videntur verba illa conuentionis & inſtrumenti, adimpletis his, de quibus in tranſactione, ſeu illa, quibus mediantibus vel mediantibus infraſcriptis. &c. Sed conuenta non fuerunt obſeruata nec adimpleta: quinimmo a conuentione receſſum, neque adminiſtratio bonorum communium penes titium, iuxta cõuenta, remanſit. videtur ꝙ ad obſeruantiam promiſſorum ſicque ad ſolueñ. dotem de qua ſupra ipſe minime teneatur.

Oppoſitum, vt dixi, conſuluit genitor meus vir ſolidæ doctrinæ: motus quia ius ex facto tuo mihi quæſitum tolli non poteſt, nec a me auferri ſine conſenſu meo, per hanc regulam noſtram etiam quod ſpe tantum vel conditionaliter quæſitum eſſet. l. ſi conſtante. in verſicu. exceptis vbi Bald. not. C. de dona. ante nupt. §. fina. l. cum maritus. præalleg. cum not. per Bald. in dicta l. cum a ſocero. ac alijs in ſuperioribus adductis. Sed in quæſtione propoſita miniſterio notarij publici, qui pro iugalibus abſentibus ſtipulatus eſt, acquiſita fuit illis actio & ius etiam ſine ceſsione ipſius notarij. l. ſecunda. vbi Bartol. notat. ff. rem pub. ſal. fo. Bald. in l. non aliter. ff. de adoptio. Alexand. in l. ſtipulatio. in. §. ſi ſtipuler. ff. de verborum obligat. ergo ſine conſenſu ipſorum iugalium tolli auferriue ab eis non potuit, per regulam noſtram. Confirmatur quia vbicunque vtilitas mea coniuncta eſt cum vtilitate alterius, licet inquantum vtilitatem meam concernit renunciare poſsim, ſecus tamen eſt quo ad illum tertium. l. prima. C. de commu. rerum alien. notant Bartol. & alij in l. ſi quis in conſcribendo. C. de pac. & Pau. de Caſt. in conſil. xvij. colum. iij. in antiquis. Bal. in l. petendæ. C. de temp. in integ. reſtitu. pet. dum ait, ꝙ quando iudex reo dilationem aſsignauit, non poteſt reus in præiudicium actoris ipſi dilationi renunciare: quia ius ſibi quæſitum eſt, non ſolum ex facto rei, ſed etiam ex facto iudicis. ſimiliter in quæſtione propoſita, ſempronio ius quæſitum erat non ſolum ex facto titij & ſeij trãſigentium, ſed etiam ex facto proprio, hoc eſt ex ſtipulatione notarij, iuxta ſuperius allegata. Confirmabat etiam, quia vbi tertio ex contractu nominato ius quæritur, reuocationi locus non eſt ſine facto & voluntate ipſius tertij. Imol. & alij in d. §. flauius. omnes ſcribentes. in. §. quoniam. l. certi conditio. ff. ſi certum peta. & hodie omnes contractus, de quibus inſtrumenta cõficiuntur, propter ſtipulationem quam in ipſis inſtrumentis notarij apponere ſolent nominati ſunt. Bartol. in l. ſi vt proponis. ad fin. C. de condi. ob cauſam. & in l. ſi creditores. colum. vj. C. de pignor. & per omnes in rub. ff. de verbo. obliga. Vnde cum in prædicto caſu confectum fuiſſet inſtrumentum, & in eo appoſita ſtipulatio, contractus erat nominatus, & ius irreuocabiliter quæſitum tertio abſenti, ex quo conſequens erat reuocari non potuiſſe in præiudicium dictorum iugalium, maxime propter iuramentum ob quod pœnitentiæ locus non eſt, vt per gloſſ. & Alexan. in l. ſi pecuniam. in princi. ff. de condi. ob cauſam.

Non obſtant alleg. in oppoſitum. nam deciſio Bart. in. §. flauius. vt volunt doct. ibi, alijque ſupra allega. non procedit vbi pro eccleſia aliquis ſtipulatus fuiſſet. & ſic irreuocabiliter ius ſibi acquiſitum fuiſſet, prout fuit in propoſito noſtro, aut quando contractus nominatus, aut iuratus eſt. quibus caſibus vt diximus non eſt pœnitentiæ locus. Nec etiam obſtat quod dicebatur ſaltem ex capite cauſæ non ſecutæ poſſe titium contrauenire ipſi contractui: quia reſpondebatur ſtetiſſe per ipſum titium ꝙ conuenerat cum ſeio abſentibus dictis iugalibus, ꝙ non obſeruaretur contractus, iure vero cauetur ꝙ vbicunque ſtat per aliquem quominus conditio ſeu cauſa impleatur, perinde eſſe ac ſi impleta foret in illius præiudicium l. labeo ſcribit. ff. de contrahen. emptio. ponit Alexã.

in l.dedi.ff.de condition.ob cauſam, & in conſilio xlix.in princip.ſecundo volu. dicens differre, an quis contrauenire velit ex capite pœnitentiæ, an vero ex capite cauſæ non ſecutæ: quia ſecundo caſu ſemper mora requiritur, vel culpa eius cui aliquid dari fieriue debebat, ſubiungens etiã, quod in contractibus nominatis conditio ob cauſam locum non habet l.ea conditione.C.de reſcindẽ.vendi. Vnde cum dictus contractus propter ſtipulationem notarij ſit nominatus, & iugales prædicti non fuerint in culpa aliqua, vel contrauentione, cenſeanturque miniſterio notarij contraxiſſe, & titius cauſa fuerit cur ſeius non obſeruauerit contractum, ex quo ipſe per ſecundam tranſactionem receſsit a prima. Dicendum eſt quo ad ip ſos iugales perinde haberi debere ac ſi omnia adimpleta ob ſeruataque fuiſſent, eiſdemque omnia adimpleri obſeruarique debere.c.cum non ſtat. de regulis iuris.in vj.l.iure ciuili.ff.de conditio.& demonſtra. & l. ſicut. C. de actio. & oblig.alias fuiſſet in poteſtate & facultate ipſorum fratrum tranſigentium facere, ne tenerentur dictis iugalibus ad promiſſa, quod abſonum eſſet l. hæc venditio. in princi.ff.de contrahen.emptio.l. ſi quis rem & l. ne in poteſtate. ff. de arbit. tradit Alexand.in conſilio xlj. inſpectis. circa fin lib.ij. facit quod ſcribit ad propoſitum Salice. in dicta l. ſi donaturus in.§. primo. Confirmatur dicta opinio, quia ſufficit implementum ſemel ſecutum fuiſſe: licet poſtmodum non duret l. fina. C. de inſtitu. & ſubſtitutio. ſub conditio. fac. Corn. in l.ſi quis hæredem illo. eod. titu. Alexand.conſilio cij.volumi. primo. ſed in propoſita ſpecie, titio perfecte fuerat adimpletum: quia ſeius frater illius in tranſactione in ipſum pleno iure tranſtulerat omnia iura & bona de quibus agebatur, conſtituendo ſe illa tenere & poſſidere nomine eiuſdem titij acceptantis. erat itaque perfecte adimpletum, ita vt de cætero agi non poſſet vigore prædictæ tranſactionis maxime obſtante conſtituto iuxta gloſ.& not.per docto.in l. ab emptore. ff. de pactis. vnde cum implementum ſecutum fuiſſet, neque plus fieri potuiſſet quam in eum transferri bona ipſa cum conſtituto, non refert ſi poſtmodum ceſſet implementum, & dictorum bonorum adminiſtratio, maxime facto, cauſaque ipſius Titij, vt dictum fuit ex quo non perſeuerauit in adminiſtratione & regiminæ dictæ domus voluntate propria. Et verba illa mediantibus infraſcriptis, conditionem faciunt ad capitulum adminiſtrationis, & translationis bonorum in ipſum Titium: ſcilicet quod haberet idem Titius bona mediante ſolutione dotis, & alijs prædictis, non autem faciunt promiſsionem dotis conditionalem reſpectu iugalium prædictorum. capitula enim diuerſa ſunt, ideo de vno ad aliud non infertur: vt per Alexand. & alios in l.cum proponas.C. de pactis. Nec appoſita verba ea fuerunt ad commodum Titij, ſed ad vtilitatem Seij. vnde Titius ex eis ſe iuuare nequit, cum magis in odiũ ſuum quam aliter adiecta cẽſeantur. Concludebat itaque genitor meus in conſilio ſuo iudicari debere in fauorem iugalium contra Titium conuentum: maxime ne iugales ſe deceptos & deluſos reperirent in dote ,pmiſſa, cuius cauſa ſemper & vbique præcipua eſt l.j.ff.ſolu.matri. Et quãuis hic ſermo longior fuerit ꝙ putaueram, e re tamen viſum fuit referre: tum quia ſubtilis, tum etiam quia præcipue quęſtio ipſa per hanc noſtram regulam deciditur.

15 Secundo limitatur hæc regula†non procedere ex cauſa: quia princeps & reſpub. rem meã auferre mihi poſſunt.l.item ſi verberatum.§.j.cum ibi not.per Bar.ff. de rei ven.l.lucius.ff. de euict. Intellige ſoluto pretio, ſecũdũ Deci. per l. ſerui. C. quibus ex cau.ſerui pro pręmio lib.accip.& l.vẽditor.§.ſi conſtat.ff.cõmunia pręedi.de quibus vide Fely.in c.omnes leges.colũ.pen. & fin.in j.diſt.decre. & in c. quæ in eccleſiarum.colum.ix.de conſti. vbi etiam late Dec.& Curt.in tract.de conſuet.ſuper c.fi. colum.lxxj.& ſeq.Dec.in c. ad audientiã. col.ij.de reſcrip & quę ſcripſi in prohem. ffforum.char.vj. Et etiam ſine pretio iuſta cauſa intercedẽte in auferẽdo. per id quod habetur in toto tit.de bon.dam. ſecundum Barb.in pręalleg.cõſi.vij.colũ.ij.ſed nõ eſt tunc ſine facto noſtro, immo ob culpam & ſcelus delinquentis: vt etiam per Deci. in d.c.quæ in eccleſiarum.col.viij.ver.& adde. vbi dupliciter reſtringit, quod de pretij reſtitutione dictum eſt. Tertio limitatur ex dictis Fely.in pręalleg. rub. de treu.
16 & pace.colum.ij.dũ†ponit principem ex cauſa poſſe cogere partes ad compromitten. Non obſtat ꝙ princeps alicui dominium rei ſue auferre non poſsit: & cogendo ad compromiſſum ingerit periculum amiſsionis rei, propter futuram

arbitri ſententiam cui omnino ſtari oportet.l.diem.§.ſtari.ff.de arbit. quia reſpon. poſt alios,ꝙ maior iſtius argumenti procedit quando princeps aufert alicui certitudinarie dominium rei.ſed quando occaſionaliter,ſecus:vt quando compellit ad cōpromittenꝰ,quia licet poſsibile ſit ꝙ arbiter ius partis auferat,non eſt tamen certum:& poterit eſſe ꝙ non auferret.de quo etiam per eundem Deci. in d.c. quæ in eccleſiarum. col.x.verſi.tertius caſus.quamuis etiā dici poſsit hanc limitationem ſub prima comprehendi. quia ex cauſa tantum iſtud fit, vt quando partes diu litigaſſent,vel alio re
17 ſpectu:vt ibi per Deci. aliter † hanc regulā limitantē in ver.quartus caſus.vbi, videli
18 cet,agit de modico pręiudicio, & vbi † dominium quæſitum eſſet de iure ciuili, præſcriptione, vel ſententia. Sexto poteſt li
19 mitari † iſte tex.quando verteretur bonum publicum: per l.conuentionum.ff. de pac. ideo principes & ciuitates propter pacem ineundam iniurias & damna ſubditorū remittere poſſunt.c.in noſtra.de iniur. ſecundum communiter doct.vt per Iaſ. & alios in d.l.conuentionū. Alexan.conſi. cxc. incip.mature.col.j.lib.iij. Deci. loco præalleg.vbi dicunt,ꝙ licet perſonis particularibus tolli non poſsit quod ſuū eſt: per viā tamen ſtatuti vel l.generalis tolli poteſt, & ſine pretij reſtitutione.Sed limitatio iſta in effectu ſub præcedenti comprehenditur,ꝙ ex cauſa ius meum a me auferri poteſt.

Glo.hic plures oppo.format & no. ſoluit.reputaturque multum not. circa princi
20 pium dum vult † noſtrum proprie dici qđ inſolidum noſtrum eſt. commune autē dici meū improprie & ficte.Pro defenſione gl. contra Are Deci.hic late inſiſtit. eſt materia.§.labeo.l.ſerui electione.ff.de leg.j.vbi poſt alios latiſsime ſcribit Ruinus defendens opi. Are. Communis receptiorq; ſententia eſt cum glo.noſtra:vt per ſcribentes ibidem Paul. de Caſt.in conſil.cccxliii. in hoc paſſu in antiquis dicit, hanc glo. procedere quo ad diſpoſitionem totius:non autem quo ad diſpoſitionem partis meę.quia quod commune eſt quo ad partem meam ſeu diſpoſitionem partis meę, proprie meū dicitur.& eſt rationabilis opinio, Iaſoniq; placet in d.§.labeo. colum.fi. in prin. quicquid ibi ſenſerit Bart. Et propterea res quę communis eſt quo ad partem & portionem mihi ſpectantem,poteſt reſpectu illius partis pro indiuiſo alienari.l. falſo.C. de communium rerum alien. Pro indiuiſo vendicari & euinci. l.j.ff.de euict. Pro indiuiſoque poſſideri, vt per Curt.Seniorem in cōſil.lxxvii.col.fi.Deci.conſi.clxxix.col.ij. & conſi.cclij.col.j.& Alex.conſi.lxxxix. circa fin.lib.vij.vbi poſsidentium pro indiuiſo quemlibet,inquit,partem ſuam poſſidere,quæ iuris intellectu percipitur,licet oculo corporali non diſcernatur,agiq; poſſe actione reali ad talem partem ſcribit.

Non prætermittam etiam pulchrā deci
21 ſionem.Bald.in conſi.lvij.lib.iii.dum † accedens ad determinationem occurrentis dubij, de flumine labente inter duas ciuitates quomodo & qualiter ad eas pertineat & aquam communem pro indiuiſo eſſe: reſpondet propter continuum aquæ motum & eius permutationem, ſed alueum communem,eſſe pro diuiſo tanquam locū confinantem inter duas ciuitates ad ſimilitudinem lapidis exiſtentis in confinio & inſulæ in flumine natæ: vnde quælibet ciuitas vti poteſt aqua pro parte ſua ædificando in ſolo ipſius vniuerſitatis: totam vero aquam vſurpare non poteſt, quia cum ſit communis,eſt dūtaxat proprie ſua pro parte ſibi ſpectante per prædicta.

SVMMARIVM.

1 *In legatis an procedat* Hæc regula, *& numero 2.6.*

3 *Inſtitutio hæredis facta in ſui d[illegible] trahitur ad omnia bona.*

4 *Teſtamentum quid ſit.*

5 *Lex proſequitur voluntatem hominum ſicut uenator leporem. Et remiſsiue ponit plures fauores vltimarum voluntatum.*

7 *In teſtamentis ſit plenior interpretatio quā in contractibus: & quando valeat arg.*

8 *Relicta in teſtamentis quòd paratam habeant executionem.*

L. minor annis xxv. cui fideic.ff.de mino. ornatur.

9 *Idem in confeſsione facta in iudicio.*

10 *Quid de conuentionibus coram iudice factis, Et de ſtatuto ita diſponente.*

11 *Legato vino & in contractum deducto, vaſa modici valoris ueniunt.*

12 *Anguſtiæ temporis in teſtamentis & contractibus quando reijciuntur.*

13 *Tributa in legato & contractu quid de-*

bet ſolui,

14 *Hoſtium res an poßint legari, vel in contractum deduci,*

15 *Reſcripta, conceßiones principum quam interpratationem patiantur,*

L. XII. Paulus.

IN teſtamentis plenius voluntates teſtantium interpretamur,

1 Procedit †hæc regula, ſecundum glo. hic, etiam in legatis quæ ab vltima voluntate dependet, ita conſuluit Anto. de But. in conſi. xxx. colum. iij. intelligens regulam iſtam generaliter, ꝙ latior fieri debeat interpræratio in vltima voluntate, & in legato ab ea dependente. idem vult Corne. in auten. ex cauſa. colum. vij. C. de libe. præter. ꝙ etiam in legatis fieri debeat larga interpræratio dicens doct. iſtud communiter tenere.

Sed ꝙ immo in legatis ſtricta fieri debeat interpræratio, probari videtur in l. 2 nummis, ff. de legatis iii. vbi †legatis nummis, exiguiores deberi dicit. probatur etiã in l. apud iulia. in. §. ſcio ex facto, ff. de leg. j. in. §. fina. l. nam quod liquide. ff. de penu lega. & in l. ſi ita ſit aſcriptum. in fi. de leg. j vbi glo. Alex. Are. Iaſ. & alij communiter ita tenent: prout facit etiam Bar. in l. cũ auus, ad fin. ff. de condi, & demon, propterea Dec. hic tenet hanc regulam non poſſe nec debere intelligi in legatis. Et mouẽtur præfati ſcribẽtes præcipue ea ratione, quia teſtator cenſetur hæredem ſuum minus grauare q̃ ſit poſsibile. l. vnum ex familia. in. §. ſi rem ff de leg. ij. aſſentit bis etiã Roma. in l. plures, ff, de damno infec. dum ait, legata non eſſe amplianda, ſed reſtringenda: & in ſing. 521. quæro quid ſi, cũ alijs quæ adduximus in l. in obſcuris ſupra eo. Et ad hunc text. noſtrum reſpon, Dec. poſt Bar. intelligi debere reſpectu inſtitutionis conſeruandæ quæ caput eſt teſtamenti. §. ante hæredis inſtitutionẽ. inſti. de leg. ideo fauorabilior eſt interpræratio teſtamẽti reſpectu inſtitutionis, q̃ reſpectu legatorum; ita etiam Goza, Bono. in conſi. lxxxij. colum. j. Cõfirmo põderando verba iſtius legis ibi, in teſtamentis, Item ibi, teſtantium. eo addito ꝙ teſtamentum totum conſiſtit in hæredis inſtitutione: vt probatur in l. quæ conditio, ff, de condi, & demon, vbi Soci. notat. & Ruyn. in rub. ff. de leg. j. col. iii. propterea non videtur extranea interpræratio per teſtamentum hæredis inſtitutionẽ intelligere quæ eſt principalior pars & caput teſtamenti, non autem in legatis quæ ſtricte interpretanda videntur. iuribus præallegatis. Et exemplificari poteſt hæc regula in l. ſi ita. ff. de lib. & poſthu. vt per Bart. in d. l. cum auus. Item in 3 . §. ſi ex fundo. l. j. ff. de hæred, inſti. †vbi ſi quiſpiam ex fundo heres inſtitutus fuerit, fundi mentione detracta in omnibus bonis factam inſtitutionem interpretamur, vt teſtamentum inſtituitoque ſubſiſtat, quã materiam late explicant Barb, in conſi. lxxj. lib. iij. Bened. de Peruſio in conſil. ix, in tertio dubio. Iaſ. in conſi. lxxij. volu. iij. & in l. cohæredi. in. §. fi. ff. de vulg. & in l. centurio, colum, xiij. vbi Lancel. Galiau. lix, eo. titu, Itẽ exẽplificari poteſt in duobus caſibus poſitis hic per glo ad fi. & melius in l. placet. cum l. ſeq ff. de lib, & poſthu. vbi ſi quis inſtituat ſibi hæredem poſthumum naſciturum, intelligitur non ſolum de primo ſed de omnibus aliis: & ſic fit plena interpretatio fauore teſtamenti conſeruãdi: vt per Felyn. in c. ii, colum, penul. de treuga & pace.

Sed huiuſcemodi declaratio & intelligentia non placet nec eſt tenenda, cum reſtringat regulam hanc generaliter loquentem ad hæredis inſtitutionem, cõtra vulgatam regulam, l. de pretio. ff. de publi. Et ſi ita intelligeremus & reſtringeremus l. iſtã non in teſtamentis (vt dicit tex) plenior fieret interpretatio: ſed in parte teſtamenti, reſpectu inſtitutionis. ſ. Facit etiam, d. l. cũ auus. & l. cum acutiſsimi. C, de fideicom. vbi pro conſeruatione voluntatis defuncti etiam præſumptæ, ac in ſubſtitutionibus lex fingit plus dictum q̃ ſcriptum: ſicque plene interpretatur voluntatem teſtatoris etiam in alijs partibus teſtamenti, q̃ ſit in inſtitutione. Et ꝙ iſta pars ſit verior probat hic tex, recte intelligendo, dum generaliter de teſtamentis loquitur, teſtamentum enim continet & comprehendit legata, cæteraque omnia in eodem ſcripta: vt probatur in l. hæredes palam. in §. j. ff. de teſta. & inſtit. de lega. in. §. ante hæredis inſtitutionem, vbi dicitur, ꝙ teſtamenta vim capiũt ex inſtitutione hæredis, quæ ob id veluti caput & fundamentum totius teſtamenti intelligitur. hæredis ergo inſtitutio non eſt totum teſtamentum: alias male diceret imperator ꝙ teſtamentum vim accipit ex in-

ſtitutione hęredis: eſſet enim perinde ac ſi diceret inſtitutionem hęredis, ex inſtitutione vim capere, quod eſſet ineptum & fatuum dicere item cum inſtitutio dicatur caput teſtamenti, datur intelligi alia in eo ſcripta & contenta eſſe membra teſtamẽti, ſeu de teſtamento. facit etiam l.j.ff.de teſtam.
4 cum ibi not. Et †teſtamentum eſt quoddã incorporale & intellectuale, ſecundum gl. in d.l.j.& vult dicere ſecundũ Bal.& Are. ibi col.fin.ꝙ teſtamentum non dicitur ipſa ſcriptura teſtamenti: ſed diſpoſitio teſtatoris quæ intelligitur per ipſam ſcripturã. vnde duæ tabulæ ſimul ſcriptæ & ſignatæ vnum ſunt teſtamentum.l. vnum. ff. de teſta.l.j.in.§.ſi quis duobus.in ij.reſponſo.ff. de bon.poſſ.ſecũdum tab. ex quo infertur ad quæſtionem, de qua per Areti, loco præallega.

Quicquid ergo dixerit hic Deci.& Gozadin.loco præalleg. regulam iſtã generaliter intelligas in teſtamẽtis, & in vltimis voluntatibus: ſicque & in legatis in teſtamentis relictis, & in codicillis qui largo modo appellatione teſtamenti veniũt, ſecũdum glo.in d.l.j.ff.de teſta. cũ not ibi per Are.in pe,col.ac Iaſ.& alios in rub. ff. de leg.j.ꝙ fieri debeat, videlicet, plenior interpręetatio ꝗ̃ in contractibus, vt hic per glo.& eſt tex.clarus.in c.cũ dilecti, de dona.hocq; eſt fauore vltimæ volũtatis, quo effectũ ſortiatur iuxta mentem defuncti. Vltimæ enim hominis voluntati leges plurimum fauent.ff. de inoff.teſta.l. ſi pars.c. fi.de re iudi.l.j. vbi doct. not.C. de ſacroſanc.eccl.l.in conditionibus.in princ.ff.de condi.& demon.vbi Soci.poſt Bald. ibi re
5 latum dicit, †ꝙ lex proſequitur voluntatẽ defuncti, ſicuti venator leporem.plures pręrogatiuas & fauores vltimarum voluntatum congerit. Iaſo.in l.quæ de legato.ff.de leg.j.& plenius mod.Tauriñ.ſ.Parpa.olim pręceptor meus in l.j.C.de ſacroſan.eccle. nam vt dicitur in l. vel necare. ff. quemadmo. teſta. aper. expedit hominum iudicia exitum habere. ideo ſtatutum prouidens conſeruationi teſtamenti, fauorabile eſſe dicitur: vt hic per Deci. Procedit ergo iſta regula fauore vltimę voluntatis, locumque ſibi vendicat vt dixi in codicillis, qui largo modo teſtamenti appellatione veniunt,
6 & †ſimiliter locum habet in legatis quatenus voluntas defuncti concurrit, concurrereue præſumitur, prout erat in caſu conſultationis. Anto.de But. in conſil. xxx. vbi probat relictũ habitationis filię factum in caſum viduitatis, late debere intelligi & interpręetari tam de prima viduitate ꝗ̃ de alijs ſequentibus viduitatibus, propter pręſumptam defuncti voluntatem in omni viduitate militantem. ſequitur Fely. in c.ij. colum.pen.de treug.& pac. Hinc eſt etiam ꝙ iuriſconſultus in l. iij. ff de vino tritico oleoque. lega. vino, inquit, legato, etiam amphoras vinum continentes legatas videri, quin credibile eſt mentem teſtatoris eã fuiſſe, vt voluerit vino acceſsioni eſſe amphoras. facit text. pro hac parte. l. titiæ textores.ff.de leg.j.& l.ſeruis vrbanis, ad fin.ff.de leg.iij. Poſſet etiam comprobari ex accumulatis, per Dec.i cõſi. cclxxxix. dum congerit caſus, vbi in legatis fit plenior interpretatio propter pręſumptam teſtatoris voluntatem. Dicẽdum eſt ergo generaliter in teſtamentis, & contentis in illis fauore vltimę voluntatis plenioré fieri debere interpræetationem pro conſeruatione & executione voluntatis defuncti. In legatis tñ quia teſtator cenſetur minus hæredẽ ſuũ grauare ꝗ̃ ſit poſsibile, quod minus eſt legatũ cenſetur.d.l. nummis legatis. ſicq; exiguũ pręſtandũ eſt, quia voluntas defuncti præſumitur fuiſſe talis: ꝙ ſi largior fieret interpręetatio offenderet ipſa defuncti voluntas, quã pro lege ſeruari ordinauit lex.§.diſponat.in auct. de nup. vnde videmus ꝙ vbi volũtas teſtatoris præſumitur fuiſſe velle plus legare, nõ autẽ ad exiguum ſe referre, tũc fit larga interpręetatio: vt per Deci in d.regula in obſcuris.& conſi.cclxxxix.Ludo.Gozadin. in conſi. lx.col.ij.& conſi.lxxxij.col.j.& ij. & per alios ſcribentes in locis per me citatis in
7 d.l.in obſcuris. Quod †autem plenior fiat interpræetatio in teſtamentis, & vltimis voluntatibus, ꝗ̃ in contractibus duobus modis probat hic Deci. ſubiungens valere tamen arg.de teſtamento ad contractus, quãdo eadem militaret ratio. vide Iaſo. plura cumulantem in l.ſeruum filij.in.§.cum qui chirographum.ff. de leg. j. & in l. quæ de legato.eo.titu.& Deci. in c. in pręſentia. col.xvij. vbi limitat de proba. Et rationẽ diuerſitatis dicit poſt alios. Aquen. in l. fi. ff.de conſti.princi.col.v. Quę tamen confunditur per generalitatem l.noſtrę. & l.in ambiguo. ff. de reb. dub. cum ibi notat. per Socin.
8 Et ad id quod pręalleg. dicũt de †relictis in teſtamento quę habẽt paratã executionẽ: ſecus in cõtractibus & alijs inſtrũs, quę regulariter nõ habent executionẽ paratam

tex.eſt ſing.quę viua voce a Iaſ. didici dū ſcholaris eius eſſem, in l.minor.xxv.annis cui fideicō.ff.de minor.ibi, ad initiū nouę petitionis redigerat.de quo plura, vide per Pau.de Ca.in cōſi.lxxiij.colū.iiij. & v. in antiquis.eūdē.& Are.in l. ſi pacto quo pœnam.C.de pact.Barba.cōſi.xlij.col.pe.lib. j.& cōſi.ibidē ſequēti.Corn. cōſi. ccxxxviij.& cclix.vol.iij. Alex.in l. ſi cū dolū.in.§.eo.aūt tēpore.ff.ſol.mat.Lanc. Deci.in l.in bonęfidei.col.pe.C.de pac.Bar.in l. j.in iij.not.per illū tex.C.de cōfeſ. Iaſo.in d.l.quę de legato.& in l. tale pactū. in.§.q prouocauit.col.fi.ff.de pac.Matth.de Afflict.in deciſi.regni.ccclxxxvij. in quibus
9 locis habes † de cōfeſsione facta in iudicio quæ paratā habet executionē, vt ſentētia.

De conuentionibus corā iudice factis,
10 dubitat ibi Iaſ. † ſed in hac patria inſtrumēta conuentionū initarū corā illuſtribus Sabaudiæ Cancellario,& Ciſmontano pręſide,quæ ipſi appunctuamenta uocant, paratam habent executionē : ita conſuetudine inductū eſt,& ipſi ſeruari faciunt. pro quibus facit l.j.ff.de offi.præfect.prętor. vide etiā omnino Deci.in auct.ſi quis in aliquo in iij.not.C.de eden. Et qū ex forma ſtatuti inſtrumentū habet paratam executionē, ſi contra inſtrm ſint indicia, executio debet in ſuſpenſo teneri,donec euacuata fuerint indicia: vt per Barba. in locis pręalle. ex quibus exornari poſſet.d.l.minor.xxv. annis cui fideicō. Glo. hic in pluribus re
11 prehēditur per Bar. † & primo, dum legato vino vaſa,inquit,deberi,ſecus in venditione:& ſic fieri pleniorem interpraetationem in teſtamētis,ꝙ in contractibus. nulla enim eſt in prędictis caſibus differentia, quia vaſa parua & modici valoris, veluti amphorę,ita debentur vendito vino, ſicuti legato.l.pen.ff.de trit.vino.leg.l. iij. eo. titu.vbi glo.melius & correctius ꝙ hic lo
12 quens ſic voluit. Iterū dū gl. ponit † de anguſtijs temporis quę non vitiant in teſtamētis,ſecus in ſtipulationibus. hoc falſum eſſe dicit Bart. ſed nō eſt ita per.§.loca. in glo.alleg.vide tu Bart. Iaſ & alios in d. l. ſi mihi & tibi.in.§.j.ff.de leg.j. communiter dicentes,ꝙ in cōtractibus bonęfidei,& in vltimis volūtatibus quę illis ęquiparantur anguſtiæ temporis non vitiāt, ſed reijciuntur.ſecus in contractibus ſtricti iuris:
13 vt ibi per eos. Tertio dum glo.dicit † hęredem ſoluere tributa pręterita rei legatę, non ſic in venditore.Bart. reprobare videtur. & pro certo vbique conuenitur poſſeſſor,qui poteſt recuperare,tam legatarius ab hęrede, ꝙ a venditore emptor. l apud iul.in .§.hęres.cum ibi not. per omnes ſcribentes.ff.de leg.j.& in l.imperatores,ff.de publicia.Aret.conſi. cv. & Barba. conſil. lxxxiiii. lib. iij. Rurſus dum gloſſ. dicit
14 † fundum hoſtium,poſſe legari, ſed non in ſtipulationem deduci.Bart. hic contradicit propter regulam catonianam. Iaſo. reprehendit rationem Bart. & melius diſtinguit in l.liber homo.ff.de verbo.obli.& in l.id qđ apud hoſtes.ff.de leg.j.ꝙ res quę ſemper fuit hoſtium legari non poteſt, nec in ſtipulationem deduci,niſi ſub conditione ſi deſierit eſſe hoſtium:ſecus in re quę noſtra fuit,ſed ab hoſtibus occupata,quia propter ius poſtliminij,& ꝓmitti,& legari poteſt, ſed quia hoc nōn eſt pręſentis ſpeculationis, neque materia noſtra, vide latius per ſcribentes in locis pręalleg.

15 In † reſcriptis & conceſsionibus principum fieri debere largiſsimam interprętationem glo.hic aſſerit, ſed diſtinguendum eſt vt per Iaſo.& Aquen.in l.fin. ſupra de conſtit.princi.In donationibus clarum eſt ſic fieri debere.c.cum dilecti.vbi per Canon. de donatio. Poſtremo nonnulla ſeruientia ad faciendem interprętationem tam in rebus obſcuris, ꝙ in rebus dubiis etiam in teſtamentis:tradit Brunus Aſten. cumulando deciſiones doct. in varijs locis ſparſas in quodam ſuo paruo tractatu de rebus ſeu diſpoſitionibus dubijs.

SVMMARIVM.

1 *An verbum videtur denotet fictionē, & quando.& nu.3.*
2 *Verbum, capere, quid ſignificet.& nu.4.*
5 *Deberi non dicitur,quòd perpetua exceptione defendi poteſt.*
6 *Capere nō videtur,qui tātum erogat quātum accipit.*
7 *Maritus legās dotē alicui vt vxori ſuæ reſtituatur: falcidia hoc caſu ceſſat. L. cum dotem.ff.ad l.falci.ornatur.*
8 *Actio imētata perimit exceptione oppoſita. Niſi quo ad ea q̄ extrinſecus ueniūt.nu.9.*

L. XIII. Vlpianus.

Non videtur cœpiſſe,qui p exceptionem remouetur a petitione.

FACIT ſecundum Deci. alia regula. l. nihil intereſt. & l. ſi quis obligatione, in. §. j. infra eo. immo hæc ſecunda eadem videbatur & propterea ſuperflua. Sed diligēter conſiderando multum differre conſpiciuntur. hæc eſt magis generalis, de omni petitione: illa de agente ex ſtipulatione, hæc de eo qui a petitione per oppoſitam exceptionem remouetur; illa de eo qui poteſt ſubmoueri, ſicque de potentia ibi, de actu hic tractat. ſubiungitque ibi iuriſconſultus regulam illam ad declarationem verbi cœ-
1 piſſe cuius meminerat in prin. l. † & not. ꝙ iſtud verbum videtur, denotat fictionē. l. j. §. deiecisse videtur, ff. de vi & vi ar. & Bar. hic nihil aliud ſcribens; & per eundē in l. ſi is qui pro emptore colum. iiij. ff. de vſucap. & in l. ſi vnus. in. §. pactus ne peteret. colum. pen. ff. de pac. vbi exemplificat regulam iſtius. l. dum ait, quemadmodū ille qui habet actionem quæ exceptione eliditur eam habere non videtur, vt in regula. l. noſtræ. quæ vtitur verbo videtur qđ eſt fictionis not. ita ille qui habet exceptionem quæ replicatione eliditur, non videtur eam habere, & conſequenter perfictionem dicit Bar. Quæ declaratio procederet ſi iuriſcōſultus loqueretur de habēte actionem: vt Bart. præſupponit, ſed quemadmodum verba regulæ demonſtrant alio modo loquitur, aliaque eſt mēs iuriſconſulti ideo credere verbum, videtur, hoc loco veritatē denotare, quia pro veritate, qui remouetur per exceptionem a petitione, non dicitur capere propterea iuriſconſultus optime dicit, non videri eum cœpiſſe, quia pro ve-
2 ritate non cœpit. Et † proprie capere eſt cū effectu & penes ſe retinere, quicquid ſit de verbo accipere: vt eſt tex. not. in l. aliud eſt
3 capere de verborum ſignific. Et ꝙ † verbū, videtur, licet regulariter fictionem denotet poſſit veritatem referre ac denotare, præcipue ſecundum ſubiectam materiam, indubitati iuris eſt: vt per Are. in l. ſi duo. in vlti. not. ff. de acquiren. hæredi. vbi ponderat illum tex. probantem verbum, videri, ſemel in l. poſitum, importare veritatem & fictionem facta relatione ad diuerſos caſus: & per eundem Are. in l. ſciendum, in ſecundo nota. vbi Aquen. colum. ij. ff. de verbo. oblig. Areti. & Aquen. in l. naturaliter. i j. not. ff. de acquiren. poſſeſ. Iaſo. in l. cum quis. colum. ij. C. de iuris & facti ignor. & in l. qui liberis in. §. hæc verba, colū. iiii. ff. de vulga. Cano. in c. i. in vlti. not. de iudic.

Exempla autem & limitationes glo. ſecundum Decium non videntur conuenire verbis regulæ noſtræ, quæ etiā primā acquiſitionem excludit, dum ait, remouetur a petitione, & in caſibus glo. non remouetur a petitione, licet alteri res reſtituenda veniat. Sed nonne exempla glo. de petētibus conſulto deleta in teſtamento, qui exceptione repelluntur: vt dicit tex. in l. i. ff. de his quæ in teſtamen. del. optime conuenit verbis regulæ noſtræ: certe ſic: quia tales cœpiſſe non videntur, a primaq; excluduntur petitione. Sumi igitur potuit hæc regula ab illa lege & ab infinitis ſimilibus.

4 Textū vero hic in verbo, cœpiſſe, † Deci. ad finem melius quā gloſ. exponi dicit. i. inchoaſſe, et petiſſe: de quo miror, quia abſolute & generaliter loquendo, cœpiſſe ꝓ inchoaſſe capi non ambigitur: iuxta illud poeticum, Dimidium facti, qui bene cœpit habet, &c. §. cœpiſſe. l. i. ff. de pollicit. Sed talis expoſitio & ſenſus tantum hic conuenit quantum magnificat ad horas matutinas, vt patet literam intuenti. eſt igitur melius interpretari cœpiſſe. i. acquiſiuiſſe, & cum effectu habuiſſe, ſecundum ſignificatum verbi capere: iuxta, dicta l. aliud eſt capere.

Et per hanc regulam infertur ad aliquas
5 not. quæſtiones, ꝙ † illud deberi non dicitur, quod perpetua exceptione defendi poteſt, nec dicitur eſſe in negligentia ille, qui non petiit debitum, a quo per exceptionem poterat excludi, quia male agere dicitur ille, cui obſtat exceptio, vt hic per Deci.

Et conſiderato effectu vltra glo. plura ſi
6 milia adduci poſſent, in primis ꝙ † capere non videtur qui tantum erogat, quantum accipit. l. ciuitatibus. §. fin. ff. de legat. i. & in regula non videtur quiſquam, cum ibi
7 not. per Deci. infra eod. Et ſi † maritus alicui dotem legauerit, vt vxori reſtituatur, ceſſat falcidia. vt omiſſa interpoſiti capientis perſona ſpectetur. l. cum dotem. ff ad l. falcid. hinc dicit Bald. in l. auia in. §. ticio. per illum text. ff. de condi. & demon. ꝙ ſi mihi factum fuerit legatum, vt ad pias cauſas amore dei reſtituam, & primum legatū & ſecundum inſpecto fine ad pias cauſas dicitur, vt etiam per Paul. de Caſt. in d. l. cum dotem, dicentem, ꝙ ſi iure legati bona alicui relicta ſint ea lege, vt inter Chriſti pauperes diſtribuat, etiam per primū legatarium falcidia detrahi nequit, quia qualitas pauperum, ad quos tandem debēt peruenire bona, inſpicitur, vt conſuluit Deci. in conſi. cccccciiii, qui plura ſimilia conge-

rit in

rit in conſil.cccccclix.vide etiam Petr.de Ancha.in conſil.clxxij.col.j.Soci.conſil. lxxvij.col.v.& conſilio ſequenti.&-conſi.cxliiij.col.fin.volu.j.& conſil.cxv.col. ij.lib.iiij.Crotum in repe.l.frater a fratre. in iij.limita.xij.q.ff.de condi.inde.& Deci.in auctenti.præterea in tertia limitatione,vltimi no.C.vnde vir & vxor.quę omnia ſignanda ſunt.ad l.cum dotem pręalle.

Aduertendum eſt etiam ad intelligentiã
8 iſtius legis,† quæ, vt in ſuperioribus dixi, loquitur de actu & reali oppoſitione exceptionis: de potentia vero loquetur in .§.j.l.ſi quis obligatione.infra eo.ideo neceſſe non eſt, ꝙ opponatur exceptio, vt a petitione remoueatur agens.alias ſi potentia non deduceretur ad actum cõdemnaretur conuentus, vt hic latius per Deci.

9 Limitantem † poſtremo regulam iſtam reſpectu principalis petitionis,quæ perimitur oppoſita exceptione, prout loquitur. ſecus quo ad ea quæ extrinſecus veniunt, quia videtur quis petere, licet per exceptionem repellatur.l.amplius nõ peti.ff.rem ratam habe.cum ſimilib.per eum adductis.quæ dicta in ſe vera ſunt,ſed pro limitationibus non conueniunt verbis noſtræ l.quæ non propoſuit quæſtionem ſub verbo petere,aut ſub verbis,actionem habere,ſed ſub verbo cæpiſſe, quod cum effectu, vt dixi,intelligitur.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſum ſimpliciter, præſenti die debetur, ſed cum aliquo temperamento. limita nu,3.& 4.*

2 *Promiſſio qualibet pura habet tempus in executione ad ſoluendum.*

5 *Breuitas temporis operatur ne quis in mora conſtituatur.& poſt nu.8*

6 *In promiſſionibus tota dies cedit.*

7 *.§.decem hodie.l.liber homo.ff.de verbo. obligatio. quando habeat locum, & poſt nume.8.*

8 *Tempus, licet breue, interpellat pro homine,*

9 *Tempus certæ ætatis requirit interpellationem ad moram.*

10 *Obligatio quando dicatur pura. L.cedere diem.ff.de verbo.ſignific,ornatur per totam legem.*

11 *Diem cedere,& venire quid ſit:& quando dicatur.*

12 *Dies tacita,quæ ratione loci ſubintelligitur.non impedit obligationem naſci ante diem:ſed bene actionem. limita numero 13.14.15.*

16 *Creditor ad diem certam an poſſit agere, vt aduenienie die ſibi ſoluatur.*

17 *Agens ante diem quando dicatur male agere.& nu.18.19.*

20 *Ante conditionem neque ceſſit, neque venit dies;quia nec obligatio,nec actio nata eſt.*

21 *Conditio executioni appoſita, non facit actum conditionalem. Et quando diſpoſitioni vel executioni dicat appoſita. numero 22.*

23 *Conditionis natura eſt actum ſuſpendere. Et quid de modo.nu 24.*

25 *Promittens partem vini naſcituri in tali vinea,non obligatur niſi probato, quod vinum natum collectumq; ſit.*

Quod procedit in qualibet diſpoſitione conditionali.nu.28.

26 *Relatiuum adiectum verbo futuri temporis inducit conditionem,*

27 *Iudex ſub conditione datus,non habet iuriſdictionem niſi purificata cõditione.*

29 *Conditio habetur pro cauſa.*

L. XIIII. Pomponius.

IN OMNIBVS obligationibus,in quibus dies non ponitur, præſenti die debetur.

SVMITVR hæc regula ex.ll.in gloſ. allegatis & eſt clariſsima quãtum ad corticem & ſonum verborum, ſed ĩ materia difficilis & ſpeculatiua.Doc. hanc materiã plene examinant in l.in illa ſtipulatione.in l.interdum.in l.eum qui calendis.in.§.quotiens.& in l.ita ſtipulatus. la granda. ff.de verb.obli.& in l.j.ff.de cõdi.& demon.& in.§.omnis.inſti. de verb. obli.ita ꝙ facile eſſet fimbrias dilatare:ſed

quia materia ordinarie in dictis locis traditur, incõueniens videtur eam huc tranſplãtare: dicam tamen & declarabo nonnulla neceſſaria & notatu digna.

1 Diligenter igitur primo no. eſt ꝙ † licet ſimpliciter promiſſum, pręſenti die debeatur, & peti poſsit. l. liber homo. in. §. decẽ hodie. ff. de verbo. oblig. & d. §. omnis. ſtatim tamen exolui nõ debet nec exigi poteſt, ſed cum aliquo temperamento & temporis ſpatio: vt hic per glo. Ideo eleganter dixit iuriſconſultus in l. quod dicimus. ff. de ſolut. ꝙ creditor recepturus pecuniam ſibi debitam venire non debet cum ſacco paratus dandum eſt enim aliquod ſpatium temporis. Hinc eſt ꝙ licet interpellatio conſtituat debitorem in mora. l. ſi ex legati cauſa. ff. de verb. obli. l. quod te. ſi certũ peta. intelligitur tñ ciuiliter nõ ad vnguẽ, ſed cũ moderato ſpatio temporis arbitrio iudicis limitando: vt per glo. ſolẽnem in l. emilius. in verbo reſtitui. ff. de mino. & in l. diuortio. in prin. ff. de neg. geſt. Deci. hic & in d. l. quod te. col. iij. Iaſ. in d. l. ſi ex legati cauſa. in iiij. nota. & in d. §. decem. & in d. l. eum qui. in. §. quotiens. ff. de verbo.
2 obliga. Vbi propterea dicit, ꝙ † quælibet promiſsio pura miſerationis gratia, tẽpus aliquod habet in executione ad ſoluendũ: & vbi a iure taxatum non reperitur taxãdum eſt a iudice: ad quod uide Bar. et alios in d. l. quod dicimus.

3 Limita prædicta † in precario quod ſtatim præciſe reuocari poteſt, nec recipiens cõqueri poteſt ſe decipi, ex quo iſta eſt natura pręcarij, de qua recipiens a principio cogitare potuit. Deci. hic & i l. cõtractus. col. ij. infra eodem.

4 Item limita prædicta, niſi † quis promiſiſſet hodie vel præſenti die ſoluere: quia exactio in ipſo die tunc nõ impeditur ꝓpter ſpecificam expreſsionem temporis, licet ſecus ſit in promiſsione ſimpliciter facta. Ang. in d. §. omnis. & per Deci. hic ad fi. Facit quod ſcribit i Bal. l. j. C. ne lice. in vna eademq; cauſa tertio prouoc. de promittente ſtatim vel in proximo ſoluere, q conſtituitur in mora per tranſitum horæ: ſicuti ſi ſolutioni eſſet appoſita dies abſq; interpellatione aliqua, vt ſic verba aliqd operentur. Areti. tñ in d. l. ita ſtipulatus magna. col. pe. reprobat Bal. per l. ſi decem cum petiero illo. eo. ti. de verb. obliga. vbi conditio quę tacite inerat, nõ aliter operatẽ ſi ſit expreſſa ad faciendum committi citius tardius ve obligationem. Facit eiuſdẽ Bal. dictum in l. ſi mihi & tibi. in. §. j. ff. d lega. j. per illum tex. ꝙ breuitas temporis
5 operatur † ne quis in mora cõſtituatur: & ſequitur Iaſ. in d. l. decem. col. ij. verſ. vnus ex vobis. & Soci. in d. §. j. confirmans ratione. nam mora eſt delictum negligentiæ l. mora. ff. de vſur. quæ negligentia non dicitur eſſe vbi adeſt impoſsibilitas, facit tex. l. ratum. & l. quod dicimus. ff. de ſolu. qui vtuntur verbis mox, & ſtatim, & tamen cum temperamẽto temporis promiſſionem intelligi debere, volunt. Et ꝙ Angel. & Deci. male aſſerant eadem die promiſsionis exactionẽ fieri poſſe liquet aper
6 te, quia † tota dies cedit, & ante lapſum diei exactio fieri nequit. immo nec agi, petive. d. §. omnis. & l. q hoc anno. ff. de verbo. obl. Niſi dicas Deci. & Ang. loqui qñ dies hodierna apponit promiſsioni: ſecus ſi ſolutioni vel actui ſolutionis, quia dies ponitur tũc ad differendam ſolutionem, & ſic ante lapſum diei agi, vel peti nõ põt, ſecundum communiter a ſcribentibus receptam ſententiam: vt per Iaſ. in d. §. decem hodie. col. fi. in quarta limita. Ex hoc tamen nõ defenditur nec defendi poteſt opinio Ange. & Decij ſuperius relata, qui loquuntur, vt eorum verba demonſtrant, qñ
7 dies fuit appoſita ſolutioni: quo † caſu locum nõ habet diſpoſitio d. §. decem hodie. vt ibi per doct. Præterea in caſu ipſius. §. decẽ. licet ea die agi petiq; poſsit exactio, tamen differri debet arbitrio iudicis, nec cum ſacco paratus venire debet creditor: vt ſupra dixi, & ad limitationem ipſius. §. decem. tradit poſt alios. Iaſo. ibi. col. ij. in prima limita. Male igitur loquunt Ange. & Deci. volentes in ipſo promiſsionis die exactionem fieri poſſe. b ene arbitrarer ꝙ poſt lapſum diei factæ promiſsionis in terminis prædictis poſſet exactio fieri, per deciſionem Bal. ſupra relatam, de promittente ſtatim vel in proximo ſoluere. debitori enim imputandum videtur, qui fidem ſuam ad breue temporis ſpatium ſic aſtrinxit, quaſi haberet pecuniam paratã, quicquid enim dixerit Iaſ. in d. §. decem. in ver
8 ſi. vnus ex vobis. tempus † expreſſum, licet breue, interpellat: quia ſi promitto decem hodie dare, lapſus iſtius diei me interpellat & in mora cõſtituit: vt volunt Ange. & Imo. in d. §. decem. & facit l. magnã in ſui generalitate. C. de contrahẽ. & commit. ſtip. Nec ob. §. decem. quia nõ dicitur ibi ꝙ nõ conſtituat in mora, ſed ꝙ non dat dilationem debitori, nõ enim cenſet appo-

ſitum gratia debitoris, ſed potius creditoris: prout in ſimili habetur in d.l.ſi decem cum petiero. Neq; refragatur quod dixit Bal. de termino nimis breui, quia intelligitur qñ eſt tanta breuitas quæ promiſsionẽ impleri impediat. prout loquitur. §.ſi ſeruos quos gadibus. in quo Bal. fundat ſe: ut etiam declarat ibidem Soci. quod non contingit in terminis noſtris, & præallega. §. decem. Et ita conſulendo tradit Cor. lib. j. conſi. xxvj. vbi conſuluit, ꝙ ille qui promiſit proficiſci incõtinenti Aretium cum inſtrumento ad faciendum certum quid, abſq; aliqua interpellatione cõſtituitur in mora, ſi non acceſſerit intra tempus, intra quod commode ire poterat, propter appoſitionẽ termini incõtinenti. Et ad l. ſi decẽ cum petiero. iuxta inductionem Areti. ſupra relatam reſponde, ꝙ expreſsio ibi fiebat per eum modũ per quem tacite inerat, ideo nihil operatur: vt per eundem Are. & Iaſ. in d. §. decem, col. j. & ij. ſed in quæſtione propoſita expreſsio aliter fit ꝙ̃ tacite ineſſet; tacite enim inerat ꝙ ſolutio & exactio fieret cum interuallo & moderato tẽporis ſpatio, vt prædiximus. & expreſsio cantat, ꝙ fiat ſtatim, incontinenti, vel in proximo: ideo nimirum ſi aliud longũ tempus ad ſoluendum nõ conceditur. Scias ta-
9 men, ꝙ † tempus certæ ætatis habens cõdi. purificare, non conſtituit debitorem in mora ſine interpellatione: vt per Decium in conſi. ij.

10 In obligationibus † igitur, ĩ quibus dies non ponitur, præſenti die debetur, ſicque obligatio eſt pura, ceſsitq;, et venit dies, quia obligatio cum actione orta eſt. l. cedere diem. ff. de verb. ſig. licet exactio differatur ſecundum dicta in ſuperioribus. Ce-
11 dere † autem diem (vt eleganter declarauit iuriſconſul. in d.l. cedere) ſignificat incipere deberi pecuniam, venire diem, ſignificat eum diem veniſſe quo pecunia peti poſſit, vbi pure quis ſtipulatus fuit, vt in regula. l. noſtræ, & ceſsit (ait ibi iuriſconſul.) & venit dies. vbi in diem, ceſsit dies: ſed nõdum venit. vbi ſub cõditione, neq; ceſsit, neq; venit dies, pẽdente adhuc cõditione.

Limitatur tñ primum membrũ niſi dies tacite ſubintelligatur ratione loci, vel ratione rei promiſſę: ſed nondum ineſſe productæ, aut ex voluntate diſponẽtis, vel ex qualitate actus, ſeu contractus: vt hic per Deci. col. j. & per doct. in locis præalle. ſupra & Brunum Aſten. in tracta. de rebus ſeu diſpoſitionibus dubijs, fol. xxv. vbi dicta Decij hic reaſſumpſit aliqbus additis.

12 Sed inſtat not. dubitatio † de die tacita, quæ ratione loci ſubintelligitur, an ante dictam diem obligatio nata ſit? Bar. in l. interdum. ff. de verb. obl. concludit ꝙ ſic, ſed non actio: per illum tex. Oppoſitum tenet ibi Iaſ. cuius argu. reſpondet hic Deci. tenens tñ contra communem ꝙ ante diem quæ tacite ſubintelligitur nõ ſit nata obligatio. per tex. vbi Arc. in l. cõtinuus. in. §. cum ita. in fi. ff. de verb. obli. dum ibi dicitur, ꝙ ſi ille qui certo loco dare promiſit, celerius ꝙ̃ fieri ſolet ad talem locum peruenerit: ſtatim ꝙ ad locum applicuit, obligatus eſt: ergo prius non erat obligatus.

Non recedo a communi ſententia per d. l. cedere diem. dum ait, ubi in diem quis ſtĩpulatus eſt, ceſsit dies, & incipit deberi pecunia: ergo nata obligatio? nec refragatur ꝙ loquatur in die expreſſa: quia taciti & expreſsi par eſt virtus l. cum quid. ff. ſi certum peta. Et ſi expreſſa non impedit ortũ obligationis, minus tacita. Probatur etiã ſubtiliter inducendo in l. eum qui calẽdis. in. §. quotiens. ff. de verb. oblig. quotiens, inquit, dies nõ ponitur in obligationibus, præſenti die debetur, niſi locus adiectus ſpatium temporis indicat: ergo probat natam obligationem, alias non deberetur pecunia. Ad tex. Are. in. §. cum ita. reſponde, ꝙ ſtatim obligatus eſt, ſcilicet cũ effectu: prout verba intelligenda ſunt, & non verbotenus. l. j. §. hæc autem verba, ff. quod quiſque iur. probaturq; dicta ſol. per text. cum gl. faciente ſimilem expoſitionẽ, debeti, ſcilicet cum effectu: in d. l. eum qui calẽdis. in. §. ſi. obligatus igitur tunc erit cum effectu, quia agi poterit & exactio fieri. antea vero obligatus quidem erat per prædicta, ſed non cum effectu: cum actio minime nata foret. Et ꝙ dies tacita impediat natiuitatem actionis, ſed non obligationis, tradit Aquen. nõnulla dicens, in d. l. ita ſtipulatus magna. §. ſi. col. pe. & fin. vbi poſt
13 Bar. & alios limitat † quando tempus incertum eſſet, puta quando quis ſtipulatus fuit aliquid dari vel fieri poſt eius mortẽ. quia tunc impedit natiuitatem obligationis & actionis, quæ ſolum ab hærede & contra hæredem incipit, l. j. C. vt actio. ab hæredi. & contra hæred. Et reprobata ratione Bartol. Aquen. aliam aſsignat, quia quãdo quis ſtipulatur poſt mortem ſuam, videtur hæredi ſuo ſtipulari velle, ita ꝙ nunquam obligatio in perſona ſua accipiat vires, quod licet de iure antiquo im-

poſsibile videretur, per l.quicunq;.ff.de actio.& obli.tex.tñ in.§.poſt mortem.in ſtitu.de inuti.ſtipul.hoc putat rationabile propter conſenſum partium, qui & ſi non poſsit natiuitatem obligationis impedire per appoſitionem diei tãtum: vt declarat Bar.in d.l.ita ſtipulatus.tamen qñ cum tẽpore concurrit perſonarum diuerſitas, vt in terminis quæſtionis prædictæ,hoc bene
14 facere pbteſt. Et fortius † vbi vltra incertitudinem diei alia quoq; in promiſsione deducta incerta ſunt,vt in promittente fructus ex fundo percipiendos. hæc enim eſt maxima incertitudo cõditionem ſapiens, ideo nec obligatio nec actio interim orit̃.l.j.ff.de condi.& demon.& per Bar.in l.in-
15 terdum.ff.de verbo.oblig. Item † quando in obligatione deductũ eſt id quod ſui natura ad hæredes non tranſit, prout eſt vſuſfructus: tunc ante diem non naſcitur obligatio,nec actio.l.j.in fin.cum l.ſeq.ff. quando dies leg.ced.vbi iuriſconſul.rationem aſsignat.& tradit Matthæus de Afflictis in deciſione regni cclxxix. vbi diſcu
16 tit practicabilem quæſtionem. An † creditor ad diem certam agere poſsit, vt adueniente die ſibi ſoluatur, & interim formetur proceſſus:& concludit agi poſſe ante diem, vt ſoluatur adueniente die ac tempore. Iuraque dicentia ante tempus agi non poſſe, debere intelligi, ut tunc ſoluatur:ſed bene agi poſſe ante diem & tempus vt ſolutio fiat adueniente tẽpore:ita ſæpe fuiſſe practicatum dicens. Idem tenẽt aliqui Moderniores in d.l.ita ſtipul.in vlti.col.Quæ ſententia mihi non placet, quamuis enim vbi obligatio & actio nata eſt, ſed dilatio ad ſoluẽdum a lege datur, vt in dote.§.exactio.l.vnicæ.C.de rei vxor. ac procedere poſsit ea opinio: tamen vbi actio nata nõ eſt,ſecus eſt.Ideo recte conſuluit Alexan. lib.j.conſi.xcv.ꝙ vbi in diem,puta ſancti Michaelis,collata eſt ſolutio:& ante diem data fuit petitio, contra quam oppoſitum extitit,non eſſe admittendam. Iudex pronunciare,inquit,debet, non eſſe procedeñ. ad vlteriora ſuper petitione actoris ante diem agẽtis, & reum abſoluere:quia actor male agit ante diem. præallegata.l.cedere diem.& c.j.de plus peti.cum alijs de quibus ibi per eum & per Areti.in d.§.cum
17 ita.vbi poſt Pau.de Caſt.ait,ꝙ † ſi aliquis ante diem ageret,quæ tacite ſub intelligit̃, & peteret reum condemnari ad præſtandũ id quod debet ſoluere tempore congruo, id eſt poſt diem ſubintellectũ, repelli poſſet a limine iudicij,quia,q ante diem agit, male agit. Quod eſt indubitanter verum, ſubijcit Are.quando ante diem non eſt nata actio, vt in caſu illius.§.quia ſine actio-
18 ne agit,ideo repelli poteſt: ſed † vbi ante diem nata eſſet actio.tunc an ſit neceſſaria exceptio,vel iudex debeat, aut poſsit repellere,ponit idem Aret.in d.l.ita ſtipulatus.col.antepenul.Aquen,loco præallegato & Iaſ.in l.eum qui.in.§.qui ita.el ſecundo.col.antepenul.& ſeq.de verbo.obliga.
19 vbi † autem non præceſsit debitum purum. ſed ſolum in diem & ante diem agatur iudex re um abſoluere debet, quamuis nihil oppoſuerit,tex. eſt in l.ꝙ ſi in diem. in prin.ff.de peti.hæredi.ſecundum ſanum intellectum.vt per Iaſo,loco præal lega.& probatur etiam in.§.temporales.inſtitu.de excep.ibi,ergo hi quibus intra certum tẽpus volentibus agere obijcitur exceptio, aut pacti conuenit,aut alia ſimilis, actionẽ differre debent & poſt tempus agere. & ibi not.ſcribẽtes. Ex prædictis clare intelligitur quod ſcripſit iuriſcõſul.in dicta l.cedere diem,quando dies dicatur ceſsiſſe & veniſſe,& qñ veniſſe. ſed nõ ceſsiſſe.

Supereſt vt videamus de vltima ſpecie
20 † vt de promiſſo ſub cõditione, qua pendẽte neq; ceſsit,neq; venit dies:dicit præalleg.l.cedere diem. & circa hanc Bart.in d.l.ita ſtipulatus.col.antepenul.verſic. tertio eſt videndum de conditione poſsibili, ſeu contingenti,quę ſe habet ad eſſe,& nõ eſſe.& cõcordant,inquit,omnes in hoc caſu,ꝙ ante conditionis euentum nõ ſit nata obligatio,nec actio. d.l.cedere diem.etiam in conditione tacita l.item quia. cum not. ff.de pac.& ſequuntur ibi Imo. Are.& alij in vlti.col.& hic in ij.col.Deci.limitans,
21 vbi † conditio executioni appoſita eſſet, quia tunc non ſuſpendit, neq; actum conditionalem facit l.muto.§.ſub conditione.ff. de tutel.l. ita demum.in fi.ff.de arbi.tradit Bar.in l.j.col.ij.ff.de condi.& demõ. De-
22 claratq; tunc † dici cõditionem appoſitam diſpoſitioni qñ concernit ſubſtantialia, ſine quibus obligatio conſiſtere nõ poteſt. ſed ſi reſpiciat accidẽtalia tũc videtur executioni appoſita, iuribus præallegatis: & ita prius dixerat Iaſ.in l.item quia.in vlti. col.ff.de pact. Cõditio autem, quam certum eſt extituram, vel quæ tempus præſens reſpicit,non eſt proprie conditio, neque impedit ortum actionis & obligationis,verum pro pura habetur.l.cum ad præſens.ff.ſi cer.peta.cum ibi not.per doct.et

23 .§.j.l.ſi pupillus.ff.de noua.Et habet† cõditio de ſui natura effectum actus ſuſpendere.ſecundum Bal.& Fely.in c.cum Ioãnes.col.j.de fide inſtrum per text.in c.verum.de condi.appoſi.& l.j.C.de conditio.
24 inſert.cum ibi not.Modus † autem non ſuſpendit,ſed actum geſtum qualificat: vt in d.c.cum Ioannes. vbi emptio habebat certum modum, quo non obſtante ſtatim debebatur pretiũ,ideo modus,dicunt,non facit actum conditionalem, quia conditio eſt prædiacens rei determinatæ:ita ꝙ ſe habent, vt extrema oppoſita tempore. Modusq; ſecũdum prædictos inducit obligationem per quam peti poteſt modi implementum, ſed conditionis implemẽtum
25 peti non poteſt. Hinc etiam eſt,ꝙ† promittens annuatim ſoluere in feſto,puta omnium ſanctorũ quintam partem vini quod naſcetur colligeturq; ex tali vinea,nõ obligatur niſi probetur natum collectumq; vinum.l.cum certus.ff.de vino triticoq; le-
26 ga.Præterea illud relatiuum,†quod,adiectum eſt verbo futuri temporis naſcetur, & colligetur,inducitq; conditionem.l ſtichum qui meus erit.ff.de leg.j.qua nõ impleta actio non naſcitur, nec obligatio.d.l. cedere diem.vt igitur competat actio, requiritur probatio implementi conditionis prædictæ ſicq; vinum natum & collectũ.l. qui hęredi.ff.de condi.& demon.prout cõſuluit Rapha.Commen.lxxix.ſuper quę-
27 ſtione. Et iudex † ſub cõditione datus, ſi ita eſſe tibi conſtiterit,non habet iuriſdictionem niſi prius purificetur cõditio. nec ante dici poteſt iudex.c.ab excommunica-
28 to.cum not.de reſcrip. Et hoc† eſt regulare in qualibet diſpoſitione conditionali, vt prius ex ea agi vel excipi non poſsit, ꝙ̃ conditio extiterit.d.l.cedere diem.& c. j.de plus peti.ita Ancha.in conſi.ccxcvij. efficacibus.col.j.Soci.conſi.xcix.colum. viij.lib.iij.Fely.in c.ſi conſtiterit.de accuſa.vbi etiam alia ratione id firmant. Et cõditione non verificata nec impleta pactum ſub conditione factum locum nõ habet.d. l.cedere diem.& l.hæc venditio.in princ. ff.de cõtrahen.empti.facit l.j.ff.de donatio.ibi,totum hoc ſub conditione eſt. nam
29 conditio† pro cauſa habetur.Bar.in l.a titio.ff.de uerbo.obli.& cauſa ceſſante ceſſat effectus.c.cum ceſſante.de appel.ita cõſulẽdo ſcripſit Deci.in cõſi.dcxiiij.col.fi.

Et pariter ſi per unum ex fratribus alteri ſit facta donatio bonorũ ſuorum,ſi alius frater non diuidatur bona communia intra octo dies a tempore notificationis ſibi factæ,donatio ſub conditione celebrata dicitur, & locum nõ habet niſi impleta ſit conditio:quia diſpoſitio cõditionalis ceſſat cõditione non impleta d.l.cedere.& d.l.hæc venditio.nam quando aliquid conditionale deducitur in iudicio,liquidari debet, ꝙ impleta fuerit conditio.l.ſi quidem. & ibi Bald.in vlti.col.C.de excep.l hoc iure.ff. de verbo.oblig.not.Deci.in cõſi.dcxxix. Quæ omnia bene ſignabis ad d.l.cedere diem:quam nunquam ita ornatam & declaratam,vt arbitror,vidiſti.

SVMMARIVM.

1 *Idem de actione tam reali quam perſonali,quòd de re ad quã competunt iudicari. Limita ſecundum veritatem. nu.5. & in correctorijs.nu.9.*

2 *Actio ſecundum qualitatem rei, quæ in ea deducitur, quòd mobilis vel immobilis iudicetur.*

3 *Pecunia an iudicetur mobilis vel immobilis.*

4 *Verbum, videtur: & verbum, intelligitur,quòd fictionem ſignificent.*

6 *Meum proprie non dicitur mihi debitum.*

7 *Poſsidens rem illam tenetur cathaſtrare: non autem habens ad eam actionem.*

8 *Vaſallus ſeu emphiteuta non poſsidens,non tenetur ad ſeruitia.*

10 *Emens actionem iam ortam minorũ quã valeat eſt tutus in foro conſcientiæ.*

L. XV. Paulus.

QVI actionem habet ad rem recuperandam: rem ipſam habere videtur.

SVMITVR ex.ll.in glo. allegatis.concordat tex.in l.rem in bonis. ff.de acqui.rer.domi.dum ait, rem ad quã recuperãdam actionem habemus in bonis noſtris intelligimur habere.& in l.bonorũ appellatio.in ff.de verb.ſig.eque bonis noſtris,inquit, annumerabitur, ſi quid eſt in actionibus, petitionibus, & perſecutionibus,nam hæc omnia in bonis eſſe videntur.

lutionem canonis, neq; ad capiendũ inueſtiturã. Bal.& alij.in l.ſolẽnibus.C.de rei ven. Et ſimiliter priuilegiũ alicui cõceſsũ ne teneat ad ſolutionẽ collectarum pro bonis ſuis, nõ extendit ad prædiũ ab alio bona fide poſſeſſum, licet dñs ad illius recuperationem habeat actionẽ, & ad eũ inde reuertat. Ro. i ſing. 603. an priuilegiũ. Itẽ in reſcindẽda tranſactione prætextu leſionis vltra dimidiam iuſti pretij: talis iuſtitia p̄tij accipit nõ iuxta metam actionis ac petitionis, ſed conſiderato & æſtimato dubio litis euentu, ſcdm ſcribentes in l.ij.C.de reſcin.vẽ. vbi late ſcripſi. Dicit ẽt Soci. poſt quoſdam alios in cõſi.c.col.pe.lib.j. ꝙ cũ in regula noſtra ponat verbum, vr̃, quod fictionem potius ꝙ̃ veritatem denotat, ſe-
9 quit, ꝙ ſi † ſtatutum mentionẽ faciat de pecunia redacta, locũ nõ habebit in pecunia quę redigi potuit, ſed actualiter redacta nõ fuit, cum verba ſtatutorũ ſtricte & proprie ſint intelligenda. Et pariter locũ nõ haberet hæc regula in correctorijs & odioſis ꝑ prædicta. & no. per Alex. & alios in l. Gallus. in. §. videndũ. Præterea idem Soci. in cõſi. cxliij. col. fi. lib. j. arguit ſimulationem contractus, eo ꝙ emerat quis actionẽ ad centum pro eodẽ pretio: nam minus dicit valet actio, ꝙ̃ æs: tum ob dubium litis euentũ, cum poſsit cauſam iuſtam pp iniquitatẽ iudicis perderet: tum ẽt quia debitor inops interim effici poſſet. ideo recte dicit i d.l. minus. ꝙ minus eſt habere actionem ꝙ̃ rem. ex quo igit emit quis euentũ, ſpecieq; futuri iudicij, ridiculũ eſt ſentire ac dicere ꝙ pretiũ rationabile tñ ſit ꝙ̃tũ eſt in actione. Hinc pulchre concludit In-
10 no. in c. in ciuitate. de vſur. † ꝙ ſalua conſcientia poteſt quis emere actionẽ iam ortam tpe contractus minori pretio, quia ſe periculo exponit quis: ergo, inquit ibi Soci. credere talem contractum verũ & iuſtũ diſtat a veriſimili, ideo falſitatis imaginem præ ſe fert: vt inquit Bald. in l.j.C.de ſer. fugi. Eſt itaq; vere & proprie rem habere cum effectu, & actualiter penes ſe tenere. l. nomen filiarũ. ver. habere. ſupra ti.j. cum alijs alleg. per Alex. in conſi xxxv. volu. iiij. Qui tñ etiam ad rem ſpem habet, rem ipſam habere dicitur: vt per Iaſ. in l. is poteſt, col. ix. ff. de acqui hære.

SVMMARIVM.

1 *Pretium et res ſunt de ſubſtãtia vẽditionis.*
2 *Verbum imaginarium, & venditio imaginaria quid ſit, & quomodo accipiatur. & nume. 3.*
4 *Homo ad imaginem & ſimilitudinẽ Dei factus eſt.*
5 *Imagines ſanctorũ ad memoriam primitiuorum adoramus.*
6 *Origine rei ſublata, eius imago relinqui non debet.*
7 *Venit i ſunt ſapientes: quia ciues ques faciunt non admittunt ad officia ciuitatis propter diſcordiam.*
8 *Contractum ſimulatum arguens, debet id probare. Et qualiter probetur.*
9 *Contractum ſimulatum quando liceat allẽgare maxime contrahenti.*
10 *Vẽditio imaginaria vera quãdo dicatur.*
11 *Venditio imaginaria eſt nulla: niſi facta fuerit in fraudem, quia tunc reſciſsione opus eſt.*
12 *Venditio magni pretij pro vno nummo dicitur imaginaria, & eſt nulla: ſecus in emphyteuſi. nu. 13.*

L. XVI. Paulus.

IMAGINARIA venditio nõ eſt pretio accedente.

SVMPTA fuit ex. ll. alleg. per glo. & pluribus alijs vbi de imaginarijs contractibus agitur. Vbi ergo interuenit pretiũ
1 venditio non eſt imaginaria, ſed vera † quę conſiſtit vbi interuenit res & pretium. §. pretium. inſtitu. de emptio. & vendit. Ima-
2 ginarium † autem diſtinguitur a vero: & ſolum in imaginatione fit ac conſiſtit, ſecundum Hieronymum, quem infra referam. Et imaginaria venditio proprie dicitur nuda facta, ac ſimulata, ſecundum gloſ. hic, & in l. nuda. ff. de contrahen. emptio. & in. §. primo. l. tertia ff. de manumiſ. & quæ apparentior non autem exiſtenter venditio eſt. ll. prælleg. Paul. de Caſt. in conſil. infra alleg. Sic imaginarius vſus dicitur, qui imaginem veritatis, non veritatem habet. l. quoniam indignum. cum gloſ. C. de teſtamen. hinc eleganter Iuriſconſultus, in l. contractus. ff. de actione &

obli.contractus imaginarij & in emptioni
bus,inquit,iuris vinculũ non obtinẽt, cum
fides veri ſimulatur nõ intercedente veri-
tate.Et Hiero.de diuerſis leprarum generi
bus.alius imaginariũ legis opus quaſi ſub
veritatis colore depinxit,alius corpus ip-
3 ſius veritatis declarauit. Et pro † ſimi-
litudine imago plerũq; põnit. iuxta illud
Virgi. O mihi ſola mei ſuper Aſtianactis
imago.dicitur enim ſimilitudo,quaſi imita
tio:quia,vt inquit Varro, deducit ab imi-
tatione,& per alluſionem ad aliud dicitur.
vt echo,vocis imago.Hor.j.Carmi.Ioco-
ſa nomẽ imago. nõ enim proprium rei eſſe
repræſentat imago. vt per illum tex.not.
4 Bal.in l.ij.C.de iure aur.annul.Et † homo
ad imaginem & ſimilitudinem Dei factus
dicitur: in ratione ſcilicet, quæ eſt imago
Dei.ideo Ambroſ.de fuga ſeculi. ſimilem
dei eſſe eſt habere iuſtitiam,ſapientiam, &
in virtute dei eſſe perſectum, vt habet in
c.ſimilem.de pœni.diſt.ij.nouem aũt ſimi-
litudines animæ ad deum ponit Archiepi
ſcopus Flor.hãc materiam plene tangẽs in
prima parte ſuæ ſummæ. quamuis autem
homo ad ſimilitudinem dei factus ſit,inter
creatorem tamen & creaturam nõ poteſt
ſimilitudo tanta notare, quin maior diſsi-
militudo notanda ſit.c.damnamus.in fi.de
ſumma trini.not. Fely.de reſcrip.in c.capi
tulum ſanctæ crucis.col.ij. De imagini-
bus vero ſanctorum non adorãdis nec vio
landis, poſtquam hæc materia hiſce miſe-
ris temporibus noſtris agitatur ac mouet,
aliquid dicemus.tractatur enim in c.per la
tum.cum ſeq.de conſec.diſt.iij.& iiij.Ve
5 nerabiles † ſanctorũ imagines(dicit text.)
chriſtiani non deos appellant,neq; ſeruiũt
eis vt dijs,neq; ſpem ſalutis ponunt in eis,
neq; ab illis expectant futurum iudicium:
ſed ad memoriam & recordationem primi
tiuorum venerãtur eas. de quibus pulchra
quædam ſcribunt Pau.de Ca.C.de fer.in l.
fi.Cap.Tolloſ.deci.ccclij.ſumma Ange.in
verbo imagine.Picus in ſua Apologia in
iij.qõ.de adoratione crucis,& imaginum.
Archiepiſcopus Flo.in iij.parte ſummæ.c.
6 xij.§.x. Satis vero abſurdum eſt,† origi
ne rei ſublata eius imaginem relinqui. di-
cit tex.no.in l.vnica.in princi.C.de dedit.
lib.tol.per quẽ dicit Soci.in conſi.cxxiij.
col.ij.lib.j.& doct.in l.fi.per illum tex.&
C.de edic.diui.ꝙ ſublata re ſuper qua fit
diſpoſitio, & interpretatio,tollitur etiam
interpretatio.infer.tẽtes ad qõnes: vt ibi ꝑ
eos. Et ex principio prædictæ l.vnicæ
loquentis de imagine rei non relinquenda
re ſublata.tollendas eſſe occaſiones, pro-
pter quas ciuilia bella naſcuntur:quarũ po
tiſsima eſt facere ciues,qui non erãt & di-
7 ſcordiam ſeminabant. Sapientes † tñ ſunt
Veneti, inquit, qui ciues quos faciunt vt
mercari poſsint,ad honores & officia ciui
tatis ſuæ non admittunt.
8 Volens † autem dicere cõtractum ima-
ginarium fictitium & ſimulatum,debet di-
lucide probare.l.ſed ſi maritus.in fi.ff.qui
& a quib.ma. Et cum ſint plures ſpecies
ſimulationum, dicens contractum ſimula-
tum,exprimere & ſpecificare ſimulationẽ
tenetur.Deci.hic in fi.& Pau.de Ca.in cõ
ſil.lxxxij.viſis his in antiquis.vbi dicit,
ſimiles contractus occulte & ſine teſtibus
fieri,vno de altero cõfidente.& propterea
ſimulationem ex coniecturis probari. &
idem de contractu imaginario.De qua ma
teria vide Soci.in conſi.cxliij.col.fi.lib.j.
Bologni.conſi.xxv.Corn.conſi.lxiij.col.
pe.vol.j.Fely.in c.ſi cautio.col.xxiiij.cũ
ſeq.de fide inſtru.Iaſ.in conſi.clxx.vol.ij.
Deci. in conſi.cccccclxxxvij.dcxlviij.&
dclix. ponentes plures coniecturas, per
quas fit probatio prædicta, & admitti ad
id teſtes etiam alias inhabiles:vt per Cor.
9 loco præalleg.Quando † vero liceat con-
tractum imaginarium ſimulatum in frau-
demve celebratum allegare,præcipue con
trahenti,ponũt Pau.de Ca.in cõſi.lxxxij.
in antiqs.Are.in cõſi.lxv.col.fi.& lxxvii.
in ii.dubio.& xcvi.in iii.dubio. & Alex.
in conſi.xxxvi.col.ii.in ii.vol.
10 Dicitur † etiam quãdoq; venditio ima
ginaria vera et vbi pretium interuenit,ſed
quia momento eſt duratura hoc inter par-
tes prius acto & conuento.tex.eſt no.cum
glo.in l.iii.in.§.i.ff.de manumiſſ.de quo fa
cit feſtum Ludoui Bolog.in præalleg.cõ-
ſi.xxv.colum.ii.Imaginaria igitur vendi-
tio non eſt,inquit hic Iuriſconſultus,acce-
dente pretio.nam vt dicitur Inſtit.de em-
ptio.& vendi.in princip.emptio & vendi-
tio contrahitur ſimul atque de pretio con
uenerit, licet pretium numeratum non ſit.
Nec reſoluitur dictæ venditionis contra-
ctus, licet poſtea præter primum propoſi-
tum loco pretii,aliud ſoluatur ſeu remitta-
tur.l.pretii cauſa.C.de reſcinden.venditi.
cum aliis hic per gloſ. & Deci. adductis.
Intellige quando a principio erat intentio
vt pretium perſolueretur: ſecus ſi appo-
neres donationis cauſa nõ exacturus, quia
non valeret neque eſſet venditio,lege cum

in venditione.& l.ſi quis donationis.ff de
contrahen. emptio. vt hic per gloſſ. ideo
bene dicit Iuriſconſultus in dicta lege nu-
11 da:† imaginariam venditionem pro non
facta eſſe:neque rei alienationem fieri intel
ligi.ad idem.l.emptor.ff.de aqua pluuia ar-
cen.cum glo.ꝙ cõtractus ſimulatus eſt ip-
ſo iure nullus:ſecus ſi eſſet in fraudem fa-
ctus,quia reſciſsione & reuocatione tunc
eſt opus: vt hic per Deci.& Alexã. not. in
conſi.lvij.& cxlij.vol.v. Et eodẽ modo
12 † imaginaria venditio dicitur ſi pro vno
nummo facta fuerit de re magni pretij.§.
pretij.§.præterea.cum gloſ. inſtit. quibus
mod.ius pat.po.ſol.ſecundum Deci.hic. id
quod clare probatur per l. ſi quis conduxe
rit.ff.loca.Si quis,inquit, conduxerit vno
nummo,conductio nulla eſt, quia hoc do-
nationis inſtar inducit.Cõfirmatur quia pa
rum & nihil in iure æquiparantur.iuribus
& auctoritatibus adductis per Corn.in con
ſil.xxxviij.col.j.lib.j.& Soci.cõſi.cviij.
colum.ij. volu.j.ſed venditio abſque pre-
tio non ſubſiſtit.§.pretium.inſti.de emptio.
& vendi.ergo nec ea quæ facta eſt modico
pretio,quod pro nullo reputatur. vnde actũ
nugatorium voluiſſe partes facere cenſen-
dum eſt:iuxta.l. non ſolum.ff. de actio. &
13 obli. Cõtractus † tamen emphyteoticus et
cum vno nummo neque minima celebratur
& permittitur.ſolum enim præſtatur in re-
cognitionem dominij.Barb.conſi.xiiij.co-
lum.fi.in ij.volu. Deci.in auc.ꝙ rem in
princ. C.de ſacroſan. eccl. mod. Aſten. in
tract.ſtat.exclud.fem.ſta.magna.fol. xl. co-
lum.ij.Et ꝙ in vno nummo conſiſtat con-
tractus.tradit Anchar. in conſil. vltimo.in
octauo dubio.

SVMMARIVM.

1 *Debitum vel legatum quando ante tẽpus ſolui poſsit.*

2 *Dies & conditio in dubio fauore grauati cenſetur appoſita.*

3 *Hæres grauatus poſt mortem eius diſtribuere bona inter pauperes, vel tot puellas matrimonio collocare, an poſsit in vita ſua facere.*

4 *Cauſa principalis conſideranda eſt, non remota.*

5 *Elemoſinæ liberant animas perſonarum.*

6 *Argu. de contractibus ad vltimas voluntates quando valeat.*

L. XVII. Paulus.

CVM tempus in teſtamento adiicitur, credẽdũ eſt pro hærede adiectum: niſi alia mens fuerit teſtatoris: ſicut in ſtipulationibus, promiſſoris gratia tẽpus adiicitur.

SVMITVR ex ll.per glo. allegat. ſic-
que multos habet concordantes. Et ex quo
tempus hæredis debitoriſque gratia appo-
ſitum cenſetur.& fauori ſuo quilibet renun
1 ciare poteſt,infertur † debitum vel legatum
ante tempus ſolui poſſe,niſi de intereſſe ter
tij vel creditoris agatur:vt hic per Deciũ.
hanc materiam examinantem. omnia ſunt
dicta per Alexan. Areti.Iaſ. & alios Mo-
der.in l.qui Romæ.in princip. ff. de verb.
oblig.& in l.ſtipulatio iſta. in.§.incertam.
illo eo.titu.vbi alias limitationes,& plura
in materia tradunt:vide etiam in l.eum qui
calendis.in.§.ſi.cum l.ſequen.ff. de verbo.
obli.& in l.quod in diem.ff. de ſolut. Corn.
& Iaſo.in l. poſt mortem.C. de fideicom.
2 vbi Corn.circa fi.dicit,† ꝙ quilibet dies &
quælibet conditio in dubio fauore graua-
ti cenſetur appoſita.per d.l.eum qui calen-
dis.in.§.j.& in.§.quotiens. Ex prædictis
etiam infertur ad deciſionem not.quæſtio-
3 nis,† rogatus eſt hæres poſt eius mortẽ bo
na diſtribuere in pauperes Chriſti per eum
eligendos, aut inter puellas virgines: vt
viuus poſsit pauperes eligere,bona diſtri-
buere & puellas matrimonio coniungere,
renunciando fauori dilationis pro ſe intro
ductæ:per vulga.regulam. l. ſi quis in con-
ſcribendo.C.de pact.& l.quod in diem.ff.
de ſolut. Contrariũ tamen firmauit Bart.
in d.l.cum pater.in.§.a filia.ff. de legat. ij.
per illum tex.vbi ille cui commiſſa eſt ele-
ctio perſonæ cum morietur,non poteſt an-
te tempus cum effectu eligere. quam opin.
ſecuti fuere Bald. Angel.de Peruſio. Imol.
Roma.Salic.& Alexã.eos referens in d.l.
ſtipulatio iſta.in.§. incertam.ff. de verbo.
obli.& latius in l ſed & ſi alio. quam legit
cum.§.ſi quis alio.l.recuſare.ff. ad trebell.
& Iaſo.in l.poſt mortem.C. de fideicom.
eo qui tale tempus nõ reſpicit meram hæ

redis fauorem,ſed pauperum,qui viui erũt
tempore mortis hæredis, in quorum præ-
iudicium ante illud tempus electio fieri nõ
poteſt per hæredem.arg.tex.dicti.§.a filia.
cum alijs prçallegatis. Et hanc opinionem
atteſtantur communem Alex.Iaſ.prçalleg.
& Deci. hic. & notabile verbum ſcribit
Aquen.loco infra allega.ſeruari in practica
opin.Bar.niſi in tali electione perſeueraret
hæres vel executor poſt mortẽ hæredis,
quia valeret non vi electionis,ſed tacite cõ
firmationis: vt per Alexan. & Iaſo. in lo-
cis prçdictis & voluit prius gl. in d.§.a fi-
lia.& hãc eſſe veritatẽ ipſam.dixit Bal. in
conſi.lxxv.vol.iij.Qui quidẽ Bald.in d.l.
poſt mortẽ.amplectitur contrariã opi. tan-
quã çquã & probabilẽ, quia ſi teſtator co-
gitaſſet de volũtate hçredis, hoc permiſiſ-
ſet fauore animæ ſuç: pro expreſſo ergo ha
beri debet.arg.tex.cum glo.in l. tale pactũ
in.§.fi.ff.de pac. Itẽ quia tale legatum non
videtur in ſe conditionẽ habere, quia reli-
ctũ videtur intuitu diuini numinis, diciq;
quodammodo poteſt immortali deo reli-
ctũ:ergo non expectata morte de conſilio
epiſcopi poterũt pauperes eligi.iuxta illud
pauperes ſemper habebitis vobiſcum:quia
teſtator ad incertam perſonam ſingulariter
nõ habuit affectionẽ,ſed ad genus perſonç
ideſt ad qualitatem paupertatis vel pieta-
tis,quç vna & eadẽ eſt. Nec obſtat.§.a fi-
lia.quia ibi legatarij prçmori poterant:hic
autẽ non.Et iſtã opin.ſequuntur Raph.cõ-
men.& Pau.de Caſt. in l. filiusfa.in.§.diui
el.j.ff.de leg.j.Fulgo.& Corn. in d.l. poſt
mortem,quia ex quo pauperibus in genere
fuit relictũ,nõ videtur tractari de alicuius
prçiudicio ſi ante mortem fiat diſtributio,
4 †quod verũ non videtur,quia tractari po
teſt de præiudicio pauperũ qui poſt mortẽ
hæredis viuent:vt prçalleg. ſcribentes di-
xerunt.Pro iſta opi. cõſuluit eleganter ex
cellentiſsiſimus vir Pet.de Ancha. in con
ſil.ccij.col.fin.quia illa diſtributio quæ fie-
ri debet inter pauperes poſt mortem hære-
dis principaliter facta fuit pro ſalute ani-
mç defuncti:& pauperes ſunt vt cauſa ſecũ
daria & acceſſoria. nec curandũ eſt multũ,
dicit, qui ſint iſti pauperes præſentes vel
futuri,ideo conſiderari non debet talis fa-
uor,ſed fauor animæ teſtatoris, cuius ſalu-
ti ſi hæres celerius vult prouidere repre-
prehendẽdus, inquit, non eſt, ſed cõmen-
dandus,ꝙ citius ꝙ̃ teneatur adimpleatur:
per dicta l.poſt mortem. cum ſimilibus.Et
reſpon.ad d §.diui, ꝙ ibi principaliter in-
terèrat filijſa.non prius ſolui, ex quo exi-
ſtente poſtmodum conditione ſui iuris eſ-
ſe poterat.In quæſtione præſenti,& ſi com
modum diſtributionis bonorũ pauperes in
genere concernat,non tamen hos vel illos.
5 Item non principaliter ſed acceſſorie,† &
conſideranda eſt cauſa principalis ſiue pro
xima,non remota vel ſecundaria.l.mulier.
ff.rerum amot. l ſi quis nec cauſam. ff. ſi
6 cert.peta.quia ergo †per elemoſinas & ero
gationes bonorum in pauperes chriſti redi
mitur & liberatur anima teſtatoris. xiij.
quæſtio.ij. c. animæ.dubium non videtur
ꝙ hçres vt ſupra rogatus præuenire poſ-
ſit.quod etiam aliter nititur. Anchar. com-
probare.Hanc opin.vt veriorem ſequitur
hic Deci.ad idem citans Abb. in conſi.xj.
lib.ij.quem etiam refert & ſequitur Barb.
in apoſtilla ad Saly.in d.l. poſt mortẽ. hãc
opi.ſequitur etiam Ang.de Are.in tract.de
teſta.in gloſ. ſuper verbo eligendis. in fol.
xvj.idem facit Aquen.in d.l. ſed & ſi alio.
in.§.ſi quis ſub conditione.ff. ad trebel. li-
cet præmiſſa non referat, hanc partem ma-
gis rationabilẽ dicens,quãdo reſtitutio fie-
ret ſine fraude ad bonum finem pro anima
defuncti.id forte dixit per ea quæ ſcribũt
Bal.in cõſi.lxxv.& Paul. de Caſt.in.§.di-
ui. prçalleg. Ex quibus omnibus conclu
di poteſt hanc opin.eſſe magis rationabilẽ,
veriorem,& communem.Primũ probatur
legibus,& rationibus prçallegatis. Funda
mentum cõtrariç partis & opinionis Bar.
ſolũ eſt in præiudicio pauperum viuentiũ
poſt mortem hæredis de quorum præiudi-
cio videtur agi.Sed reſponſio ex prçdictis
colligitur:quia cauſa pauperũ non fuit prin
cipalis,ſed ſecundaria & acceſſoria. neque
ad hos magis ꝙ̃ ad illos reſpexit teſtator.
ſed ad deum,cuius intuitu legauit pauperi-
bus, diſtributionẽque fieri ordinauit poſt
mortem hæredis,eidem proſpiciendo pro-
pter fructus interim percipiendos ab illo.
Si ergo præuenire velit renunciando vtili
tati propriæ & conſulendo animæ defun-
cti deumque colendo, abſonum eſt dicere
cauſam futurorum pauperum,quæ fuit re-
mota & vltima,talem diſtributionem in vi
ta hæredis faciendam impedire poſſe. Et
cum in vltimis voluntatibus prçcipue de-
functi voluntas primum locum teneat.l.in
conditionibus.ff.de condi.& demon.Et ta
lis præſumatur fuiſſe.nec de prçiudicio pau
perum conſideraſſe cenſeatur per prædicta:
dicendum eſt huic parti tam communi &
magis rationabili eſſe adhçrendum. Quod

ſit etiam magis communis ex prꝯalleg. ſatis dignoſci poteſt, ſi dinumerentur, ponderenturque doct. tenentes iſtam partem.

Vltimo poteſt hic notari, valere arg. de contractibus ad vltimas voluntates, ita hic arguit iuriſconſultus & in l. ſeruum filij in .§.cum qui chirographum. ff. de leg.j. vbi doct. tractant & latius Iaſo. in l. quæ de legatis. eo. tit. & Dec. vbi limitat in c. in pręſentia. col xvij. de proba.

SVMMARIVM.

1 *Legata, quæ pure uel in diem certam relicta ſunt, ad hæredem tranſmittuntur. Et cui acquirantur.*

2 *Hæc regula an loquatur de ſeruo vel filio.*

3 *Quæ ſit ratio quòd in legatis factis ſeruo vel filio inſpiciatur tẽpus exiſtentis conditionis: in ſtipulationibus tẽpus cõtractus.*

4 *In contractibus & ſtipulat. quando inſpiciatur tempus contractus.*

5 *Spes conditionalis contractus quãdo trãſmittatur.*

L. XVIII. Pomponius.

QVAE legata mortuis nobis ad hæredem noſtrum transeunt, eorum commodũ per nos, his quorũ in poteſtate ſumus, eodẽ caſu acqrimus. aliter atq; cũ ſtipulati ſumus: nã & ſub cõditione ſtipulantes omnimodo eis acqrimus: etiam ſi libertate nobis præſtita a dominis conditio exiſtat.

SVMITVR ex ll. citatis in gl. Legata
1 †igitur quę ad hrdes trãſmittũtur, vt ſunt legata pura, vel in diẽ certũ. l. ſi poſt diẽ. ff. qñ dies leg. ced. acquirũtur eo caſu, dicit iuriſcõſultus. his quorũ in ptãte ſumus: ergo ſecus eſſe ſentit, ſi legatũ nõ ſit trãſmiſsibile: vt quia cõditionale, vel in diẽ incertum: iuxta. §. ſinaũt aliquid. l. vnicę. C. de caduc. tol. tunc. n. quo ad acquiſitionẽ inſpicitur tẽpus exiſtẽtis cõditionis & acquirit exiſtẽti ſui iuris. d. l. ſi poſt. in §. fi. Et iſtud voluit ſubobſcure hic iuriſcõſultus, licet non expreſſerit. ſed ſequẽtia p quę declarantur pręcedẽtia ſatis clare indicãt, dũ ſubiũgit, aliter in ſtipulationibus & cõtractibus: nã & ſub cõditione ſtipulãtes omni modo acquirimus eis: etiã ſi libertate nobis pſtita a dñis cõditio exiſtat. ex quo datur intelligi ſenſiſſe ſupra legatũ talis naturę eo caſu minime acquiri dñis, alias nõ ſequeret aliter in ſtipulationibus ſeruari. Et quicquid ma-
2 le hic ſentiat Dec. ſermo† præſentis regulę non eſt de filio, ſed de ſeruo. patet ex verbis regulę ibi, libertate a nobis præſtita. antea ergo præmebat ſeruitus, fateor illud qđ hic in ſeruis modo prędicto intelligẽdo dicitur locum habere ẽt in filijsfa. vt quo ad acquiſitionẽ legati cõditionalis facti filiofamil. inſpiciatur tẽpus exiſtẽtis conditionis. tex. eſt in l. ſi vxor. C. de condit. inſer. Et ꝙ regula iſta non loquatur de filio, ſed de ſeruis patet quia iuriſconſult. poſtea incontinẽti ſubiũxit. l. ſi filius. quę loquitur idemq; diſponit in filio, qđ ſupra proxime dixerat de ſeruo: licet ĩ pluribus libris videatur minime fuiſſe. ꝓpterea glo. ſuper ea. l. nihil ſcripſit. ſed in antiquis codicibus inuenio eã legẽ quę eſt ſituata in tit. de verb.
3 obli. ẽt hic inſertã. Sed operepretiũ† eſt ſcire rationẽ diuerſitatis inter cõtractus & vltimas volũtates. Et ſcđm Dec. vr̃ eſſe ea, quia in ſtipulatione conditionali ſpes illa quę ex futura cõditione hr̃, ad heredẽ tranſit. §. ex cõditionali. inſtit. de verbo. oblig. ſecus in ſpe cõditionalis legati. prealleg. §. ſinaũt. ideo nimirũ ſi potius acquirit domino debitũ ex ſtipulatione, licet cõditionale ꝙ legatũ cõditionale mortuo ſeruo per regulã iſtius legis in prin. & ita prius dixere (licet Deci. taceat) Rapha. & Imol. in d. l. filius prout ibi circa fin. Alex. refert dicẽs rationẽ aſsignari hic per iuriſconſultum. Quæ conſideratio non ſatisfacit: tunc quia hic bene ponitur prædicta regula diuerſificans ſtipulationes a legatis, ſed inquirimus rationẽ. Præterea tex. hic ad fi. loquitur proceditque etiã qñ viuente ſtipulatore purificat conditio, licq; ẽt vbi nõ agitur de trãſmiſsione ad hæredẽ, & domino acquiri dicit: ſecus in legatis cõditionalibus exiſtente poſtea conditione, quia inſpicitur tempus exiſtentis conditionis vt prędixi: cur diuerſum? Item iuriſconſultus in dicta l. ſi filius. de verborum obligatio. & in l. fina. ff. de ſtipu. ſer. aliam aſsignat rationem, cur ex contractu conditionali in omnem caſum & euentum acquiratur domino. quia vꝫ in ſtipulationibus id tẽpus ſpectatur quo contrahimus: non autem rationem aſsignat, quia trãſmittitur. Qua-

re aũt magis attendatur & inſpiciatur tempus contractus, & initium in contractibus, ꝗ̃ in legatis in aſsignando rationem diuerſitatis plurimum laborant. doc. vt late per Iaſo. in d. l. ſi filius. referentem quinque rationes doctorũ, quæ in puncto iuris ingenti cum difficultate defenduntur. ipſe tranſit cum ſol. Raph. commen. ꝙ contractus dicũtur habere potens & forte principium. cũ certum ſit debitum iri, ſiue ſtipulator viuat purificata conditione, ſiue mortuus ſit, quia in contractibus fit tranſmiſsio ad hæredem. d. §. ex cõditionali. ideo lex ſtatuit attendi debere principium, & tempus contractus, ad illudque tempus conditionẽ retrotrahi. ſecus in legatis conditionalibus in quibus non eſt certum debitum iri. ſi cõtingeret legatariũ pręmori ante purificatam conditionem: vt dictum eſt. ſicque mirum non eſt ſi fortior ſit ſpes in contractibus conditionalibus, ꝗ̃ in legatis. Sed quemadmodũ ſupra dixi, ratio hæc nõ eſt generalis, neque concludit, quando exiſtit conditio viuo filio vel ſeruo tam in legatis ꝗ̃ in ſtipulationibus: cur in legatis inſpiciatur tempus exiſtentis conditionis, in ſtipulationibus tempus contractus? Hic. n. de tranſmiſsione in hæredem non agitur, neque iſto caſu conſiderari poteſt fortitudo ſpei, de qua proxime. Vnde glo. in d. l. ſi vxor. in fin. aliam aſsignat rationem, quia vʒ in legatis non interuenit aliquod factũ filij vel ſerui. patet, quia abſenti, ignoranti, & dormienti legari poteſt, & ipſo iure eos acquiritur. l. cum pater. §. ſurdo. ff. de leg. ij. ideo inſpicitur tempus exiſtentis cõditionis, ſed in contractibus factis per exiſtentes in aliena poteſtate interuenit factũ filij, vel ſerui: ipſe. n. qui facit & contrahit, & cum verſetur illius opera, ſitque eo tempore in poteſtate domini vel patris, debet talibus acquiri propter patriam, vel dominicam poteſtatem. vt enim dicit text. nor. in l. fin. ff. de ſtipul. ſer. quicquid contraxit ſeruus dum nobis ſeruiret, etiam ſi ſtipulationem contulerit in alienationem vel manumiſsionem ſuam, nobis tamen acquirit, quia poteſtas eius tunc cum id contraheret noſtra fuit. Alexã. in d. l. ſi filius. in fi. hãc rationem reprobat dicens eſſe contra l. fin. ff. de dona. cau. mor. vbi in donatione cauſa mortis idem quod in legato eſſe dicitur, & tamen duorum conſenſu perficitur. l. inter mortis. eo. titu. & fuit Bar. in d. l. fi. vide latius Iaſo. in d. l. ſi filius. vbi etiã aliud arg. Bartol. in contrarium factum reſoluit & tandem tranſit cum iſta ratione vt minus periculoſa: & ita communiter tenẽt doct. vt per Bal. Saly. Rapha. & Corn. in d. l. ſi vxor. factum enim filij, vt doct. dicunt, conſideratur in contractibus: quia eo inuito acquiſitum auferri non poteſt l. ſicut. C. de act. & obli. & l. id quod noſtrum. ſupra eo. ideo quæſitum ex contractu, ſiue ſit purum ſiue conſiſtat in ſpe, acquiritur ei ſub cuius eſt poteſtate. & ſi ſui iuris eſt tranſfert in ſuos hæredes: vt hac l. & d. §. ex cõditionali. ſed in vltimis voluntatibus non acquiritur ex facto meo, ſed ex ſola voluntate dantis, & non dicitur mihi quæſitum, niſi cum ita datum eſt vt fiat meum l. liber homo. §. ita ſcriptum. ad fin. ff. de hære. inſti ideo cum proprie nihil mihi quæſitum ſit, alteri non quæro, nec moriens tranſmitto, ſecundum Raph. & Corn. prææalleg. Et ad rationem Bart. & Alexan. de donatione cauſa mortis, vbi interuenit factum donatarij filij vel ſerui: & tamen quo ad acquiſitionem idem eſt quod in legatis, Reſponde diſtinguendo: vt per Commen. & Iaſo. loco præalleg vel ꝙ factum filij & ſerui tunc eſt adeo debile, ſecundum Sali. ꝙ nõ conſideratur: cum reuocatio dependeat a ſola poteſtate relinquentis. ſed glo. in d. l. ſi vxor. loquitur de tali facto & contractu, cuius reuocatio non eſt in poteſtate contrahentis cum filio vel ſeruo.

4 Ampliari † autem poteſt & limitari multipliciter prædicta regula, ꝙ in ſtipu. & cõtractibus inſpiciatur tempus contractus: vt per Iaſ. & alios in d. l. ſi filius. & Soci. in conſi clxxxiij. ſiue xxxj. incipit elegan

5 ter in ſecunda parte. Et etiam † quæ dicta fuerunt de ſpe conditionalis cõtractus quę tranſmittitur, & quæ fortior videtur propter conſenſum duorum, limitari poteſt: vt per Deci. in conſi. cccclxiij. col. fi. & in l. j. col. v. & vj. C. de pac. Circa oppo. gloſ. hic videnda ſunt quæ ſcribunt doct. in d. l. ſi filius.

SVMMARIVM.

1 *Admittens fideiuſſorem non idoneum ſibi præiudicat, & nu. 7.*

2 *Qui cum alio contrahit quòd certus eſſe debeat de cõditione et qualitate cõtrahentis. Limita nu. 11. 12. 13. 14. 17.*

3 *Reuocatio mandati debet intimari & noti*

ficari; Alias contrahentes excuſarentur. l. ſed & ſi pupillus. §. proſcribere. ff. de inſtito. ornatur.

4 *Ignorans & dubitans licet æquiparentur, non tamen habent locum in contrahẽte.*

5 *Contrahens cum alio præſumitur ſcire qualitatem eius.*

6 *Creditor agens contra emptorem hæreditatis non idoneum, non poteſt de rigore iuris ad venditorem redire.*

8 *Ciuilitatem acceptans, cenſetur cum oneribus ciuium illius loci acceptare. L. ſi duo. ff. de acquir. hæred. ornatur.*

9 *Bannitum occidens banno exiſtente nullo quando puniatur.*

10 *Statutum, quòd vxore decedente ſine liberis maritus lucretur dotem, habet locum ea ignorante.*

15 *Neceßitate cogente ſuccurritur: ſecus ſi quis ponat ſe in neceßitate.*

16 *Argu. de contractu ad quaſi, habet locum quando eſt eadem ratio. Et quid de diſtractu.*

18 *Mulier ſoluto matrimonio conſequitur in ſubſidium bona viri fideicommiſſo ſubiecta, dato quòd ignorauerit fideicommiſſum.*

19 *Paria ſunt eſſe, vel eſſe debere. Et argu. de eſſe, ad poſsibile an valeat.*

20 *Sponte factum quãdo dicatur. Et nu. 21.*

22 *Clauſula motu proprio an operetur facta conceßione ad poſtulationem partis.*

L. XIX. Vulpianus.

QVI cum alio cõtrahit, vel eſt vel eſſe debet nõ ignarus cõditionis eius: hæredi autem hoc imputari non poteſt, cũ nõ ſponte cum legatariis contrahit.

EST valde vtilis & ad infinitas quæſtiones hæc regula citari ſolet. Sumi potuit ex l. pen. ff. ad maced. vbi glo. hanc regulam adducit. Item ex fin. l. iij. ff. de fide-

1 iuſ. vbi † admittens fideiuſſorem non idoneum ſibi præiudicat imputareque debet quia idoneum probare videtur. de quo late per Alex. in l. ij. ad ſi. in prin. ff. qui ſatiſd. cog. & in cõſi. lx. lib. v. Sumi etiam potuit ex l. j. ff. ſi quis in ius voc. ſecundum verũ intellectum vt ibi per Bart. & Paul. de Ca. & Mod. vbi fideiuſ. non idoneus fori priuilegio pro non dato habetur, quando aſſertũ fuit eum eſſe idoneum. alias ſecus. quia imputatur recipienti ſi qualitatem & conditionem illius non inueſtigauit. In hoc principio iuriſconſ. Primo ponit regulam. Secundo excipit caſum in quo non procedit, dum ait hæredi autem &c.

2 Notandum igitur eſt primo, † ꝙ ille qui cum alio cõtrahit debet eſſe certus de qualitate & conditione ſecum contrahentis, ita ꝙ ſi de hoc non inueſtigauit, neq; explorauit, ſeque non certificauit, imputandũ eſt ſibi, iuribus ſupra alleg. hocq; vult etiã hæc lex dum ſubiungit, hæredi autem hoc imputari non poteſt: ergo regulariter hoc imputatur contrahenti ſi non fecit. Et per hanc regulam infertur, ꝙ contrahentes cũ præpoſito alicui negotiationi, vel ſocio, debet diligenter ſe informare de qualitate & conditione præpoſituræ & ſocietatis, alias ſibi imputatur maxime ſi contraheret finita poteſtate vel ſocietate. vt per Paul. de Caſt. in l. j. §. non autem. ff. de exercit. & in §. conditio. l. j. ff. de inſtit. & in conſi. cccxxxv. viſis in antiquis quem hic refert &

3 ſequitur Deci. ſi † tamen a principio ſocietatis contractus fuerit ſine temporis præfinitione, aut limitatione, tunc ex quo contrahentes ſciunt vel ſcire præſumuntur ꝙ ſimpliciter & quandocunque ſecundũ formam dicti mandati contrahere poſſunt, reuocatio vel limitatio intimari notificariq; debet: iuxta text. l. ſed & ſi pupillus. in. §. de quo. & in. §. proſcribere. ff. de inſti. alias excuſarent, ne remaneant decepti ex reuocatione, aut limitatione ſubſecuta abſque eorum culpa, ita notanter Paul. de Caſt. in d. conſi. cccxxxv. Et vltra pro intelligentia et declaratione illius not. §. proſcribere. vide Signorol. in conſil. lix. Ioan. de Ana. in conſi. xxv. & ibi cum ſcriptis ibidem in apoſtillis. Fely. omnino. in c. ex parte decani. colum. xiij. & xv. de reſcript. Guidonem Papę in q. ccxlij. & Areti. in l. j. colũ.

4 iiij. ff. ſi cert. pet. Hinc etiam eſt, ꝙ † licet dubitans & ignorans æquiparentur: hoc tamen, ſecundum Deci. hic poſt Bald. non habet locum in contrahente cum alio,

quia ſi dubitat, ſe informare & certificare debet,ſed ipſemet Deci.in l.quãdiu. col. j. C.qui admitti. dicit eam rationem locum quoque habere in ignorante, quia iſta l. a Bald.allegata dicit certum eſſe debere: ergo non excuſatur.ita ẽt prius voluit Lan, Deci,in l.j.colum.iij, C,de pac, referẽs ita velle Bal.in.§.perſonam. hic per Deci.,alleg.ſed male,quia contrariũ dicit, & prout hic refert Deci. Bald. errorem labitur per
5 regulam iſtam.Et inde etiam eſt, ꝙ †in dubio ille qui cum alio quid gerit, præſumitur ſcire qualitatem eius l.ſi patronus. cũ Bartol.ff.de confir.tuto,c.innotuit. cũ gl, de elect.& tradit Areti.in l.ij, in princi. in pen.colum,ff.ſolu.matri. dum ait,in dubio præſumi creditorem ſciuiſſe debitorem ſibi delegatum fuiſſe inopem, imputariq; ſibi ſi ante conditionem illius non explorauit,quoniam eum recipiendo vti idoneum approbaſſe videtur,per hanc legẽ:niſi probet creditor iuſtam eius ignorantiam, aut fuiſſe ſubductum perſuaſionibus principalis delegantis, qui aſſeruerit delegatũ debitorem idoneum eſſe:iuxta.§.abeſſe.l. inter cauſas.ff.man.& ſequitur Aquen, in l,
6 ij.C,de pac.dum inquit,ꝙ †ſi emptor hæreditatis non ſit ſoluendo, & creditor hæreditatis egerit contra eum, de rigore iuris non poterit ad venditorem redire : cũm in dubio facultates eius ſciuiſſe præſumatur cum quo contrahebat. & alias ſit eidẽ imputandum per iſtam regulam noſtram. Ex æquitate tamen per replicationem,ait,ſubueniri creditori ignoranti, ne debitor qui pecuniam accepit cum aliena iactura locupletetur. Et quod dictum eſt de recipien
7 te inopem debitorem delegatum,†idem eſt in admittente fideiuſſorem non idoneũ facultatibus.aut fori priuilegio,vt in ſuperioribus ſcripſi:& late tradit Alex. in conſil, lx.volu,v,niſi interuenerit dolus præſtantis fideiuſſorem qui affirmauerit, puta fideiuſſorem idoneũ,aut iuſtiſsima ignorantia recipientis,vt quia fideiuſſor communiter reputabatur idoneus;vt ibi per Alexã, de quo latius in limitationibus inferius
8 dicam, Hinc etiam eſt, ꝙ †accepians ciuilitatem in aliquo loco , ſe obligaſſe cenſetur omnibus oneribus ciuium illius loci, dato ꝙ onera illa ignoraret,quia ſibi imputet cur non perquiſierit & inueſtigauerit, vt hac lege & l.ſi duo.ff,de acquiren. hære.cum ibi not. per docto. & per Alexan, in conſi,ciij.viſis ſcriptis.colum, ij.lib. ij, Anchara.in conſi.viij.colum, fina. Barba, conſi,lxxiij.colum,pe.lib.iiij. Soci.conſil, xcvij.col. pe,& fi, volu.j.facit l. gaius. ff, de manumiſ. & l. cum quæritur, ff, de admini,tut, quæ omnia ſignanda ſunt ad d.l,
9 ſi duo. Dicimus etiam ꝙ†occidens bannitum,quando bannum viribus non ſubſiſtit:puniri debet ac ſi occidiſſet non bannitũ,quando noticiam habuit nullitatis bãni:ſi autem ignorauit talem nullitatẽ,tunc ſecundũ receptiorem ſententiam,non excuſatur quin ſaltem teneatur arbitrio iudicis. Quia ſi ille qui cum alio contrahit,non excuſatur ſi non eſt diligens in perquirendo & inueſtigando conditionem perſonæ illius, vt in regula noſtra.multo magis , qui alium propter aliquam illius conditionem occidit,certus eſſe debet de conditione ſuę perſonæ:vt per Bart.in l.fin. ff, de adulte, Alex.conſi.lxvij.colum.j.lib.iij, Paul. de Caſt.in cõſil,xxxiiij.licet iſta in antiquis, niſi iuſta excuſationis cã ſubeſſet. propterea concludit Paul.de Caſt, ibidem nõ puniri occidentem bannitum,qui habebat ſaluum conductum, de quo occidens ignorabat.Licet enim vbi maius eſt periculum , cautius ſit agẽ.c.vbi periculum. de elect, in vj.ei tamẽ non imputatur, ſi propter iuſtam cauſam aliter non inueſtigauit in pœnis infligendis,licet quo ad acquiſitionem ſibi fiendam imputari forſitan poſſet, vt hac regula,inquit Paul, Quæ tamen differentia non eſt bona: vt hic per Deci,& ex prędictis confunditur maxime ex notatis per Alexan.in præalleg.conſi.lx. & infra dicendis. Facit quod ſolemus dicere de contrahente cum aliquo,qui pro idoneo illum approbare videtur, & in culpa fuiſſe ſi diligenter de conditione illius non inueſtigauit,per hanc regulam. & prealleg.§.abeſſe, ideo audiri non debet inopiã,quę tempore contractus ſuberat, allegando vna cũ ignorantia talis inopię ac ſuſpitionis, & illius capturam petendo, niſi iuſtificet deteriorationem conditionis ſuperueniſſe poſt contractum: vt conſuluit late Alex. in conſil, xix.volu,iij,Niſi, ſubiungit,affirmatũ ſibi fuiſſet idoneum eſſe contrahentem contra veritatem:vel iuſtiſsima ſubeſſet ignorantia:vt per eundem Alex.conſi,lx.lib. v.& per ſubtilem Are.in princi.l,ij.colum.pen, ff.ſolut.matri.dum quærit,ſi tempore contractus erat quis ſuſpectus,verum cauſa ſuſpicionis ignorabatur ab eo qui ſecum cõtraxit, an poſsit poſtmodum iurari ſuſpectus,petique ꝙ detineatur? Bartol.in l.quę ſitum,ff,de pign, tenuit,ait, ꝙ ſic; id quod

concedi poteſt, dicit Aret. ſi ita erat cauſa occulta ꝙ etiã ab inquiſitore diligenti probabiliter ignorari potuiſſet: vt in ſimili dicitur in l. de ętate. in. §. ex cauſa. ff. de iterrog. actio. alias doctrina non videtur tuta, cum poſsit illi imputari ſi diligenter conditionem & qualitatem contrahentis ſecum non inueſtigauit, intelligereq; curauit. & vere cõfunditur ex præallega & dictis per omnes Moder. in princip. d. l. ij. ſolu. matri.

10 Hinc eſt etiam, † ꝙ per mortem vxoris abſque liberis maritus lucratur dotem, quãdo ſtatutum loci viri ita diſponit, quamuis mulier huiuſmodi ſtatutum dotis lucrandæ ignorauerit: quia ſibi imputatur ſi de hoc diligenter non perquiſiuit & explorauit, per hanc regulam: ita late Deci. in conſilio. xix. niſi excuſaretur ex probabili cauſa, vt quia ſibi dictum aut perſuaſum fuiſſet quod conciuis ſuus eſſet: vt ibi per Decium, per Aquen. & alios in l. cum quædam puella. in princip. ff. de iuriſdictio. omnium iudicum Moder. Tauriñ. in l. cunctos populos. colum. fina. chartę penulti. C. de ſumma trinita. & plene per Curtium iuniorẽ in l. exigere dotem. colũ. pen. ff. de iudic.

Ex prædictis colliguntur nonnullę li-
11 mit. ad hanc regulam. † In primis, ſi ignorãtia eſſet multũ probabilis & iuſta, excuſaretur contrahens, etiam quod aliter nõ inueſtigaſſet rei veritatem: vt per Alexand. in præallega. conſil. lx. & Paul. in conſi. xxxiiij. dum vult excuſari bannitum occidentem, licet haberet ſaluum cõductum, propter iuſtam ignorantiam: & per Areti. in princi. dicta l. ij. in penulti. colum. & eſt ad propoſitum text. not. in l. ſi quis patremfamil. ff. ad macedon. qui vult ceſſare macedonianum, vbi quis mutuauit filiofamil. qui ſic agebat, ſic contrahebat, ſic muneribus publice vti paterfamil. fungebatur. De quo vide quæ ſcripſit Anchara. in conſilio. xlix. & lxiij. Paul. de Caſtro in conſilio clxxiiij. colum. fina. in antiquis. Alexand. conſilio cxx. colum. ij. & clxij. colum. v. Iaſo. in l. eſt receptum. colum. fi. ff. de iuriſdict. omnium iudic. & Deci. in l. ſi emancipati. colum. ſecunda. C. de colla. & hanc limitationem poſuit hæc gloſ. dum ait, quem excuſari propter communem errorem. l. barbarius. cum ibi not. ff. de offic. præto.

12 Secundo limita † niſi interuenerit dolus contrahentis, & deceptiua perſuaſio: vt ꝑ Alexan. in præalleg. conſil. lx. Deci. conſil. xix. & Aquen. alioſque in d. l. cum quędam puella.

13 Tertio limita † niſi in caſu poſito per Aquẽ. i l. ij. C. de pact. et retuli ſupra. nu. 6.

14 Quarto limita in † hærede contrahente cum legatarijs per aditionem hæreditatis, quia non ſponte contrahit. Hanc lim. ſubiũxit hic iuriſconſultus, quaſi ceſſet ratio a iure aduerſus contrahentem conſiderata.

15 Facit, † quia & ſi non ſuccuratur ei qui ſe in neceſsitatem coniecit, ſuccurritur tamẽ ei quem coegit neceſsitas. l. ſi fideiuſſor. in. §. ſi neceſſaria. cũ ibi not. ff. qui ſatiſd. cogan. quia neceſsitas non habet legem: vt in l. j. ff. de offi. conſul. Barb. late in cap. quanto. colum v. de conſuet. Sed eſt difficultas caſum ponere in quo poſsit exemplificari hęc limitatio. glo. noſtra exemplificat in hærede perſoluente legatum pupillo, qui liberatur etiam ꝙ non inueſtigauerit cuius ætatis eſſet. Sed Bar. reprobat: & eſt hercle contra caſum l. pupillo ſolui. ff. de ſolu. Itẽ in hęrede perſoluente militat ratio iuriſconſ. hic, quia debuit inquirere, videre, & explorare, cuius qualitatis & conditionis eſſet ille, cui ſoluebat: quod ſi non fecerit, eſt quod merito poſsit eidem imputari, tanquam ſi pecuniam in mare proieciſſet: ergo militabit etiam regula legis noſtrę. Et iſte quaſi contractus qui celebratur inter hæredem & legatarium, iuxta hunc text. cauſatur per ſimplicem aditionem hæreditatis ex iuris diſpoſitione, licet nullum negotium cum defuncto vel cum hærede legatarius geſſerit. l. apud iulianũ. §. fi. cũ lege ſeq. ff. quib. ex cau. in poſ. eat. & §. hęres quoq;. inſtit. de oblig. quæ ex quaſi cõtra. ita ꝙ mirum nõ eſt, ſi eidẽ, vt hic ait iuriſcõſultus, nõ imputat, ſi de cõditione legatariorũ ſe nõ certificauit, cũ nullũ negotium ꝓprie cũ illis geſſerit, ſed in conſequentiã, media hęreditatis aditione. per. §. fina. d. l. apud iulianã. ſed nihil eſt: & ibi verbũ nullũ de exploratione cõditionis ſecũ cõtrahentis. Tandẽ glo. poſuit aliud exẽplum ibi. poteſt ẽt elegãtiſsime poni. Sed nõ procedit, quia hic dr̃ imputari non exquirenti qualitatẽ & cõditionem ſecum contrahentis, pręterquam in hærede cum legatarijs contrahente, quia non ſponte contrahit in caſu & exemplo glo. non agitur de aliqua qualitate & conditione ſecum contrahentis exploranda, ſed de re debita vel ꝓmiſſa. Vnde conſiderabam poſſe exemplificari, quando quis prohiberetur ſub pœna cũ bannito cõtrahere, ꝙ licet eſſet factũ lega-

tum bannito, & ex poſt hæres adiret hæreditatem, ſicque cum legatario contraheret qui reperitur bannitus, quia non ſponte cõtrahit, excuſatur, ſibique, vt hic dicit iuriſconſultus, imputari nihil poteſt. Et locum ſibi vendicat prædicta limitatio, quæ de legatarijs loquitur, etiam reſpectu creditorũ: vt hic per Deci. in ver. quantum tamen ad iſtam regulam. Quod mihi non placet: quia & ſi nihil ei poſsit ex ſua perſona imputari per rationem tex. noſtri, imputari tamen poteſt ratione obligationis per defunctum contractæ, quæ ex perſona ſucceſſoris imputari non debet .l.ij.§.ex his. ff. de verb. oblig. cuius quidem defuncti perſonã repręſentat hæres. §.j. in auct. de iureiuran. a mor. pręſt. niſi caſum poneres in obligatione contracta cum eo, qui ex poſt bannitus fuit, cum quo per aditionem hæreditatis hæres, vt prædixi, contraheret: tunc. n. nec ex perſona defuncti, neque ex propria, cum ſponte non contrahat, imputari ſibi põt.

16 Ex quibus videtur poſſe colligi † ꝙ diſpoſitio loquens de contractu, non habet locum in quaſi contractu, niſi eadem omnino militaret ratio: vt hic per Deci. & latius Iaſ. in l. more. colum. iiij. ff. de acqui. hære. & in l. ſiue apud acta. colum. ij. C. de tranſac. Roma. in conſi. cclxxx. Commen. conſil. clxxvj. Areti. conſi. liiij. Deci. in c. qua fronte. colum. ij. de appell. vbi etiam tangunt quid de remiſsione, liberatione, & diſtractu, & an ſtatutum loquens de contractu locum habeat in diſtractu.

17 Quinto limita iſtam regulam † non procedere in mulieribus, vt videtur probari. in l. fin. ff. qui pet. tut. dum ait, ꝙ inquirere de conditione hominis potius eſt virile officium, ꝗ fœmineũ. Sed mod. Pap. in l. exigere dotem. colum. pe. ff. de iudi. hanc lim. periculoſam putant, quia mulier non excuſatur a iuris ignorantia, niſi in caſibus a iure exprę ſsis. l. fina. ff. de iur. & facti ignor. ideo non excuſantur ab ignorantia iuris notorij poſiti in d. l. exigere. ꝙ in dote reſtituenda attendatur domicilium mariti, eiq; ſit imputandum ſi non inueſtigauit ſcire & intelligere, quid in hac materia diſponerẽt ſtatuta loci mariti. Et iſta eſt communis, receptaque a doctoribus ſententia vt in ſuperioribus probaui. Corrobora ponderando verba regulæ dicentis, qui cum alio, quæ tam maſculum ꝗ fœminam complectunt, maxime in materia indifferenti. l. j. cum ibi not. ff. titu. proximo. l. ait diuus. ff. de iure fiſ. tradit Deci. in l. fœminę. colum. pręantepe. ſupra eo. titu. & ad. §. fi. d. l. vltimę. ff. qui pet. tut. licet præfati Mod. non reſpõ. dic. ꝙ nihil facit, quia loquitur in accuſatione ſuſpecti tutoris, ad quod agendũ fœminę non aſtringuntur, quæ ſecundum iuris regulas ab huiuſmodi officijs & iudicijs exercendis remoræ ſunt. d. l. fœminę.

18 Reſtringe tamen, & ſublimita † prædicta: vt notanter per Curt. Iuniorem in conſil. lix. colum. fi. dum concludit, ꝙ licet nõ inueſtigauerit an bona viri, cum quo contrahebat, eſſent fideicom. ſubiecta vel ne, in caſum reſtit. dotis. poteſt manum ponere ad bona fideicom. ſubiecta pro conſecutione reſtitutionis ſuæ dotis, quando alia bona non ſufficiunt, non obſtante hac noſtra regula, rationibus ibi per eum adductis, & per Crot in rep. §. diui. in viij. q. co. ij. illius quæſtionis.

Secundo not. ex text. ibi vel eſſe debet.

19 ꝙ † paria ſunt eſſe vel eſſe debere. Intellige ſecundum ſubiectam materiam quantũ ad imputandum alicui, qui de conditione vel qualitate aliqua ſecum contrahẽtis certus eſſe debebat. quædam ſimilia congerit Deci. hic. & in l. quod te. in iiij. not. ff. ſi cert. peta. & in l. quandiu. la. j. C. qui admitti. & Iaſ. in l. ſi per errorem in ij. not. ff. de iuriſdi. omn. iudi. De eſſe autem ad poſsibile non tenet arg. vt enim dicunt etiã Theologi, multa ſunt, quę de ſic eſſe ſunt hęretica, quorum oppoſitum de poſsibili eſſet hęreticum. ſicuti dicere patrem incarnatum de ſic eſſe, hęreticum eſt. patrem autẽ poſſe incarnari non ſolum non eſt hæreticum, ſed eius oppoſitum hęreticum eſſet: vt per Io. Picum in ſua Apologia in prin. vj. q. & in ix. q. vbi tamen potentia reducenda eſt ad actum illud, quod eſt in potentia ponitur ꝑ actum, perindeque ac ſi eſſet in actu: vt declarat Nicol. de Lyra. Ioannis cap. xj. ſuper eo loco: vt filios dei qui erant diſperſi congregaret in vnum. loquitur enim etiam de gentilibus, nec erãt adhuc filij dei actu, ſed in potentia ad actum reducenda, quia erant pręde ſtinati, ſecundum Nicol. de Lyra, ſuper illo euangelio, quod dici & recitari ſolet in ſexta feria poſt dominicam de Paſsione.

20 Tertio nota, † ꝙ non dicitur ſponte contrahere & ſe obligare, qui ex quaſi contractu per interprętationem iuris obligatur: vt hic per Deci. & ratio poſſet aſsignari, quia ipſe proprie nullum negotium cũ legatarijs vel creditoribus hęreditarijs geſſit. §. hęres. inſtitu. de obliga. quæ ex quaſi

contra.

contractu,ſed a lege in tales obligationes conijcitur. Et ſecundum Deci.hic cõtra
21 Ancha.factum † ſponte dicitur etiã illud, quod eſt factum ad petitionẽ alicuius, per text.l. ij.C.de pact.vbi Deci.met in nota. idem repetit. Quod confirmari poteſt per hunc tex.volentem non poſſe dici illũ ſpõte facere,quem lex cogit & arctat: qui ergo non eſt arctatus licet requiſitus poteſt dici ſponte facere,Secundum tñ grammaticos & oratores ſponte fieri dicitur, quod fit ſine requiſitione, vt ſponte equum tibi donaui,id eſt non requiſitus:& ſic videtur idem importare quod motu proprio. De
22 quo vnum notabis, ꝙ † clauſula motus proprij,ſuos operatur effectus,etiam ſi cõceſsio emanauerit ad ſupplicationẽ alicuius:vt quia dicatur talis nobis ſupplicauit vt exceptionis priuilegium ei concederemus, cui id etiam motu proprio concedimus:ita Bal.in c.niſi,col.j.de offi.leg. Ex quo non eſt nouum ꝙ in mente concedentis cadant duo motiua: & in dictis verbis non eſt repugnantia.quod diligenter dicit eſſe not.Pariſi.in c.accedentes,circa fi. de præſcri. Gloſſator hic nimium prolixus & verboſus fuit cum exigua vtilitate & magna ineptitudine:ideo non inſiſto.

SVMMARIVM.

1 *Exceptione doli repellitur ille, cui voluntas teſtatoris refragatur.*
2 *Exceptionis doli ſunt quinque ſpecies.*
3 *Propter dubium competentis exceptionis vtile eſt opponere exceptionem generalem doli.*

§. NON ſolet doli exceptio nocere his,quibus voluntas teſtatoris non refragatur.

Svmitvr ex l. pure. in princi.ff.de exce.doli.& l.apud celſum.in.§.præterea.&.§.ſi quis ex vncia.eo.ti.vbi gl.ad hanc regulam ponit exemplum in caſu ipſius.§.
1 præterea.Quando autem† voluntas teſtatoris refragatur tunc nocet doli exceptio. l.fin.§.auus.vbi pulchrum ponitur exemplum,de exceptio.doli.Deci. hic alia duo exempla ponit.alia addi poſſent,ſed prędicta ſufficiunt. Et generaliter,inquit Deci. repellitur exceptione doli.qui debitum petit,quod exceptione aliqua elidi poteſt.l. ij.§.& generaliter.ff.de exceptio.doli.vide plenius practicum Papien. in forma libel.reſponſionis rei conuenti. in gloſ.doli
2 exceptione. vbi declarat † quinque ſpecies exceptionis doli. quarum vltima eſt iſta quæ datur in locum cuiuſcunque alterius exceptionis, & pro quacunque exceptione.d.§.& generaliter.& l.ſi ex cautione.cum gloſ C.de non nume.pecu. Et exi-
3 ſtente† dubio de certa ſpecie exceptionis, dat conſilium,ꝙ opponatur generalis hęc exceptio doli,quę pro omnibus ſufficit.& in proceſſu liquidetur certa ſpecies exceptionis,ſolutionis,exempli gratia,vel pacti de non petendo, aut iuriſiurandi, ſeu præſcriptionis,vel ſimilium. Tandem ſi dicas quomodo facit ad propoſitum hic noſter.§.in præſenti materia, & lege? reſponde dictum fuiſſe ſupra in regula illi imputari qui de conditione & qualitate ſecum contrahentis non inueſtigauit, ſicque obeſſe illi generalem doli exceptionem. ſecus quando nihil poteſt imputari, prout in hærede, qui ſponte non contraxit cum legatarijs: continuando & ſeu ſubordinando materiam ſubiungit iuriſconſultus doli exceptionem pariter nõ obeſſe illis quibus non refragatur teſtatoris voluntas: ſecus quando refragatur.

SVMMARIVM.

1 *Libertatis cauſa ſemper & vbique præcipua fuit. & largo modo dicitur pia cauſa.nu.2.*
3 *Eadem determinatio duo determinabilia diuerſimode determinat in libertate.*
4 *Dictio,intra,quid ſignificet.*

L. XX. Pomponius.

QVOTIENS DVbia eſt interpretatio libertatis, ſecundũ libertatẽ reſpondendũ erit.

Svmpta fuit præſens regula ex.ll. per gl.alleg.necnon ex l.inter pares.ff.de re iudi.cũ ſi. vt enim ait gl.infinita exẽpla
1 poni poſſunt:cũ † libertatis cauſa.ſemp & vbiq; ꝑcipua fuerit, vt de cã dotis dr in l. j.ff.ſo.ma. adeo ꝙ cauſa libertatis dr pia, fauorabilis, & publica. Vñ libertati magis ꝗ̃ reo fauẽdũ eſt.vt hic p Dec.materia eſt

vulgaris, & cunctis obuia, idcirco plura non inculcabimus.

2 Not. tamen ꝙ † cauſa libertatis dicitur pia largo modo, non proprie: cum non reſpiciat animam. ideo diſpoſita in cauſa libertatis locum habent etiam in cauſa pia, ſed non econtrario: quia eſſet arguere de minori ad maius, quod non licet. vt poſt alios nouiſsime tradit Deci. in l. captatorias. col. fi. C. de teſtamē. mil. Signabitis etiam elegantem tex. alleg. per glo. in l. ſi ita ſcriptum fuerit. ff. de man. teſta. probā-

3 tem, ꝙ † eadem determinatio duo determinabilia diuerſimode determinat, quando in illis eſt diuerſa ratio: prout ibi in libertate reſpectu alterius legati: vt per Soci. in conſi. v. col. fi. lib. iiij. vbi poſt Benedic. de Plumb. not. ex illo text. ꝙ quando vnum ex ſpeciali priuilegio cōtinet maiorem fauorem, non fit æqualis determinatio.

Eſt etiam no. tex. alle. per glo. in l. ſi ita fuerit libertas relicta. in. §. fi. de man. teſta. ꝙ alicui relicta libertas intra annum, poſt mortem teſtatoris ſtatim competit, hocq; fauore libertatis, non ex natura illius di-

4 ctionis, † intra: cum regula ſit, ꝙ qui intra certum tempus quid facere tenetur, licite facit etiam ſi vltima die determinati temporis id egerit. caſus eſt no. in l. ſi quis ſic dixerit. ſupra titu. præcedenti. & conſuluit Ro. in conſi. cxxj. ſuper iſto.

SVMMARIVM.

1 *Qui poteſt aliquē occidere, a fortiori vulnerari, & contumelijs afficere poterit.* Et *quid in bannito mortuo. nu.* 2

3 *Si vinco vincentē te, a fortiori vinco te. limita nu.* 14.

4 *Pater propter famem poteſt vēdere filium, a fortiori pignorare eum.*

L. ij. C. de patri. qui fili. diſtra. quomodo intelligatur.

5 *Mulier bannita licet poßit occidi, non tamen adulterari.*

6 *Epiſcopus, qui ſub pœna ludum prohibuit, ſi ludit, non incidit in pœnam.*

7 *Argumen. a maioritate rationis valet. limita nu.* 7. 8. 9. 10. 11.

§. latrunculator. lege ſolemnus. ff. de iudic. ornatur.

L. XXI. Vlpianus.

NON debet cui, quod plus eſt, licet quod minus eſt non licere.

ISTA regula eſt clara: ſumiq; potuit ex iuribus per gl. alleg. & ex l. in actionibus. in. §. j. vbi Iaſ. in ij. not. ponit. ff. de in litem iur. & ex. §. ſed qui. l. nec in ea. ff. de adulter. cum multis ſimilibus. hæc regula eſt etiam poſita in c. cui licet. in regul. iur.

1 in vj. Infertur ex hac regula, † ꝙ qui poteſt aliquē occidere, fortius ſeu multo magis poterit illum vulnerare, & cōtumelijs afficere. d. l. nec in ea. ſecundum Deci. hic & Alexan. in conſi. xxiiij. circa fi. vbi caſum vulneris, ſub caſu mortis etiam in ſtatutis dicit comprehēdi. & latius tradit Iaſ. in l. in actionibus. col. iij. ff. de in litem iuran. & in l. in ſuis. no. iiij. & vlt. ff. de libe. & poſthu. per iura prædicta. Quod intelli-

2 ge † de bannito viuente qui ſi poteſt offendi in perſona magis in bonis: ibi per Iaſon. ſed quando eſſet mortuus dixerunt aliqui, ꝙ licet ex forma ſtatuti bannitus impune offendi poſsit, licitum tamen non eſſe poſtquam eſt occiſus, auferre ſibi veſtes vel pecuniam, quia talis offenſa non fieret bannito, cum bannum morte finiatur, ſed fieret hæredibus, aut ſuper re non hæreditaria hæreditate iacente. l. fin. ff. de crim. expil. hære. Intelligendo quando id fieret ex interuallo & poſtquam occidens diuertiſſet ad extraneos actus: ſecus ſi eodem momento & contextu: quia ea quæ incontinenti fiunt, cenſentur ineſſe. l. lecta. verſicu. dicebam. ff. ſi cer. peta. Et ex quo licebat occidere multo magis depredari. & pariter cum viuentem realiter & perſonaliter offendere fortius mortuum, incontinenti ſcilicet per prędicta. & ita cōſuluit Paul. de Caſt. in conſi. xxxix. ſuper primo circa fi. in antiquis. Infertur etiā ad tres nota. deciſiones per glo. in d. c. cui licet. & ad aliam per Ioan. And. poſt Ioan. Mona. ibi de caſu. §. is qui exequitur. inſti. mand. Et iterum ad aliam illius vulgatiſsimi di-

3 cti † ſi vinco vincentem te multo fortius vinco te. l. de acceſsionibus. ff. de diuer. & tempo. præſcrip. c. auctoritate martini. de conceſſ. præben. in vj. de quo infra latius dicetur. Infertur etiam ſecundum Deci.

4 † ꝙ ſicuti propter famem pater poteſt vēdere filium, l. ij. C. de pat. qui fil. diſtra. fortius pignorare. p regulā iſtā, ſcdm glo. Bal.

& Salv.ibi quicquid dicat Iaſ.in dicta l.in ſuis. in quarto not. allegans ad baliſtam gloſ. dicta l.ij. quæ, vt retuli, contrarium eius quod ipſe refert voluit. Si tamē pater ad pinguiorem deuenerit fortunam poteſt filius contra eum agere vt ipſum redimat & liberet: vt per Felyn. in c. cum dilecta.colum.pe.de reſcrip.& Mod.Bonon. in l.etiam ſi redhibitus. colum. fina. ff. de quęſtio.faciunt not.per Ioan.de Ana. in c. iij.col.ij.de furt. & dicunt prædicti Mod. in ſuo not.cj.ꝙ illa.l.ij. locum nō habet in filio clerico,nec filius in caſibus prædictis efficitur ſeruus:vt per Pau.de Caſt.i d.l.ij.

5 Infertur pariter ex præmiſsis, ꝙ† ſi ex forma ſtatuti mulier bannita poſsit occidi poterit etiam adulterari:cum maius ſit homicidium ꝙ̄ adulteriū, ſecundū Nellum in tract.bannitorū. Dec.hic ſe remittit ad dicta per eū in c.q̄ in eccleſiarū.co.vij.de cō ſtit.vbi contrarium firmat,quia adulterare eſt contra pręceptū diuinum:non mechaberis,quod non reperitur limitatū aliquo caſu,ſicuti de illo non occides. Nec obſt. ꝙ homicidium ſit maius delictum, ꝙ̄ adulterium:quia eſt diuerſæ ſpeciei,quo caſu ſub eo quod plus eſt, non continetur minus, ſecundum Deci.poſt Diuum.de quo etiam infra dicemus. Facit pariter hæc regula

6 ad quęſtionem de†epiſcopo faciente contra ſtatutum ſuum.exempli gratia. infligentem excommunicationem ludentibus ad azarrum,ꝙ non incidat in eius pœnam: cū poſsit illud in totum tollere. ergo & multo magis in parte: vt late per Ioan. And. in dicta regula,cui licet. in mercurialibus.

Septem lim.ad iſtam regulam ordinauit hic Deci.ex dictis per gl.& doct. prealle.

7 Circa primam†ꝙ in materia correctoria non valeat arg.a maioritate rationis. vide late Iaſo.pluribus modis limitantē. in auten. quas actiones colum.vj. cum duabus ſeq.C.de ſacroſan.eccle.& in l. ſi conſtante.colum. xiij.ff.ſolu.matri. Circa ſecun

8 dam lim.quando†plus & minus ſunt diuerſæ ſpeciei:iuxta.§.latrūculator.l. ſolemus. ff.de iud. vbi latrunculator hominem occidere poteſt, & tamen de cauſa pecuniaria non cognoſcit.vnde ſi fuerit alicui conceſſum merū imperium,non videtur conceſſa cognitio cauſarum ciuilium,ſed potius denegata: cum ſint ſpecies diſtinctæ: vt ibi contrarium tenet ipſe Deci. aliquibus medijs reſpondendo ad.§.latrūculator: vt per eum:qui tamē in c.cum in cunctis. in prin. in vlt.col.de elect.& in c. quæ in eccleſiarum.colum.vij.ſequutus eſt lim.iſtam.Sed non eſt tenenda,& melius ſenſit Deci. hic, quia talis limitatio & reſtrictio eſt contra generalitatem regulæ noſtræ,& contra ea quæ in ſuperioribus dicta ſunt, ꝙ permiſſa offenſione in perſona, cenſetur etiam permiſſa in bonis.& tamen eſt diuerſę ſpeciei, confunditurque per exempla & deciſiones de quibus ſupra quæ a doctoribus communiter approbantur. Nec eſt verū ꝙ Dynus id dixerit in pręalle.regula cui licet, vt refert Deci. bene tamen id ſcribit in c. plus ſemper.eo.tit.de regu.iur. & ſequitur Philip.Fran.ſed male per prædicta.ideo correctius in hoc loquebatur poſt Ioan. And. Are.ad fi.l.ij.de leg.j.id facere arg. proba-

9 bile non neceſſariū. De qua†tertia lim. per.§.latrunculator.vide tu pulchre Bald. & Phil.Fran.in d.c.cui licet.qui dicūt hāc regulam locū non habere, quando diſcretę ſunt poteſtates ſecundum ſuperius & inferius,ſecundum plus & minus: vt not.ff.de iur.om.iud.in l.ſi idem. Vel ſecundum q̄n: vt ff.de verbo.obli.l.ſtipulatio iſta.§.inter cætera.& l.ſed ſi ante.ff.ad treb.Vel ſecūdum aliud ad aliud, ſeu quando obligatio contracta eſt ad aliquid in ſua qualitate determinatum:vt not. in l.cum quid.ff. ſi certum pet.Non igitur mirum ſi in.§.latrunculator.de cauſis pecuniarijs ille ſe intromittere non poterat:quia alteri id erat conceſſum. Et de intellectu.§.latrunculator. cum materia vltra prædicta. vide Pau. de Caſt. in l.quicunque.colum.fin.C.de ſer. fug. in l.quotiens,colum.fi. C. de iudi.& in l.cum vendente.C. vbi cauſæ fiſ. Fulg. in conſil. clxij. Corn.in conſil. viij.in quarto dubio in iij.volu.Fely.in c. cum oporteat.col. fi. de accuſa.in c.cum ordinem.colum.iiij. & v.de reſcrip.& Deci.in c.cum ab homine. colum.ij.de iudi.

10 Quarta limitatio † vt non procedat in materia diſpenſationis, in qua non fit extenſio etiam ad caſum habentem maiorem rationem: reprobatur hic per Deci. & in conſi.lxxvj.col.fi. & latius in c. at ſi clerici.in.§.de adulterijs.col.vj.& vij. de iudi.& in c. quia in &c. de præben. vbi late hunc articulum diſputat.& in c.cum in cūctis.colū.iij.& iiij. de electio. Quinta li

11 mitatio† de mandato, cuius fines diligenter ſunt ſeruandi,ideo non valet arg. a maiori.c.cui de non ſacerdotali,de præben.in vj.l.diligenter.ff man. idem tenet Deci. in d.c.cum in cunctis.in prin. in vltima col. de elec. & latius in c.conſtitutus,colum.ij.

vbi limitat,de reſcrip. tradunt omnes Moder. in l.j.in.§.ſi ſtipulanti.ff.de verborũ oblig.vbi Lance.Galiaula in ſexta limitatione:ponit not.diſtinctionem pro intelligentia præallegatorum iurium, Præterea vide Au Gel.in noc.atti.c.xiij.li.j.Signo. in conſi.xvij.Barb.in rub.C.qui admitti. col.lxiiij.verſi.nec obſtat ille tex.& in cõſi.vij in quinto dubio.libri tertij.Felyn.in c.cum dilecta.de reſcrip.Rimi.&' Aquen. in l.j.ff.de iuriſdi. omni.iudi.Deci.conſil. ccccxciij.et Iaſ.in conſi.ccij.col.pe.lib.ij. & Moder.Aſten.in tract. de forma in plu-

12 ribus locis. Sexta limitatio † eſt in decreto,per l.ſi pupillorum.in.§.ſi prętor.ff. de rebus eorum. vbi licentia data a prætore de vendendo rem minoris,non operatur vt poſsit obligari, vel pignorari.ſequunt Roma.& Alex.Iaſo.autem in l.in actionibus.col.iiij.ff.de in litem iur.dubitat, ſed in d.l.in ſuis.col.iiij.ff.de liber.& poſthu. improbat, dicens ſe credere limit.non eſſe bonam,per tex.l.ij.cum gl.C.de patre qui fil.diſtrax.qui probat totum contrarium. vt ſupra in illationibus dixi. Septima &

13 vltima limitatio † quando non eſt eadẽ ratio in eo quod eſt minus:vt hic per ipſum Deci. & per eundem in l.j.col.fin.C.vnde legit.& in c.apoſtolicæ.col.ij.de excepti. Aret.in conſi.clxiij.col.iij.& ad propoſitum.vide not.Roma.in conſi.ccccxxxvj. in præſenti.ad fin.vbi ſcribit regulã illam

14 † ſi vinco vincentẽ te,non procedere vbi virtus,quæ eſt in vincente, non concurrit in vincendo illum,quem tu vincis: vt probatur.C.de natu.lib.in auct. licet.cum no. per Cyn.& in l.claudius fœlix. qui pot.in pig.habe.exemplificando, vt ibi pulchre per eum,adducentem etiam text.not.in c. ſi.cum glo. in verb.parem,de transla.præla.volentem regulam legis noſtræ non habere locum,neque procedere,vbi ea ratio, per quam mihi licet quod eſt plus, in hoc non concurrit,quod mihi licere debeat qđ eſt minus. Et ſub hac limit. comprehendi poſſunt aliqui caſus, quos contra regulam poſuit Dy.in d.c.cui licet.& prius.gl. hic eſt valde not.Sunt etiam iungenda quę dicam poſt Deci.infra in regula,in eo.

SVMMARIVM.

1 *Seruus de iure naturali obligatur.limita nu.2.& 4.*

3 *Lex habet poteſtatem ſuper obligatione ciuili & naturali.*

5 *Monachus et naturaliter non obligatur.*

6 *Argu. de monacho ad filium vel ſeruum quomodo procedat.*

7 *Seruus obligatur in maleficijs,vel quaſi.*

L. XXII. Vulpianus.

In perſonam ſeruilem nulla cadit obligatio.

Est clara & ſumitur ex.ll.per gl.allegatis. Et licet loquatur multum generaliter,recipit tamen plures reſtrictiones,&

1 limitationes.Nam † de ciuili obligatione intelligitur,& ſecus eſt in naturali.l.ſerui. ff de actio.& obli.l.naturaliter.ff.de condi.indeb.vbi per ſcribentes & l.quod attinet.infra eod.vbi iuriſconſul.rationẽ aſsignat.quod attinet, inquiens, ad ius ciuile ſerui pro nullis habentur. non tamen iure naturali, quia, ꝙ ad ius naturale attinet, omnes homines ęquales ſunt.nimirũ ergo ſi naturaliter obligãtur. Et ſi dicas quomodo naturalis obligatio in ſeruum cadere poteſt, cum ſit de iuregentium quo iure ſtatus ſeruorũ annihilatus eſt,reſpõ. prout eleganter per Bar.& Iaſ.in l.ſi ad quod.ff.

2 de conditio.indeb. Intellige † obligari ſeruum naturaliter etiam quando promittit ex cauſa fideiuſsionis, ſecundum Deci. hic,contra glo.Bar.& Pau.de Ca.quia cõſentit, ideo ipſe naturaliter obligatur.d.l. naturaliter,non autem dominus.ita procędant ſecundum eum iura quæ ad oppo.allegantur.Quę conſideratio eſt contra tex. l.ſed ſi ſerui.ff.de fideiuſſo.ibi,cum ſeruus fideiuſsionis nomine obligari non poſsit. loquitur enim reſpectu ſerui non reſpectu domini:vt ſentit Deci.& not. ibi Imol.dicens,ꝙ licet propter conſenſum naturaliter obligetur.fallit quando lex prout in ca

3 ſu iſto reſiſtit. Ex quo colligit ipſe,ꝙ † lex ne dum habet poteſtatem ſuper obligatione ciuili,ſed etiam ſuper naturali.ad idem. l.ſi non ſortem.in prin.ff.de condi. indeb. & late Soc.in l.frater a fratre.col. viij.eo. titu. vbi hanc concluſionem reſtringit ad naturalem, quæ oritur ex iuregentium ſecundario: ſecus in ea naturali quæ oritur ex iuregentium primæuo,licet dubitet, & bene,cum talis diſtinctio ſit contra tex.d. l.ſed ſi ſerui. in ſui generalitate & contra alia de quibus ſupra. Secundo intellige

vt per Barto.in l.frater a fratre, col.xiiij.
4 verſicu.& hæc procedunt, dum ait † dominum ſeruo naturaliter ex contractu mutui reſpectu ipſius ſerui obligari non poſſe,ſed bene obligari reſpectu creditoris peculij,quamuis dominus obligetur naturaliter ſeruo per promiſsionem aliquam ex æquitate iuriſgentium quæ dictat fidem ſeruari debere.l.prima.ſuprà de pact. quæ æquitas fuit ante quàm conſtitutio iuriſgentium eſſet,per quod fuit introducta ſer
5 uitus. Quid † autem in monaco vtrum naturaliter obligetur? videbatur quòd ſic, cum ęquipararetur ſeruo. Contrarium eſt verius ſecundum Hoſtien. & Abba. quos refert & ſequitur Iaſo.in dicta l.naturaliter. deficiente in eo conſenſu,cum non habeat velle aut nolle.c.ſi religioſus. de electi. in
6 ſexto. Et de illa † ęquiparatione monachi ad ſeruum, vel ad filium quomodo procedat: vide Bald.in l.prima.in decimo capite.C.qui admit.omnes ſcribentes in l.prima. in.§.item acquirimus. & in.§.per ſeruum.ff.de acquiren.poſſeſ.& in l.cum fundus.in.§.primo.ff.ſi certum peta.per Alexan. in l.j.colum.vj. vbi Socin.xxxv.in verſicu. circa ſecundum.ff.de vulga. vbi poſt Bart. late probat monachalem ſubiectionem eſſe magis ſimilem conditioni filiali,quàm ſeruili. tradit etiã D.Paul.Pariſius in repetione.c.in præſentia,charta penult. de probatio. An autem & quando in iudicio eſſe poſsit,ponit Deci.in c.j.colum.j. de appellatio.& latius Fely.in c.cum dilecta.in vj.charta.de reſcri. Secundo prin
7 cipaliter † non procedit hæc regula in maleficijs vel quaſi,in quibus ſeruus obligatur tam ciuiliter quàm criminaliter: vt hic per gloſ.& Deci.per text.l.ſerui.ff.de actio.& obli.& in l.hos. in.§.oĩbus.ff.de accuſat.ẽt quòd mandato dñi deliquiſſet, vt ſuper iiij.regula in ſuperioribus ſcripſi.

SVMMARIVM.

1 *Collatum in arbitrium domini vel procuratoris, quòd in dubio boni viri arbitrio intelligitur, limita nu. 2*

3 *Arbitrium boni viri quomodo intelligatur. & duplex eſt nu. 4.*

4 *An hæc regula procedat in iudicijs ſtricti iuris. Et quòd ſic.*

5 *Comparatiuum præſupponit poſitiuum.*

§. GENERALITER probandum eſt, vbicunque in bonęfidei iudiciis confertur in arbitrium domini vel procuratoris eius conditio: pro boni viri arbitrio hoc habendum eſt.

SVMITVR ex.ll.in gloſ.allega.vbi exempla ponuntur.
1 No.† quòd collatum in arbitrium dñi vel procuratoris eius,in iudicijs bonæ fidei collatum intelligit̃ in arbitriũ boni viri. qd clarius declarat̃ in l.ſi in lege.ff.loca. Plus dico,quòd ſi teſtator mãdet alicui plus dari,nec ponat verba ſapientia liberam voluntatẽ vel arbitrium boni viri,in dubio intelligitur de arbitrio boni viri.tex.eſt ſolẽnis et not.ſecundum Bar.ibi in.§.pater.l.cum filius.ff.de leg.ij.dixerat enim ibi teſtator, tali plus tribuas in honorem nominis mei: & non dixit quantũ volueris vel putaueris,vel quantum arbitratus fueris vel ſimilia:& tñ ad arbitrium boni viri refert̃. In
2 tellige prædicta,† niſi diceret̃ expreſſe de libero arbitrio, vel ad eũ referrent̃ verba qui alias habuiſſet arbitriũ boni viri: vt hic per Deci. tãdem dicentẽ arbitriũ boni
3 viri illud intelligi,† quod in ſuis rebus quis faceret,vel quod vellet ſibi fieri. Multa diſci poſſent de quibus per ſcribẽtes i l.ſi quis arbitratu.ff.de ver.ob.in l.j.ff.de leg.ij.& per Firmia.in ſuo reper.in verbo arbitriũ: vbi ponit alia quæ hic ſcribit Deci.quem vide etiam in propoſito in l. contractus. col.pe.ad fi.iiij.not.infra eod.& Imol. pulchre in l.ſi.ff.de præto.ſtip.

Sed pro declaratione text.loquentis in
4 iudicijs bonæ fidei quæro,† quid in contractibus & iudicijs ſtricti iuris, eſt enim duplex arbitrium ſimplex.ſ.& boni viri. l.ſocietatem.§.arbitrorũ.ff.pro ſoc. vt dicit Soc.in d.l.ſi quis arbitratu.col.pe.Hęc regula in dictis verbis bonę fidei.innuit a cõtrario ſenſu,ſecus eſſe ſi ſint ſtricti iuris. facit ẽt.d.l.j.de leg.ij.volens in teſtis arbitrium intelligi de arbitrio boni viri: aliud ergo in contractibus.& iſtã opi.licet non adducat prædicta iura,tenet Raph. Cõ.in d.l.ſi quis arbitratu,eo quia in cõtractibus bonæ fidei æquitas dictat omnia venire quæ nec dicta ſunt, nec cogitata.l.ſi.ff. de condi.ob turpem cau.l.ij.ff.de condi.ſine cauſa. Et illa æquitas quæ iudicis officium parit. lege quod ſi epheſi.ff. de eo quod

certo loco.quo quidem officio petitur reductio ad arbitrium boni viri : ſed in contractibus ſtricti iuris ſecus eſt : quia ſi inique arbitretur aſſumptus arbitrator, huiuſmodi reductio locum non habet, ſed promittenti ſuccurritur (dicit Raph.) per exceptionem.l.cum aliter.& l.ſi quis cũ arbiter.ff.de verbo.obli. Tu autem contrarium tene:prout in d.l.ſi quis arbitratu.tenuit Bar.quem ſequi videntur alij ſcribentes:vt ibi per Iaſ. in iiij.col.quæ opi.probatur per illum tex.& l.ſi libertus ita iurauerit.ff.de oper.liber.& l.ſocietatem.in fi. cum duabus legibus ſeq.ff.pro ſoc. maxime l.in propoſita.ibi, eo magis ꝙ iudiciũ pro ſocio,bonæ fidei eſt. ſicque idem eſſe vult ſi ſit ſtricti iuris : quia comparatiuum præſupponit poſitiuum.l.vbi autem non apparet in prin.ff.de verbo.obliga. ſecundum Bart.in præalleg.§.arbitrorum.col.j. Ex quibus patet reſponſum ad hãc legem cum alijs præallegatis. quia & ſi de iudicijs bonæ fidei loquatur,non tamen excludũtur ea quæ ſunt ſtricti iuris, per alias leges in propoſito incluſas. Loquiturq;.l. noſtra de iudicijs bonæ fidei, quia in eis maxime,vt ſupradictum eſt,exuberare debet bona fides : idem tamen eſt in iudicijs ſtricti iuris.per prædicta.

SVMMARIVM.

1 *Depoſitarius quòd de dolo duntaxat teneatur.Quæ ſit ratio nu.10.*

2 *Lata culpa eſt dolus,non vere nume.3.ſed præſumptus nu.5.limita nu.7.*

4 *Nullum ſimile eſt idem.*

6 *Dolus verus & præſumptus quomodo differant.*

8 *Diſpoſitio loquens de dolo, comprehendit latam culpam. etiam in pœna pecuniaria nume.9.Fallit in pœna corporali, & diſtinguitur.*

11 *Depoſitarius quando teneatur de culpa leui,& leuiſſima.Et etiam de caſu nume. 15.& 17.*

12 *Culpe appellatione venit leuis : niſi ſubiecta materia repugnaret.& num.28. & quid in teſtibus.nu.29.*

13 *Culpa leuis quid ſit. quid dolus. quid leuiſſima. quid caſus fortuitus & nu.14.*

16 *L.pen.C.depoſi. quando procedat.*

18 *Depoſitarius non tenetur de depoſito furto ſublato. Et quid de cuſtode nu.19.*

20 *Furtum a famulo commiſſum, dicitur caſus fortuitus.*

21 *In precario de dolo tantum tenetur.*

22 *Precarium & precaria quomodo differant,& vt fiant quid requirantur.*

23 *Precariam accipiens,& non petens renouationem poſt quinque annos cadit a iure ſuo.*

24 *Precarium quomodo differt a cõmodato.*

25 *Pactum quòd non liceat reuocare precarium, non valet.*

L.cũ precario.ff.de precar.quãdo procedat.

26 *Clauſula conſtituti eſt vtilior, quam precarij.*

27 *Conſtituti materia ornatur.*

30 *Mandatarius quòd de dolo, lata, & leui culpa teneatur. Et quandoque de leuiſſima : quandoque de lata tantum.*

31 *Commodatarius tenetur etiam de leuiſſima quando commodatum eſt gratia recipientis, quòd in dubio præſumitur nu. 33.Quando vero commodam is,de dolo, & lata culpa nu.35.40. Quando vero vtriuſque,de dolo,lata,& leui nu.41.*

32 *Commodatarius quando teneatur de caſu fortuito.*

L.ſi.& l.argentum.ff.commod. ornatur.

33 *Cõmodatũ in quibus differt a precario.*

34 *Ornamenta ſponſæ vel vxori tradita per virum,intelliguntur tradita grati viri vt ornatior incedat, & remanent in dominio viri.nu.36*

35 *Donatio a ſpõſo ſponſæ valet ante matrimonium : ſecus poſt. & idem de anulo. nume.37.*

38 *Donata ſponſe per conſanguineos vel affines ſponſi,an efficiantur vxoris. & quid de veſtibus factis per maritum.nu.39.*

42 *Venditor tenetur de dolo, lata & leui culpa.*

43 *In pignore venit dolus, lata culpa,& le-*

uis culpa.

44 *Fœnerator qui res pignoratas a tineis permiſit corrodi, tenetur damnum reſarcire.*

45 *Locator & conductor tenentur ad inuicē de dolo, lata, & leui culpa.*

.§.qui columnam.l.ſi merces.ff.loca.quomodo procedat: & nu.46.

47 *Conductor equi mortui in itinere vel deteriorari, an & quando teneatur. et quid de equo vel mulo ad portandum nu.48.*

49 *Emphyteuta tenetur, ſi lata, & leui culpa deteriorauit. & an teneatur de leuiſſima faciendo: quòd non nu.50.*

51 *Delictum grauius eſt in faciendo quam in omittendo.*

52 *Mulio dicens amiſiſſe ſaculum aſſignatū ad aliquem locum deferendum, tenetur.*

53 *Dominus quando teneatur de incendio famuli in domo conducta.*

54 *Recedens a domo conducta propter timorem peſtis, an & quando teneatur ad reſiduum penſionis. & de recedente propter timorem ſpirituum nu.55.*

56 *Maritus in dote tenetur de dolo, lata, & leui culpa, & quando de leuiſſima nume.57.58.*

59 *Obſidi hoſti dato pro pecunia ei promiſſa, quem ſub pœna intra menſem redimere promiſerat, mortuo, promiſſor tenetur de mora.*

60 *Et quid ſi non fuit in mora.*

61 *Tutor de dolo, lata, & leui culpa tenetur. & quando de lata culpa tantum nume.63. & 65.*

62 *Tutor ratione leuiſſimæ culpæ non remouetur a tutella.*

64 *Tutoris hæres tenetur ſolū de lata culpa.*

66 *Negotiorum geſtor an & quando teneatur de dolo, lata, leui, vel leuiſſima.*

67 *Equum in paſcuis dimittēs quō teneatur.*

8 *In ſocietate an & quando veniat dolus, lata, vel leuis culpa.*

69 *Socius quando teneatur de furto.*

70 *Conuentio contra naturā cōtractus quando valeat.*

71 *Naturalia, & ſubſtantialia contractus quæ dicantur.*

72 *Contractus ex conuentione legem accipit, & pacta rumpunt leges. Fallit numero 73.*

73 *Dolus per pactum remitti non poteſt. Fallit in dolo præſumpto nu.75. & 81. in dolo de præterito. num.76. In remiſſione doli tacita nu.79. & quid de lata culpa nu.83.84.*

74 *Dolus in generali remiſſione vel conceſſione non venit.*

77 *Ingratitudo futura per pactum non poteſt remitti: præterita ſic.*

78 *Liberatus ab actione depoſiti non poteſt rem penes ſe tenere.*

80 *L.ſi vnus.§.illud.ff de pact. intellectus.*

82 *Iuramentum calumniæ tacite p̄t remitti.*

85 *Debitor ſpeciei nōn tenetur de caſibus fortuitis, Fallit nu.87.88.89.*

86 *Caſus fortuiti qui dicantur.*

89 *Onus probandi quòd culpa caſum præcedit cui incumbat.*

L. XXIII. Vlpianus.

CONtractus quidam dolum malum duntaxat recipiunt, quidam dolum & culpam. Dolum tantū, depoſitū, & precariū. Dolum & culpā: mandatum, cōmodatum, venditū, pignori acceptū, locatū. Item dotis datis, tutelæ, negotia geſta, in his q̄dem & diligentiā, ſocietas, & rerum cōmunio, & dolū, & culpam recipit. Sed hæc ita, niſi quid noīatim conuenit, vel plus, vel minus in ſingulis cōtractibus. nā & hic ſeruabit quod in initio conuenit.l.enim contractui dedit excepto eo quod Celſus putat non valere, ſi cōuenerit ne dolus præſtet̄.hoc.n bonę fidei iudicio cōtrariū eſt, & ita vtimur. Animaliū ve

ro caſus, morteſq;, q̃ ſine culpa accidunt, fugę ſeruorũ qui cuſtodiri non ſolent, rapinæ, tumultus, incendia, aquarũ magnitudines, impetus prædonum a nullo præſtantur.

IN hac regula fertilior eſt ſeges q̃ĩ qua libet alia lege iſtius tit. eſtq; hercle regula, & ſummarium multarum legum de hac materia tractãtium. Accurſius hic optimũ agit gloſſatorem: & ſub compendio materiam vtiliter explicat. Ioã. Igneus doctor vltramontanus hãc legem repetijt Papiæ, & inde plura in ea ſcripta reliquit quæ circũferuntur. Deci. pauca quædam vtiliter appoſuit, de Igneo nullam mentionem faciens quamuis repetitioni prædictæ intereſſet. Si vellem ſingula proſequi in immẽſum creſceret (vt Satyricus ait) damnoſa papirus. declarabo igitur iuxta propoſitũ meum regulam, nõnulla magis vtilia & neceſſaria enucleando, reliqua prætermittam de dictis Ignei parum curando.

Diuiditur in ſex partes. In prima ponit dictum bimembre. In ſecunda ponit duos caſus, in quibus exemplificat̃ primũ membrum. In tertia ponit decem caſus, ſeu decem exempla ſecũdi membri, in quibus venit dolus & culpa. propterea iuriſconſul. apprime ſubiunxit, in his quidem & diligẽtiam præſtamus intellige. l. quod nerua. ff. depoſi. In quarta ponit diſtinctionem & limĩ. ad omnia ſuperius dicta. In quinta aſſignat rationẽ limitationis vnum excipiendo. In ſexta & vltima pro cõplemento materiæ ponit aliqua exempla de caſibus fortuitis, quæ a nullo præſtant̃. Secunda eſt ibi, dolũ tantum. Tertia ibi, dolum & culpam. Quarta ibi, ſed hæc ita. Quinta ibi, legem enim. Sexta et vltima ibi, animalium.

Huiuſce legis optima gloſ. eſt tex. in l. ſi vt certo. in. §. nunc vidẽdum. ff. commo. & §. ſed is. vſq; ad fi. tit. inſti. quibus mod. re contrahi. obliga.

1 Not. primo ex iſto text. † depoſitarium de dolo duntaxat teneri. concordat tex. in §. pręterea. inſti. quib. mo. re cõtrahi. obl. in l. j. in. §. ſi veſtimenta. & in. §. fi. ff. depo. Quę iura taxatiue pariter de dolo loquuntur, & tñ latam culpã non excludũt: vt hic per gl. & Deci. per. §. j. l. j. ff. ſi meſ. fal. mo. dix. & in. §. is quoq;. l. j. ff. de act. & oblig.

2 Nec mirũ, quia † talis culpa dolo adeo eſt cognata eiq; cohærens, vt nonnunquam eam culpam dolo æquiparari dixerit: vt in l. j. ĩ. §. ſi dolus. ff. ſi meſſ. fal. mo. dix. aliquãdo proximam dolo eſſe, ſeu prope dolum: vt in l. mulier. in. §. ſi hęres. ff. ad treb. in l. ſi fideiuſſor. in prin. ff. man. qñq; ꝙ dolum repræſentat: vt in l. j. in. §. non autem. ff. ſi quis teſta. lib. interdum in doli crimẽ cadere: vt in præalle. §. is quoq;. & ſępenumero eam culpam dolum nominet: vt in d. l. quod nerua. & in l. magna negligentia. ſu

3 pra tit. proxi. Quod † non intelligas, vt lata culpa vere ſit dolus: hoc. n. eſſe nõ põt, cũ dolus manifeſtã impoſturã fraudẽq; euidentẽ oſtẽdat: at magna ſeu lata culpa ſub negligentiæ deſidiæq; noĩe & velamento cõtegat̃, ſeu ſub exceſſu rethorico lata culpa dolus nominet̃. ſicut ſi Cic. laudaturus, non ſolum eloquentẽ, verum eloquentiam ipſam nomines, vt Eraſmus & Zaſius eloquentes inter Germanos ſæpe ſcripſere. Incõuincibiliq; demonſtratur arg. ex Ariſto. ſumpto relatoq; per gl. in d. l. quod ner

4 ua. † nullum ſimile eſſe idem, vt ẽt late ꝑ Fely. in c. capitulum ſanctæ crucis. col. ij. de reſcrip. Sed pro tanto dr̃ lata culpa ęquiparari dolo ſeu proxima dolo, dolumq; repræſentare & dolum eſſe, quia quod dolo proximum eſt a dolo parum diſtat, ut de ſe patet, probatq;. §. pupillus. inſtit. de inutil. ſtipul. ibi nõ parum a furioſo diſtat. & qui tenetur de dolo dũtaxat, etiam de lata culpa tenetur: vt hoc text. & ſupra dixi. quid enim intereſt an manifeſto dolo machineris, an ſub culpæ clypeo ad dolum tenen-

5 das. merito igitur † dolus præſumptus. ſ. dici poteſt, propter fraudem in ſe contentam. d. l. quod nerua. vbi Bar. & ſcribentes notant, ideo text. in l. quæſitum in. §. eum quoq;. ff. de precar. eũ qui precario rogat, ſolum dolum pręſtare dicit. culpam autem dolo proximam merito contineri, ait. propter enim præſumptã fraudem cenſetur & præſumitur dolus. Quid enim a doloſo differt is fideiuſſor, qui ſciens debitorem eſſe exceptione tutum, ex cauſa fideiuſſionis ſoluerit? parum certe. d. l. ſi fideiuſſor. Et hæres, qui ſoluerit in necem legatariorum & fideicõmiſſariorum, in lata culpa & dolo præſumpto cenſet̃ eſſe. l. is cui. in. §. do-

6 lum. ff. vt in poſſ. lega. Et † quõ dolus verus & præſumptus differant, tradit etiam Alex. in conſi. ciij. col. pe. lib. j.

Prædicta vero concluſio intelligitur de lata culpa uerſutiæ & malitiæ: quæ eorum eſt, qui ex verſuto, & malo propoſito, animoq; perfido alienas res vel negotia affectata quadam improuidentia maligue vel

negligunt, vel diſsimulant, cum in rebus ſuis ſint prouidi & diligentes: & qui verſutiam ſub negligentiæ vitio ita ſubinuoluũt vt manifeſti quidem doli crimen, colore, velamineque deſidiæ a ſeſe amoueant, doli tamen machinatione, fraudeque, nõ careãt
7 iuribus prçallega. † Secus eſt in lata culpa ignauię, quę ſub nomine deſidię & negligẽtiæ cadit: vt quæ ſupinã negligentiã referat, aut vitiũ naturę parũ perſpicacis, vel ex praua educatione cõtractam; cui culpa adſcribi poterit ſupina, ſecuritas, improuida: immo nulla gerendarũ rerum cura reprehenſa erroris facilitas. Et quicquid omnino ignaui & ſecordes homines in negotijs tractãdis deſidiæ cumularunt & oſcitantię. De qua culpa ſenſit iuriſconſultus in l. latę culpę ſupra titu. j. iſta non ęquiparatur dolo. §. prçterea. inſtit. quib. mod. re contr. obliga. Et de his generibus culparum melius ꝗ̃ fecerit Bart. in d. l. quod nerua. tractauit Zaſius in ſuis ſing. intellectibus explicando dictã materiam: & ibidem contra Bar. & Vltramontanos, quos hic ſequitur Igneus, probat expoſitionem gloſ. ibi ad verbum latiorem culpam, vt iuriſcõſultus de lata culpa ſenſerit, licet ornato loquẽdi modo comparatiuũ pro poſitiuo, vt alibi ſæpe, poſuerit: vt etiam per Alciat. & cõmuniter ſcibentes in locis præalleg. & Barba. in cap. j. de cõmod. Quę opi. optime probatur per dicta l. magna negligẽtia. ibi magna culpa dolus eſt: ita ergo dolus eſt lata culpa, ſicuti latior. quid igitur prohibet comparatiuum ibi, pro poſitiuo poni, accipique.
8 Vnde † cũ lata culpa dolus ſit cõſequẽs eſt quãlibet diſpoſitionẽ qua dolũ malum duntaxat prçſtari tradatur, ẽt de lata culpa intelligi: ſecundũ Alciat. in d. l. latę culpę. Niſi vbi agitur de pœna corporali. per l. in l. cornelia. ff. de ſicar. aut ẽt de pœna pecuniaria. per. §. hac actione. l. ij. ff. vi bon. rap. ſecundum eũ, id quod latius proſequũtur Alexan. Iaſ. & alij in l. in actionibus. ĩ glo. ob culpã. ff. de in litem iuran. Deci. & Mod. Papien. hoc vltimũ ibi reprobãt pluribus legibus, ſed prçcipue per tex. l. j. i. §. non aũt. ff. ſi quis teſta. liber. per quẽ dicũt
9 præfati Mod. † regulam generalem tradi, ꝙ vbi agitur de pœna pecuniaria lata culpa dolo æquiparatur. & ad. §. hac actione. cum ſimilibus. optime ibi reſpon. Deci. & Zaſius in d. l. quod nerua. verſi. non ob. lex ſecunda. Iterum aduerte, quia licet communis receptaq; ſẽtẽtia ſit, vbi agitur nõ tantum de pœna mortis, verum de alia pœna corporali, latã culpam nõ ęquiparari dolo, ſed aliter puniri: vt per Alex. Iaſo. Deci. & alios in d. l. in actionibus. in gloſ. ob culpam. & late Mod. Bono. in d. l. in l. cornelia. cumulantes plures caſus in quibus lata culpa ęquiparatur dolo, & punitur ſicuti dolus, ẽt vbi de pœna corporali tractatur: vt per Deci. loco prçalleg. Verius tamẽ videtur, ꝙ vbi eſt lata culpa verſutiæ & malitiæ tunc æquiparetur dolo, & veniat in qualibet diſpoſitione de dolo loquente; ſecus in lata culpa deſidiæ & negligentiæ per prædicta. Et huiuſce diſtinctionis ſede re concordari poſſunt opi. doctorum ſecum dum Zaſium loco prçalleg. maxime in vlti. colum. vbi eleganter declarat tex. d. l. in lege cornelia. & ita procedunt quæ Deci. cõtra communẽ opi. adducit, in d. l. in actionibus. inclinans in contrariam ſententiam, licet firmare nõ audeat. Sed ſi ad diſtinctionem prçdictam reſpexiſſet, audacius, vt arbitror, talẽ culpam verſutię a dolo nõ ſeiũxiſſet, cum optimis rationibus & legibus ea pars fundata ſit.
10 Ratio † autem cur de dolo dũtaxat & lata culpa teneatur depoſitarius, aſsignatur per iuriſconſultũ in prçalleg. §. nũc videndũ: quia nulla. ſ. verſatur vtilitas eius apud quem deponitur, merito igitur ſolus dolus
11 præſtatur. Vnde † ſi merces acceſſerit, etiã de leui culpa (vt ibi iuriſconſultus ſubiungit) tenebit: qa grã vtriuſq; tũc cõtractus fieri vr̃, vt hic ẽt p Deci. col. j. idẽ ſi ſe obtulerit depoſito grã deponẽtis facto, vt. ſ. teneat de leui culpa. De leuiſsima vero qñ obtuliſſet ſe depoſito facto grã ipſius depoſitarii, aut vtriuſq;: vt hic p Deci. col. i.
12 Ex cuius dictis habetur, ꝙ vbi lex † de culpa ſimpliciter mentionẽ facit, intelligiẽ de leui id enim inter leuiſsimam & latam medium eſt. & hoc niſi materia ſuppoſita repugnaret: vt etiam voluit Alciat. in l. magna negligẽtia ſupra tit. proximo. & latius Deci. infra. col. v. in iii. not. ad quod pondero text. expręſſum in l. ſocius ſocio. ff. pro ſocio. & alium in. §. præterea. inſtitu. quibus mod. re cõtra. obli. dum inquit, culpę autem nomine, ideſt, ſubiungit, deſidię ac negligentię: prout etiam ibi declarat gl. quamuis Corn. in conſil. cxiii. col. ij. in ſi. lib. ij. culpę appellatione eã venire dicat, quæ ex natura cõtractus præſtatur. Eſt
13 aũt † leuis culpa, negligentia, qua quis in rebus alienis eam curam non adhibet, quã cęteri patresfamil, ſolent, tamen etſi in ſuis

minime diligentior ſit.ſecundum Alciat.in d.l.latæ culpę.ſed latius explicat Bart. in d.l.quod nerua.in vj.q.princ. Eſt etiam gl. reputata ſingularis in d.§.præterea. quæ
14 declarat † quid ſit dolus, quid leuis, quid leuiſsima,quid caſus fortuitus: de qua materia late etiam tractant.Bar.& Zaſius in d.l.quod nerua.

15 Sunt etiam alij caſus † in quibus depoſitarius tenetur de leuiſsima culpa,& aliquãdo de caſu:vt hic per Deci. Sed tunc non eſt proprie depoſitum,verum egreditur notiſsimos depoſiti terminos vt dicitur in l. lutius.la.j.& in l. die ſponſaliorum. ff. depoſi.de quo vltra hic alleg.per Deci. vide Bald.in conſi.ccxlv.lib.ij.Pau.de Caſt. in conſi.clxii.in antiquis.Iaſo.in l. ij. ad fin. princi. vbi Moder.Taurineñ.col. vij.ff.ſi cert.pet. Accedant etiam in materia, quæ ſcribunt Bald.cccxxxij.volu.iij.Corn. in conſi.lxj.col.xj.lib.iij.Soci.in cõſi.cxliij. colum.fi.lib.j.Paul.de Caſt. in conſil. viij. viſo & Mod. Pap.in l.ij.in prin.in iiij. co-
16 lum.ff.ſi cer.pet. † vbi volunt.l. pe.C.depo.cum ſimilibus, quæ dant executionem & priuilegia depoſito,intelligantur de vero,reali,& naturali depoſito:non autem de ficto, vel improprio,aut confeſſato, qđ no.

80 † intellectum quem ſequitur Deci. ad d.§.illud. verum eſſe, ꝙ loquatur de dolo futuro, propter aduerſatiuã quamuis, & hoc apertius demonſtratur, ex eodem text. in ſequenti.§.ibi, ſed poſt admiſſa hæc paciſci poſſumus. ſi enim ſupra proxime deciſſet hunc caſum, videlicet, dolum præteritum poſſe remitti, fruſtra & ſuperuacuo ſtatim idem repeteret. datur ergo intelligi in ſuperioribus iuriſconſultum non ſenſiſſe de dolo pręterito, verum de futuro. Sed tenendo opinionem Pau. & Iaſ. ꝙ etiam tacite dolus futurus remitti nequeat, quid reſpondebimus ad.§.illud. Bal. in d.l.j. ad fi. C. de vſufruc. intelligit illum text. de dolo præſumpto, ſed refragatur regula d.l. quod nerua. quæ æquiparat illum vero dolo: ergo remitti non poterit, ſicuti nec dolus verus. Ego dicerem poſſe aliter ad illũ text. reſpon. ꝙ ibi actum fuit ne depoſiti ageretur, ideo nimirum ſi de dolo, nec de culpa rei depoſitæ agi poteſt: quia reſciſſo, & ſublato principali, depoſito ſcilicet, tolluntur & corruunt acceſſoria & obligationes quæ occaſione depoſiti oriebantur. c. cum Paulus. & c. principatus. j.q.j. l. ſi patronus. cum glo. in uerbo fauiana. ff. ſi quid in frau. patro. late Iaſ. in l. ſub prætextu. la j. col. fi. C. de tranſa. Alex. & alij in l.j. in.§. ſi vir. ff. de acquir. poſ. propterea nimirum ſi ibi de dolo agi non poteſt, iſte eſt meus nouus intellectus, & verus ad illum tex.

81 Arbitror tamen † dolum præſumptum de futuro, qui non cadit in verſutiam, tacite remitti poſſe: per præalleg. & ita procedat opi. Bal. in d.l.j. ad fi. C. de vſufru. Præterea quamuis non exigat quis ſatiſdationem de vtẽdo & fruendo arbitrio boni viri, non uidetur remittere aliquem futurum dolum, de quo non apparet nec præſumitur, ſed fauori ſuo renunciare: quia talis ſatiſdatio introducta eſt in fauorem hęredis, non autem teſtatoris: ideo non poteſt per teſtatorem remitti, ſed bene per hæredem. d.l.j. cum ibi not. & tradit not. Alexan. in conſi.lviij. volu.iij. & Pau. Richus in repetitio.§. titia. l. titia. ff. de lega.ij. in 50.qõ.

82 Et idem eſt † in remiſsione iuramenti calumniæ tacite facta, omittendo, ſcilicet, petere iurari de calumnia, quia non apparet talem actum expreſſe tendere ad remiſsionem alicuius doli, & vnuſquiſque præſumitur bonus, & ſalutis æternæ memoriæ iuribus vulgaribus. Poſtremo not. ꝙ licet dolus, vt dictum eſt remitti nequeat,
83 lata † tamen culpa bene remitti poteſt: ut per Alex. in l. ſi mora. col. ij. ff. ſolu. mat. & Deci. hic col. fina. licet vacillare videatur, Sed ſecundum Pau. de Caſt. in. §. ſi conueniat, l. j. ff. depoſi. bene ibi probatur a contrario ſenſu valere, ſcilicet conuentionem, ne depoſitarius teneatur de lata culpa, licet videatur contra naturam contractus: quia ad delinquendum, inquit, non ſic inducitur depoſitarius, quamuis ad illũ tex. reſpon. poſsit, ꝙ cum loquatur de dolo, nõ excluditur lata culpa illi æquiparata: vt
84 hic per Deci. Melius dici poteſt, † ꝙ lata culpa verſutiæ non poteſt remitti, quia æquiparatur dolo: ſecus in lata culpa deſidiæ & ignorantiæ quæ non æquiparatur dolo. vt ſupra viſum fuit. remiſsio enim talis culpæ, quæ dolum repræſentat, non valeret, quia contra bonam fidem eſſet. d. §. ſi conueniat. quæ ratio locum non habet in lata culpa deſidiæ & ignórantiæ, quæ ex ſimplicitate & fatuitate procedit, ſecundum Bar. in d. l. quod nerua. & cum non repræſentet proprie dolum: nimirum ſi remitti poteſt.

85 Vltimo no. ex iſto tex. † ꝙ debitor ſpeciei ex natura contractus de caſibus fortuitis non tenetur. a nullo enim tales caſus præſtantur. dicit text. noſter & in l. in rebus. ff. commo. & in c. fi. de depoſi. & in l. quæ fortuitis. C. de pigno. acti. cum alijs de quibus hic per Deci. tres limitationes per dicta iura tradentem. de qua materia plura hic effundit Ioan. Igneus char. vij. et
86 viij. Dicuntur † autem caſus fortuiti, illi quibus humano ingenio vel diligentia reſiſti non poteſt. d. l. quæ fortuitis. & d. l. in rebus. vbi Paul. de Caſt. not. & ſatis elicitur ex fine l. noſtræ. Et tres limitationes prædictæ ponuntur etiam per gl. noſtram.
87 circa fin. Prima † quando mora caſum præceſsit eſt clara. eamq; ponit tex. in dicto c. fi. vbi per Canoni. facit c. mora. de reg. iur. in vj. & materiam latius explicãt legiſtæ in l. quod te. ff. ſi certum peta. & in l. ſi ex legati cauſa. de verbo. obli. pariter
88 in d. c. fi. ponitur. Secunda limita. † quando culpa præcedit caſum, intelligitur vbi culpa ordinata eſt ad caſum: alias ſecus, ſecundum Deci. hic in vltima col. poſt Bar. in l. ſi vt certo. in. §. interdum. ſupra cõmo. & declarat etiam Pau. de Ca. in l. ſi vehenda. in. §. j. ff. ad legem rhod. de iact. alio modo reſtringens, vt ibi per eum: & per eundem Pau. in d. l. in rebus. in princ. vbi per illum tex. dicit, ꝙ quando culpa præcedit caſum, nõ dicitur proprie caſus fortuitus: ideo nimirum ſi de tali caſu quis tenetur. intellige, ſubdit, quando præcedit talis culpa, de qua ipſe tenetur, alias non. ſi enim eſſet cõtractus gratia vtriuſque factus, vel dantis tantum, & præcederet culpa leuiſsima, de qua non tenetur, ſimiliter de tali ca-
89 ſu non tenebitur, dicit Paul. † Cui autem incumbat onus probandi talem culpã præceſsiſſe, vel culpam abeſſe. vide Barba. in d. c. fi. col. ij. & Deci. in conſil. cccclxxiij.

90 Tertia fallentia eſt, † quando ſpecialiter conuenit, vt de caſu fortuito quis teneatur. d. c. fi. & l. quæ fortuitis. & l. j. cum no. C. depoſi. vel quando periculũ fortuiti caſus in ſe ſuſcepiſſet, quia tunc tenetur de omni caſu fortuito. l. quæ fortuitis. ſecundum Deci. hic. Tu dic vt latius & melius de hac materia tradit Ripa in tracta. de peſte. char. ix. cum ſequẽ. Et alium caſum, in quo creditor, abſque conuentione de caſu fortuito, tenetur in pignore, ponunt Mod. de Fano in tract. de pign. in vij. parte principali. in tertio membro. colũ. ij. eſt in fol. lxj. nu. 5. & de his ſatis.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, quatenus, quomodo intelligatur.*

2 *Intereſſe quotuplex ſit. & eius ſubdiuiſio.*

3 *Species apud legiſtas de facili cõſtituitur.*

4 *Intereſſe conuentum, commune, ſingulare vnde deninentur. & ſunt vocabula magiſtralia. nu. 5.*

6 *Intereſſe in facto conſiſtit: ideo probari debet.*

7 *Facta probari debent, & quid ſi fuerint notoria nu. 8.*

9 *Conſuetudo notoria quando probanda. & quando dicatur habere mixturam facti & iuris nu. 10.*

11 *Quæſtio iuris vel facti quæ dicatur.*

12 *Libellus in intereſſe quomodo concipi de-*

bet, & an libellus incertus admittatur nume. 13.

14 *Intereſſe eſt difficilis probationis, & quomodo probetur, remiſſiue nu. 15.*

16 *Pœna adiecta loco intereſſe quãdo ſit exigibilis vel non, & nu. 17.*

L. fina. ff. de præto. ſtipula. quomodo intelligatur.

18 *Pactum vel ſtatutũ, quòd ſuper intereſſe ſtetur depoſitioni vel iuramento alicuius an valeat.*

19 *Intereſſe quòd debet probari in materia propinqua. & ſufficiunt probationes coniecturales nu 20.*

21 *Sententia in intereſſe quomodo debet concipi. Maxime quando quantitas non fuit deducta, nec probata in iudicio. nu. 22.*

23 *Et quid ſi fuerit deducta, ſed non probata nu. 24. & 25.*

Doctrina Barto. l. ſi quòd ex pamphila. ff. de lega. ij. & l. vnicæ in fi. C. de ſen. quæ pro eo quòd inte. an ſit vera.

26 *Intereſſe in ſpiritualibus an poſſit peti.*

L. XXIIII. Paulus.

QVATENVS cuiuſque interſit, in facto non in iure cõſiſtit.

SVMI potuit hæc regula ex l. ij. ff. de in litem iuran. ex l. ij. de eo quod certo loco. ex. §. colonus. l. ſi in lege. ff. loca. ex l. fi. ff. de præto. ſtipu. cum multis ſimilibus. Igneus Vltramonta. cum nonnullas quæſtiones & concluſiones in materia intereſſe i Papiæ diſputaſſet, in modum repetitionis ſuper hac lege poſuit, inculcãdo & trãſcribendo quæ per nouos & veteres dici ſolent in l. vnica. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt profer. ſed circa text. noſtræ legis parum ſcribit. Ego vero tex. ipſum principaliter declarare conabor, inde materiam eatenus quatenus ad enucleationem præſentis loci ſpectat, non tranſplantando radicitus, quæ in d. l. vnica dici ſolent: maxime quia nouo pulchroq; ordine repetitionẽ ſuper ipſa l. vnica, & materia in vul-
1 gare cogitamus. In tex. ibi † quatenus: diuerſimode ponitur in iure: vt per Alber. in ſuo dictionario. hic ſtat pro quantum, vt etiam in iuribus, hic per Deci. alleg. & in illo Ciceroniano, quatenus amicitiæ tribuendum ſit, id eſt quantum.

No. ibi cuiuſque interſit. ꝙ intereſſe refertur ad perſonam actoris: prout etiam in
2 l. j. in princ. ff. de act. empt. ex quo † infertur vnicum eſſe intereſſe, ſicuti perſona eſt vna, ſecundum Iaco. Butri. in d. l. vnica. vt ibi in vj. col. refert Bar. Sed cõmunis doc. ſententia eſt ad oppo. ꝙ immo ſint tres ſpecies intereſſe. videlicet ſingulare, commune, & conuentum: & in qualibet ſpecie intereſſe procedit hæc regula: vt ibi per Bartol. & Moder. tam in rubro ꝙ̃ in nigro.

Componitur verbum iſtud intereſt, ſecundum grammaticos ex. in re. & eſt. quaſi mea in re, id eſt vtilitate eſt. Prædictæ vero tres ſpecies intereſſe in plures alias ſubdiuiduntur. aliud enim eſt intrinſecum, ſeu circa rem. aliud extrinſecum aliud damni emergentis, aliud lucri ceſſantis, aliud affectionis, aliud vtilitatis: de quibus per Bar. Bal. & alios in d. l. vnica. per Spe. in titu. de fruct. & intereſſe maxime in. §. viſo. pract. Papien. in forma lib. actionis realis ſuper gloſ. & in florenis decem. Lex iſta ſolum de priuato æſtimabili & petibili intereſſe loquitur, ideo ad propoſitum ſatis fuit ſubdiuiſio in tres ſpecies intereſſe in ſuperioribus facta, licet opi. Vltramonta. quos refert Bart. in d. l. vnica. in ij. q. ſatis ſuſtentabilis ſit in via diſputationis, ꝙ vnicum tantum ſit intereſſe: quod modo ſingulare, modo commune, aliquando conuentum appellatur. Primo quia excedens & exceſſum non ſunt idem, ſed diuerſa. l. ij. ff. de ſtipu. ſer. ſed ſingulare excedere poteſt cõuentum vel commune, modo nõ vltra duplum: vt d. l. vnica. ergo videtur ꝙ communis æſtimatio non ſit intereſſe, cum excedatur ab eo. Secundo quia intereſſe videtur ſemper referri ad perſonam actoris. l. j. in prin. ff. de act. emp. ibi emptoris intereſſe: & hac l. noſtra ibi cuiuſque, ergo eſt vnum intereſſe reſpectu perſonę. Tertio quia plus & minus non faciunt differre ſpecie. l. fi. ff. de fun. inſtru. Quarto quia prædicta ſubdiuiſio in tres ſpecies facta. l. non probatur. ergo &c. l. illam. C. de colla. & alia quædam per hanc opi. adducũt Moder. Pap. in d. l. vnica. in iij. col. Sed ꝙ immo ſint tres ſpecies intereſſe, de quibus ſupra, tenent Bar. & communiter ſcribentes in d. l. vnica. Spe. & alij præalleg. quæ quidem opi. probatur in l. j. ff. de act. emp.

ſi res vendita, inquit iuriſconſul. nõ tradat
in id quod interſſe emptoris agitur, hoc eſt
ꝙ rem habere intereſſe emptoris, hoc autẽ
interdum pretium egredit ſi pluris intereſ-
ſe q̃ res valeat vel empta eſt. Diuidit igit
iuriſconſul. ibi intereſſe in genere mentio-
natum in tres partes ſeu ſpecies, ſingulare
videlicet, cõe, & conuentum. hoc enim,
inquit, intereſſe in genere conſideratum &
ſumptum, interdum pretium rei egreditur,
id eſt æſtimationem rei emptæ ſi pluris in-
terſit emptoris q̃ res valeat vel empta ſit,
& ſic q̃ ſit intereſſe commune vel conuẽ-
tum, tunc ſingulare admittitur. Secundo
probatur per l. vnicam. in. §. fina. ff. ſi quis
ius dicen. non obtempera. & l. hæc verba
quanti. ff. de verbo. ſignifica. vbi commu-
nis æſtimatio, & commune intereſſe po-
nuntur tanq̃ diuerſa & ſeparata a ſingula-
ri intereſſe. Tertio probat, quia cum ſingu
lare, cõe, & conuentum nõ ſolum in quali-
tate differant, ſed in ſubſtantia, req;, noĩe,
3 & effectu: et apud legiſtas † de facili, leuiq;
cõſtituant ſpecies. ff. de ord. iur. l. ij. in prin
ci. verſ. deinde cum eſſet in ciuitate. ibi, &
ita factum eſt vt inter plebiſcita & legem
ſpecies cõſtituendi intereſſet, poteſtas aũt
eadem: vt illum tex. põderauit Deci. in ru
bri. C. qui admit. col. viij. & Mod. Pap. in
d. l. vnica. col. iij. nihil obſtat quin tres ſpe
cies intereſſe cõſtituantur, de eo quod in-
tereſſet in caſibus prędictis. Et ad alleg.
ſupra in cõtrariũ reſponſio colligit, ex di-
ctis p Deci. in d. l. vnica col. v. & Curt. iij.
4 Et ſumũt † prædictę tres ſpecies inter-
eſſe denominationem a nomine. Cõuentũ,
a cõuentione partium, ac taxatione. Cõe, a
cõi opi. & ſententia. Singulare a ſingulari
iuſta affectiõe. Et eſt duplex: vnũ affectio-
nis ſingularis a iure contempti, alterũ affe
ctionis & vtilitatis ſimul, cuius ratio non
ſpernit a iure. Bar. in d. l. vnica. col. v. verſ.
iuxta hoc quæro. & Socin. ibi in rub. col.
viij. ſi enim rem emi aureis decẽ, quæ cõi
æſtimatione duodecim valebat, quã habe-
re in quindecim mea intereſſe, ratione ſin-
gularis affectionis, vt quia maiorũ meorũ
fuit: iuxta l. ſi in emptione. ff. de mino. cũ
alleg. per Ro. in conſi. xxij. in vlti. dubio.
& Alex. conſi. lxvij. col. j. lib. v. vel ratio-
ne ſingularis commoditatis & vtilitatis,
propter propinquitatem rei, quæ ſolũ, pu-
ta, in me militat, nõ in alio minime vicine.
l. ſi cui fundus. ad fi. ff. de leg. ij. et per De-
ci. loco præalleg. potero pro intereſſe pete
re quinq; prędicta, ſicq; vltra commune et
conuentum, quia tanti mea ſingulariter in-
tereſt: Quod tamen ſingulare intereſſe du-
plum conuenti, vel etiam communis exce
dere nequit. d. l. vnica. cum ibi not. niſi cõ-
modum pecuniarium & ſingulare concer-
neret, quia tunc totum venit. l. ſi vẽditor.
in fi. ff. de ſer. expor. gl. in l. iul. ff. de acti.
empt. Pau. de Caſt. in d. l. j. Et quemad-
modum poſt Fulgo. dicunt Moder. in d. l.
vnica. prędictis vocabulis non vtuntur. ll.
5 ſed † magiſtralia ſunt per gloſ. & docto.
adinuenta, ac formata ad explicandũ clare
cõceptum mentis. potius enim curant in-
telligentiam, q̃ ſermonis elegãtiam, immo
intereſſe in ſubſtantiuo, in iure non reperi
tur in l. aliqua poſitũ. ſed leges ſemper de
eo quod intereſt dicunt: vt patet ex rubr.
& l. præſenti ex ti. de præto. ſtip. ex l. hæc
verba quanti. de verb. ſig. ex l. vnica. in. §.
fi. ff. ſi quis ius dicen. non obtem.
6 Si igitur de ſingulari intereſſe agat, † id
in facto conſiſtit, vt hic dicitur. & probari
debet. Idem eſt de cõi intereſſe. l. pretia re-
rum. ff. ad l. Falc. cum not. l. ij. C. de reſcin.
ven. vbi modum & practicam probãdi do
cui. ſimiliter ſi agatur de conuento, quod a
contractu & cõuentione partium pendet.
l. fi. ff. de præto. ſtip. in facto enim cõſiſtere
dicitur, quia contractus ſunt facti. l. conſi-
lio. in fi. ff. de cur. fur. ſecundum Deci. hic.
vel melius, ꝙ licet talis conuentio releuet
ab onere probãdi intereſſe. & ſuccedat lo-
co probationis. d. l. fi. & §. fi. inſtit. de ver.
obl. voluit Bar. in d. l. vnica. vbi Cur. col.
xx. verſic. reſtat alia dubitatio. tñ ſi petat,
probandum eſt, vel per teſtes, vel per in-
ſtrumẽtum conuentionis factæ: propterea
dicitur in facto conſiſtere: prout etiam vo
luit Bald. in tit. de pace conſtan. quem in-
fra citabo. Eſt enim regula generalis, ꝙ
7 eam † quę ſunt facti ſeu in facto conſiſtũt,
probari debent: vt hic per Decium & eſt
tex. not. in l. ſi emancipati. C. de colla. vbi
plura cumulaui in ſeptima colum. & vltra
tradunt Abba. & alij in c. cum in iure pe-
ritus. in not. de offic. delega. & in c. cum te.
colum. ij. vbi limit. de teſtibus Bald. in le-
ge ea quidem. C. de accuſat. Roma. in con-
ſi. cccl. Areti. conſil. clxij. ſicut, in ſecun-
do dubio. Alexan. in l. ornamentorum. ff.
de auro & argen. legat. in apoſtil. ad Bar-
tol. & in conſil. j. colum. fina. libro vj. Fe-
ly. in c. quanto. de præſumptio. in c. quo-
niam contra. col. xiij. in quarta limita. de
probatio. Canon. in c. veſtra. de cohabi. cle
rico, Deci. in conſi. cccclxxxiiij. colum. fi.

Specu.in titu. de noto. crim.in.§.fina. ad
fin. Pariſi. in conſil.xiij.volumi.j. Alcia.
in libello præſumptionum . ſolio xxxiij.
8 cum ſequen. † vbi ponunt de notorio fa-
cti tranſeuntis negato,an ſit probandū fal-
tem per duos teſtes,& quid in notorio fa-
cti permanentis, vt ꝙ turris eſt in platea.
Et de conſuetudine notoria,& de notorio
veritatis,ſeu uere probationis,quod prȩua
let notorio præſumptionis. nam & ſi noto
rium releuet ab onere probandi,nō tamen
releuat ab onere proponendi:iuxta gl. no.
in cle.appellanti.de appel.& not.per ſcri-
bentes in l.non hoc.C.vnde cog.in l.cum
quid.ff.ſi cer.peta.& per Balb.in repeti.l.
Celſus.col.xxx.cum ſeq.de vſuca.Roch.
de Curt.ſuper c.fi.de conſue.fol.xxviij.in
iij.q.& Deci.in conſil.ccccij.colū.v.dum
tractat de pronunciatione pro notorio fa-
9 cienda.Et de † conſue.notoria alleganda
& probanda in reſpicientibus deciſionem
cauſæ,ex quo eſt facti,& cōiter ac regula-
riter facta non appareant , volenti in ea ſe
fundare incumbit onus probandi. paria.n.
ſunt nō eſſe, vel eſſe & nō apparere.l.duo
ſunt titij.ff.de teſta. tut. ſecus in his quæ
ſunt iuris,quod quidem ius ſemper eſt cer
tum,ac probatio probata & non proban-
da , apparenſq; veritas.d.l.ornamētorum.
cum ibi not.per Bart.& Alex.& Curt.ſe-
niorem in tract.poſitionum. in xiij.breui-
10 loquio,vbi tñ dicit,† ꝙ iuri ſtatutario,cō
ſuetudinario,& præſumpto reſponderi de-
bet,ex quo habet mixturam facti,nec ſine
facto ius prȩſumptum cadere poteſt: vt ele
gāter per Bal.in l.cum virum.C.de fidei-
com.& in addi.ad Spe.in ti.depoſi.colum.
iiij.ubi dicit, poſitioni iuris nō eſſe reſpon
dendum qñ ſapit ius conſtitutionis: ſecus
vbi ſapit ius obligationis,per rationes prȩ
dictas.de quibus vide etiam Deci.in c.ſæ-
11 pe.col.j.de appell. Dicitur autem † quæ-
ſtio iuris,vbi ab vtraq; parte pro cōſtanti
prȩſupponitur factum:alias dicitur eſſe qō
facti.gl.& Ange.in §.j.l.eum quem teme-
re.ff.de iud.Bal.in l.arethuſa.la ij.ad fi.ff.
de ſtatu homi.& de pace conſtā.in verbo,
porro.vbi inquit,ꝙ ea , de quibus ſine ꝓ-
bationibus non cōſtat, in facto cōſiſtunt:
articuli vero,qui probationibus nō egent,
iuris eſſe dicuntur: faciunt accumulata per
Moder. Mediolanē. in ſuis paradoxis.c.
vlti.primi libri. dum quædam congerit in
quibus quȩſtio facti verſari dicitur.Et per
conſequēs recte hic dicit iuriſconſultus,ꝙ
quatenus alicuius interſit in facto non in
iure conſiſtit, de quacunque ſpecie cōſide
rabilis intereſſe loquamur. Ex quibus
habetis enucleatum verum intellectum &
ſenſum præſentis legis qui vt iterum ſub
compendio dicamus, huiuſcemodi eſt.qua
tenus cuiuſque interſit,id eſt quantum ſit
intereſſe alicuius. In facto conſiſtit , quia
ſine probationibus non conſtat:pluſq; aut
minus eſt ſecundum qualitates perſonarū,
conditionem temporum,& caſuum cōtin-
gentiam, idcirco probari debet.non autem
conſiſtit in iure,ſcilicet conſtitutionis, qđ
clarum ſemper & certum eſt, probationi-
bus,ut diximus,minime egens.hæc eſt in-
tentio iuriſconſulti hic.

Pro complemento huiuſce materiæ de
duobus hic tactis per Decium videndum
eſt.qualiter intereſſe petatur. Et qualiter
probetur.Poſtea tertio loco de forma ſen-
tentiæ qualis eſſe debeat in hac materia
intereſſe petiti. Circa primum poſt glo.
& alios per eum relatos , concludit Deci.
12 † tutiorem libellandi modum & intereſſe
petendi , eſſe vt petatur quod promiſſum
eſt fieri, alias ſucceſsiue intereſſe ſecūdum
concluſio.Bar.in l.ſtipulationes.non diui-
duntur.colum.penul. verſicu. tertius mo-
dus.ff.de verbo.obliga. Et hoc procedit
quando in obligatione eſt factum. ſi vero
rem tradi, peti debet traditio rei , alias in-
tereſſe: vt per Bal.in dicta l.vnica. colum.
fina.& pract.Papien.loco ſupra allega.co-
lum.v.& ſequenti. vbi etiam ponit , quid
faciendum quando in obligatione eſt rem
reſtitui vel dari. de qua materia per Spe-
cul.in titu.de fruct.& intereſſe. in.§.viſo.
Et ſi conſtet factum promiſſum fieri non
poſſe, aut rem non poſſe reſtitui vel dari,
aut pecuniarium intereſſe petatur propter
quantitatem in tempore non ſolutam, vel
alio ſimili reſpectu poteſt intereſſe directa
via peti : vt per Bart.Specu.& alios præ-
alleg.& ſcribentes in.§.curare.inſtituta.de
actio.per illum text.& in l.ſecunda.C.de
13 ſenten.quæ ſine certa quanti.Et † ratione
incertitudinis admittitur libellus incertus
ſuper ipſo intereſſe,ita quod quantitas hu
iuſcemodi intereſſe in libello non eſt de
neceſsitate exprimenda.ſecundum Barto.
& communiter doct.in d.l.certi conditio.
in princip.vbi Alexan. & poſteriores id
procedere dicunt , ſiue intereſſe petatur
principaliter , ſiue ſub conditione , quic-
quid dixerit Bald.debet tamen intereſſe
ipſum inde liquidari & certificari in pro-
ceſſu vel in executione , vt ſtatim dicam.

cam. Et prędictã cõclu. ſequitur etiã Soci. in c.ſignificantibus.col.xvj.ver. ſexto inſertur.de lib.obla. Are.& Iaſo.in d.§.curare.vbi Are.in vj.col.inſtruit actorem certam quãtitatẽ pro intereſſe petentẽ, vt adijciat clauſulam,& plus & minus, ſecundũ quod continget per iudicem taxari.

14 Circa ſecundũ membrum: † quia intereſſe eſt difficilis probationis. l.fin. ff.de prętor.ſtip.& inſtit.de verbo. obli. in.§.vltimo. Iudex (vt poſt Bal. hic ſcribit. Deci.) debet æquitatẽ ante oculos habere. & coniecturis moueri ad iudicandũ an intereſſe petitum probatum ſit vel ne, non tamẽ deferri iuramentũ in defectum probationis: Vidẽdũ deinde eſt ſubiungit Dec.de ſingulari,de cõmuni,& de cõuento: poſtmodum

15 tamen de communi tantũ loquitur, † Idcirco de omnibus prędictis ſpeciebus intereſſe,quõ & qualiter probẽtur per teſtes, per inſtrumẽtũ,aut iuramẽtũ: vide tu late Bal. in d.l.vnica.colũ.vij.& fin. vbi etiam per Bart.& poſteriores Spec. & pract.pap. in locis pręalle.Bar.& ſcribentes in d.l. ſtipulationes nõ diuiduntur.& in d.l.certi cõditio. Are.& Iaſ.i d.§.curare. & in.§.fi.inſtit.de verbo.obli. Socin.loco pręalleg. in ver.ſexto infertur. & quæ ego nouiſsime ſcripſi,in repe.l.curabit.C. de act. emp. & in repe.l.ij.C. de reſcin. vendi. in vltimis chartis.vbi late examinaui & diſcuſſi articulum hic per Deci. tactum. Et vltra ibi dicta,circa iſtud intereſſe conuentum nota

16 bis,ꝙ† quando pœna adiecta fuit loco intereſſe ad ipſum intereſſe determinandum iuxta.d.l.fina.&.§.fi.præalleg.prout in dubio factum eſſe videtur, tunc pœna ſi non interſit,peti nõ poteſt.eo tamẽ ipſo ꝙ pœna loco intereſſe adiecta fuit,partes tantum intereſſe capere fateri videtur, propterea agens ad pœnã non cogitur intereſſe probare,in ibus pręalleg.Quia, vt dictum eſt, conuentio loco probationis ſuccedit, verũ ſi vult reus habet onus probandi in ſe ſuſcipere, ꝙ nihil interſit actoris conuentũ fuiſſe:vt poſt Roma.& Soci.tradit Lanc.Galiau.in l.ſtipulationũ quędam.in.§.itẽ ſi in facto.col.iij.in octaua limi. ff.de verb.obli. intelligendo ꝙ fuerit ſimpliciter promiſſa quantitas,& dictum nõ fuerat pœnæ nomine,quia principaliter videtur contemptum reſpicere,non autẽ taxationẽ intereſſe Vbi vero non eſt dictum nomine pœnę, videtur principaliter taxationem intereſſe reſpicere,& procedit quod dictum fuit. Ego tamen crederem iuriſconſultum in d.l.fi.ſuã determinationem intelligere,quando certa quantitas pœnæ nomine adiecta fuit: ita declarare videtur imperator.in.§.fin. inſti. de verbo.oblig.ex prædicta l.fi.deſumpto. Quæ iura inquantum de pœna loquũtur, vt alio non edocto nec probato exigibilis ſit,

17 limitatur† nõ procedere vbi vſurarũ immineret ſuſpicio: vt per Bal.& alios in l.rogaſti.i.§.ſi tibi.ff.ſi cer.pet.& Dec. in pręalleg.l.vnica.in xj.col.ſicque vbi promiſſio & taxa dationi quantitatis adiecta fuiſſet:ſecus ſi facto vel dationi ſpeciei : iuxta l.cum allegas.& ibi not. C.de vſur.& not. in d.§.ſi tibi. & adhuc iſtis caſibus pœna non poteſt quadruplum excedere,ſecundũ Mod. Pap.qui alios referunt in d.l. vnica. colum. xj.

18 Succeſsiue quæro,† an ſubſiſtat conuentio valeatq; ſtatutum,ꝙ ſuper intereſſe ſtetur dicto, depoſitioniue alicuius cum iuramento ſuper intereſſe: & per conſequens his caſibus per iuramentum intereſſe probetur? Reſpon. ꝙ ſic, nec poſſe paciſcentẽ in primo caſu pœnitere, ſecũdum communes ſcribentium concluſiones: vt per Abba.in c.dilecti col.fi. de foro compe. & in c.finem litibus. ad fin. de dolo & contu. Signor.in conſi.clvij.col.ij.Imol.in d.l. fi. Angel.in .§.actionum autem.colum.xviij. ver.& aduertas.inſti. de act. & in.§.idem iuris.col.xxvj.ver. ex his.inſtit.de excep. & in.§.fi.inſti.de verb.obli.pract. Papien. in primo libello.ſuper verbo,& expenſis. colum.v. Alex.conſi.xxxvij. col. fi. volu. ij.& conſi.cxiij.col.ii.lib.iiij.Soci. conſil. xcvj.col.pen.& fin.volu.iiii. Fely.in c. ii. col.iiii. de fide inſtru. Iaſo. in l. iuſiurandũ quod ex conuentione.in princi.ff. de iureiuran.& in l.ſi ab arbitro.col. ij.ff. qui ſatiſdare cog.& Deci.in c.ad hęc.el ij. colũ. ii.de appell.& in c. ſecundo. de probatio. in quibus locis doctores bonas, palpabileſque rationes aſsignant. Aduertendũq; ſummopere eſt ad illud,quod hic in fi. commenti de iſto communi intereſſe Deci.ſcri

19 bit† dum inquit debere eſſe in materia propinqua, probarique. & ſequitur Pariſius poſt eundem Decium ibi,in c.cum venerabilis.colum.viij.de exception. & ſecundũ hanc doctrinam(quæ fuit Pau. de Caſtro, Decij.& ſequacium) intereſſe non præſtaretur vniformiter ſed ſecũdum occurrentiã caſuum:& eſſet hercle tunc dificilis probationis:vt de hac probatione intereſſe dixit Iuriſc.in l.fin. ff. de pręto. ſtipu. Tu dicas & nota diligẽter,ꝙ ſufficit petẽtem inter-

eſſe probare ſe fuiſſe & eſſe mercatorē bo
næ vocis, conditionis, & famæ, taléque ne
gociationem exercere & exercuiſſe, & ꝙ
mercatores conſimilis conditionis degen
tes in loco vbi actor ipſe degit, vel talē ne
gotiationē, mercaturā, aut trafficum puta,
exercentes prout ipſe exercet, cōiter lucrā
tur & lucrari cōſueuerunt decem pluſque
pro centenario, & ipſe quoque tantū fuiſſet
lucratus, ſi pecunias ſibi debitas habuiſſet,
& negotiari cum eis potuiſſet: probato ꝙ
alij conſimilis conditionis tantum commu
niter lucrari conſueuerunt, obtinebit, & in
tentionē ſuam probaſſe cenſebitur. ſufficit
enim ꝙ a cōiter accidentibus probatio cō
cludat. glo. & Bald. in l. neque natales. C.
de proba. ponit Deci. in l. non hoc. col. pe.
20 C. vnde legit. maxime, cum † in probando
huiuſmodi intereſſe ſufficiant cōiecturales
probationes: vt dicit Bal. in d. l. vnica. col.
xiii. ver. ſexto qualiter probetur. & ita vo
luit Pau. de Caſt. in l. j. col. pen. ad fi. C. de
ſumma trin. & fide cath. & in conſi. ciij. in
cip. in cauſa, in antiquis. Are. in l. cōtinuus.
in. §. cum ita col. ij. ff. de verb. oblig. ſentit
etiam Alex. in conſi. cxlj. col. j. lib. v. & di
xi etiā in repe. d. l curabit. Et hæc eſt nota
bilis practica, vtilis valde ad facilius pro
bandum intereſſe, ſecundū quā intereſſe de
betur, petiturq; ſemper vniformiter ad ra
tionem de tot pro centenario, & ita vidi
practicari, & iudicari per ſenatum illuſtriſ
ſimi principis noſtri.

Circa tertium de modo, formaque ſentē
21 tiæ: † Spec. in d. §. viſo, col. v. vult ſuffice
re, ꝙ iudex ad intereſſe condemnet, ſi ſim
pliciter & generaliter petitum fuerit: per
l. ij. C. de ſen. quæ ſine cer. quan. licet po
ſtea dubitet, per regulam. d. §. curare. Ioan.
And. ibi in additionibus, ſi certa, inquit,
quantitas fuerit petita vel in proceſſu cau
ſæ certificata, ad illam fieri debere condem
nationem dicit: alias ſecus tenet, ꝙ vbi nō
eſt certificata, ſi actor petijt per ſententiam
declarari reum eſſe ſibi ad intereſſe obliga
tum, fieri id debeat, ſicuti fertur ſententia
ſuper idemnitate. d. l. ij. & per conſequens
ſentit non poſſe reū condemnari ad inter
eſſe, ob regulam §. curare. ſed bene pronun
ciari ad intereſſe ipſum teneri: & fuit ſen
ſus gloſſatoris. in d. l. ij. ad illum tex. not.
ſecundum Bald. ibi. ſequitur Paul. de Caſt.
in conſi. ccclxxvij. incip. in cauſa. col. fi. in
antiquis. vbi propterea inquit, reum aliter
non probato intereſſe interlocutiue abſol
ui debere. Prædictus intellectus quantum
ad d. l. ij. not. eſt. & ſatis tolerabilis: in mate
ria vero noſtra, reſolutio non eſt bona: &
per illummet tex. confunditur ac per practi
cam communem Sicuti. n. quando peto te
condemnari ad promiſſam indemnitatē mi
hi præſtandū, vel ad releuandū me indem
nē iuxta promiſſa: alia declaratione non fa
cta debeo obtinere & vincere, ferturque ad
id ſentētia. d. l. ij. cuius quidē ſententię præ
textu nulla contra te fieri poteſt executio,
niſi facta prius liquidatione damni paſsi.
Cur. vbi peto te condemnari ad intereſſe
meum, ſi illud probaui, licet aliter petitionē
non certificauerim, ad petita condemnari
pariter non debes? eritq;, vt ius diſponit, li
bello conformis ſententia, ſicq; nulla erit
incertitudo, reſpectu vero executionis, an
tequam fiat, liquidationē facere oportebit,
quemadmodū de promiſsione idemnitatis
diximus. & in materia intereſſe ſtatim dice
tur. Propterea Bal. Pau. de Caſt. & alij in
d. l. ij. C de ſen. quæ ſine cer. quant. dicunt,
22 ꝙ † ſi intereſſe petitum fuerit, certaq; quan
titas in proceſſu iudicij deducta, liquida
taque extiterit, ſententia tūc certa eſſe de
bet, & certam quantitatē cōtinere. d. §. cura
re. & hoc propter proſecutionē. Si vero in
proceſſu non fuerit deducta nec liquidata
certa quantitas, tunc ſine certa quantitate
ferri debet ſententia ad intereſſe petitum, et
in executione (dicit Bal.) fiet liquidatio, &
hoc ſummarie: ſecundū Bar. ibidē, & ſæpe
in practica ſeruari vidi. de qua materia tra
dunt Bar. in l. iij. col. iiij. C. de pign. Are. in
d. §. curare. col. antepe. Mod. Taurin. in l.
admonendi. col. vij. ff. de iureiur. & in l. cer
ti conditio. in prin. ff. ſi cert. peta. & latius
proſequitur Soci. in c. ſignificantibus. col.
xvj. ver. ſexto infertur. de lib. obla. dicēs,
23 ꝙ † etiam ſi non ꝓbaretur certa quantitas
in proceſſu: ſed intereſſe tantum, vt quia te
ſtes deponerent actoris intereſſe, ſed de quā
titate interrogati ignorare ſe reſponderent,
reum abſoluere non debet iudex eo ꝙ cer
ta quantitas non ſit probata, immo male
facerēt abſoluendo: Verum quo certam ſen
tentiam ferat, poteſt ex officio, inquit, ſe
informare de quantitate intereſſe, vel duo
bus committere, ſeu alios teſtes examina
re ad liquidationem & certificationem ip
ſius intereſſe: iuxta not. per Bar. in l. quod
ſi ex pamphila. ff. de leg. ij. Et ſi forte pro
pter aliquod impedimentum, peremptio
nis inſtantiæ puta, iudex aliam declaratio
nem ſumere non poſſet, non debet, inquit,
reum abſoluere, ſed condemnare in id quod

intereſt,prout in executione liquidari continget.arg.iurium prædictorũ. Facit c. auditis. de procur. vbi probatur, ꝙ quando quantitas eſt incerta,fertur tamen certa ſententia,ſed non mandatur executioni donec fuerit certificata.Idem ponit Aret. in.§.fi. inſti.de verbo.obli.vbi mandat menti cõ-
24 mendandum,ꝙ†ſi intereſſe deductum aut petitum eſſet, non autem probatum quantum interſit, ex aliquibus tamẽ appareret de intereſſe,poſſet iudex ex officio ad intereſſe condemnare,& ſe informare de quãtitate intereſſe, illudq; in condemnatione deducere,vt probatur in l.ſemper.in.§.hoc interdicto.cum ibi not.per Bar.ff.quod vi aut clam.ſicut in ſimili per illum tex. dicimus,ꝙ ſi in iudicio conſtet de veſte reſtituenda,ſed non conſtat de valore rei,poteſt iudex ex officio veſtis æſtimationẽ qualificare & ad illam reum condemnare: vt dicit Bar.in d.l. ſi quod ex pamphila. quem ſequitur ibi Angel.licet Bal.improbet, & hæc multum no.reputat ibi Angel.Idẽ voluit Bartol.in d.l.vnica.C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt. ad fin. commenti. & Mod.Papien.ibidem in vltimis verbis, plurimum notari mandantes ex dictis Bar-
25 tol.†ꝙ vbi ſingulare intereſſe non fuiſſet in iudicio probatum, iudex ex officio ſe informare poſsit & condemnare:immo fortius in iudicio in quo non ſit probatus valor & æſtimatio rei de qua agitur, poſſe iudicem ex officio de valore ſi informare, & in illo condemnare.quod eſt mirabile. per dictum Bart.in d.l.ſi quod ex pamphila.ad quod vide tu Corne. in conſil. cclvj. & cccxviij.colum.fin.lib. iiij. vbi conſuluit, ꝙ licet qualitas intereſſe probari debeat per actorem,ſi tamen non probetur,ęſtimari poſſe per iudicem.arg.d.l.ſi quod ex pãphila.cum not.per Bartol. & ꝙ iudex videns reum eſſe condemnandum ad æſtimationem alicuius rei;vel ad intereſſe, & nõ probetur quanta ſit rei æſtimatio quantumve ſit intereſſe, non debet abſoluere quaſi actor non probauerit: ita vt certa ferri poſsit ſententia,iuxta.§.curare.ſed potius debet ipſe rei, vel intereſſe, quantitatem æſtimare, vt ibi per eum poſt Abbatem & alios quos refert, Idem ſcribit Rapha.Commen.in conſil.cij.ad finem. quod probatis melioramẽtis, licet nõ fuiſſet probata certa quantitas, iudicem ęſtimare debuiſſe, vel ſaltem retentionem pro melioramentis dare, liquidandis poſtmodum in executione. Ad prædicta facit l. ſi irruptionem. ff.finium regundorum.& quę ſcribunt Bald. & alij. in l. cum iudex. C. de ſenten.& Deci.in conſil.cccccxvij.colum, j.ꝙ, vbi iudex propter temporis breuitatem acta examinare, & diſcutere nequit, ſubſiſtit ſententia per quam reum abſoluit, ſi ex probationibus factis abſoluendũ appareat.& ſi condemnandum appareat,condemnet, ita ꝙ ex cauſa toleratur ſententia, quamuis non omnino certa, Accedant etiam quæ ſcribit Bald.Nouell.in tract. de dote.fol. iij.

26 Poſtremo ſcias, in † ſpiritualibus non poſſe peti intereſſe ſicut in profanis. Innocen.in cap. querelam. de elect. Rota deciſio.ciiij. in antiq. Ludo. Gomes ſuper regula de annali poſſ.q.xl. Intelligẽdo reſpectu beneficij,ſecus vero reſpectu incommoditatis & expenſarum.conuertuntur enim, iſto caſu,damnum & intereſſe, vt ibi per eum.quæ omnia not.

SVMMARIVM.

1 *Qui tenetur dare fideiuſſorem an liberetur dando pignora.& nu.4.*
2 *Qui tenetur dare vnum pignus an poſsit aliud æque idoneum dare & nu. 6. Et an liberetur ſi ſit ualde idoneus nu.10.*
3 *Obligatus ſatiſdare, liberatur dando fideiuſſorem aut pignora.*
5 *Solutionis, verbo quomodo accipiatur.*
7 *Nemo cogitur mutare debitorem vel obligationem in re conſtitutam.*
8 *Idoneus,qui a ſatiſdatione liberatur, ſi tenetur dare pignora, nõ liberatur.*
9 *Obligatus ſatiſdare ex hominis diſpoſitione licet ſit idoneus non liberatur. Secus ex legis vel ſtatuti diſpoſitione.*
11 *Cautionis appellatione,quid veniat.*

L. XXV. Pomponius.

PLVS cautionis in rem eſt quam in perſonam.

SVMPTA fuit ex ll.i gl.alleg. & ex l. ſi fundus.in.§.i vẽdicatione.ff de pig. Plus itaque ſecuritatis & cautelę eſt in rẽ, ꝙ̃ in perſonã,et ratio aſsignari poteſt,vt hic per gl.ꝗ intelligit iuriſcõſultũ hic facere differẽtiã inter actionẽ realẽ & perſonalẽ,& ſic

fortiores ſunt actiones reales ꝙ̃ perſonales vt per Pau.de Caſt.& Mod.allegãtes hãc legem ad hoc.in rub.ff.ſi cert. peta. Aliter intelligi poteſt,& forte magis ex mẽte iuriſconſulti,qui nõ loquitur de actione reali, ſed de re:vt intelligamus plus cautelę eſſe in rem.i.ꝙ quis rem teneat ac poſsideat, ꝙ̃ ꝙ in perſonam agat:quia vt dicitur inſti.de oblig.quæ ex delict naſc. in.§.furti. expedit potius pignori incumbere, quã in perſonam agere: vt hic etiam ſentit Deci. hinc eſt ꝙ iuriſconſultus in l.minus. ad ff. infra eo.minus eſſe,inquit, habere actionẽ, ꝙ̃ rem,Et licet agens rei vendicatione dominium vere habeat,remq; habere videatur,per l.qui actionem habet ſupra eo.plus tamẽ eſt abſque dubio, vt inquit glo. rem apud ſe habere, ꝙ̃ actionem ad rem ipſam recuperãdam,propter commodum poſſeſſionis quod eſt maximum: vt ibi dictum fuit. nimirum igitur ſi plus ſecuritatis & cautelę eſt in rem ꝙ̃ in perſonam, hoc eſt, rem tenere,quam partes actoris agentisue ſuſtinere.

Et per iſtum tex.infert hic Bart. ſecun-
1 dum Deci.ꝙ † ille,qui fideiuſſorem dare tenetur,liberatur dando pignora: quia plus cautionis eſt in rem ꝙ̃ in perſonam. non obſtat ꝙ vnum pro alio inuito creditore ſolui nõ poteſt l.ij.§.j.ff.ſi cer.pet. quia nõ loquimur hic de ſolutione,ſed de cautione
2 quo caſu qui† promiſit vnũ pignus dare, poteſt aliud eque idoneum tradere. glo.l.ſi titio.ff.de pigno. Item quia pro fideiuſſore alius eque idoneus dari poteſt, cum teneatur quis facere ꝙ ſibi non nocet & alteri prodeſt,vt hic per Deci. Aduerte tamen quia Bar.non dicit id ad quod per Deci.allegatur:quia loquitur in eo qui tenetur ſatiſdare,nõ in eo qui fideiuſſorem dare tenetur,inter quæ magna, vt ſtatim dicam ,eſt differẽtia,ſed in l.prætoriæ.la iij ff.de prętor.ſtip bene loquitur de eo qui fideiuſſorẽ dare tenetur.Cõmunis & vera doct. con
3 cluſio eſt,ꝙ † obligatus ſatiſdare, liberetur dando fideiuſſorem,aut pignora : quia non receditur a proprietate vocabuli ſatiſdationis l.j.cum ibi not.ff.qui ſatiſda.cog. obli-
4 gatus† vero fideiuſſorem dare , per dationem pignorum ſe liberare nequeat: quia aliud pro alio inuito creditore præſtari nõ poteſt,vt dictum eſt,& cõſequenter inuito creditore pignora dare non poteſt,qui fideiuſſorẽ dare tenet. Quãuis enim tex.§.j.d. l.ii.ſi cert.pet.de ſolutione: vt ait Deci. loquatur,ibi ſolui nõ põt:ad ſolutionẽ tamẽ nummorũ id non refertur,ſed ad traditionẽ & prẽſtationẽ ideo Alex.in d.l.j.col.j.qui ſatiſd.cog.hanc materiã tractans: aliud, inquit,pro alio inuito creditore prẽſtari non poteſt. Iaſ. vtitur verbo,dari. & clare probatur in d.§.j.dũ loquitur de cõſiſtentibus pondere & mẽſura. Et inde vtitur verbo, ſolui,quod prẽſtationem refert. Et ſoluere, pro ſatisfacere,ponitur tã apud legiſtas, ꝙ̃ apud oratores & comicos : vt in rubro & nigro.ff.iud.ſol.& in illo Teren. in Adelphi. neque tu verbis vnquã ſolues , quod mihi malefeceris. Et in hoc deceptus fuit
5 Deci.†non aduertẽs ad vim vocabuli, quę etiam exprimitur in l. ſolutionis verbũ.ff. de ſolu.& in l.nemo dubitat. vbi forte etiã dicam infra eo. Et ꝙ hęc opinio cõis ſit, atteſtãtur. Alex.& Iaſ.in d.l.i.col.i.& ipſe Alex.in apoſtil.ad Bart. in d.l.prętorię.& Moder.de Fano.in tract.de pignor.in prin. quintę partis prin.aliã rationem poſt Iaſ. aſsignantes. Labor.n.& periculũ eſt in cuſtodia pignorũ,quibus inuitus creditorem aſtringi ęquum non eſt,nec iuſtum .§.pe. l. quemadmodũ.ff.ad leg.acquil.Et cõſequẽter licet plus cautionis ſit in pignore quam in fideiuſſore,propter difficultatẽ exactionis,& expenſas litis:tamẽ in periculo maiori verſatur ac labore propter cuſtodiã pignorum,ideo recuſare põt pignus prætendens ſua intereſſe potius habere idoneũ fideiuſſorem ꝙ̃ pignus , ſicque patet ſol. & reſpon.ad illud vulgatum dictum per Deci.alleg.quod tibi non nocet &c.qua ratione,quod cõtra Deci.de pignore dictũ fuit, ſequuntur ẽt Mod Taurin. in d.l.ii.in.§.j. col.xii.Poſſet etiam aliter reſpõderi ad regulam illam,quod tibi non nocet ex declaratione Bar.ad illam in d.l.ii.in prin.ff.ſol. mat.& latius Are.Iaſ.& alii ibidem in vlt.
6 col.tradunt.Et ꝙ† obligatus vnũ pignus dare, eque idoneum dando liberetur: vt inquit Deci.per glo.d.l.ſi titio. ſequuntur ẽt Moder.de Fano.in d.tract.de pign.i prin. tertię partis princ.in v.col.adducẽtes Frã. de Crema i ſing.idẽ tenẽtem: Sed Moder. Taurin.loco præalleg.reprehẽdunt Deci. quia glo.illa oppo.probat,arguendo a ſpeciali,iuncta.l.quod vero cõtra.de legib.dicentes propterea Ang.qui idẽ tenebat,merito ibi reprobari per Roma.& Moder.tu vide Are.ibi circa fin.commẽti prius , qđ de ęque idoneo pignore ſupponẽdo dictũ fuit,recte reprobãtẽ. Plura adduci poſſent,
7 ꝙ quis non cogatur mutare debitorẽ, nec obligationem in re aliqua ſibi conſtitutam.

.§.j.l.ſi mãdato meo.ff.man. plene tradunt Fulgo.in cõſi.clxxxv.Saly.in l.fi.circa fi. C.de ſerui.& aqua.Alex.in l.qui romę. in prin.in iij.col.ff.de ver.oblig.& in l. diem functio.col.pen.vbi Deci.et col.pen.& Seuer.q.xvii.ff.de offi.aſſer.Iaſ. in d.§.j.col. fin. Lancel.Deci.in l.pacto ſucceſſorum.in fi.C.de pac. Deci. omnino in l. ſi pater C. de collat.vbi,proſequendo quod etiam hic dixit de fideiuſſore dato dando ve, vt alius ęque idoneus pręſtari valeat,defendere nititur reſpondendo ad text. d.l. ſi mandato meo,ꝙ nõ procedit ex cauſa. Sed nõ eſt recedendum a contraria opin.quæ cõis eſt, vt patet ex ſupraallega.Et §.ſed ſi quis.l.q autẽ.ff.de cõſtitu.pecu.per Deci.adductus oppoſitum probat, dum ita demum id admittit vbi fideiuſſor dandus mortuus erat. Ex qua cauſa neceſsitatis, ſcilicet, recedimus quidẽ ab eo quod dicitur in d.l. ſi mã dato,alias ſecus,ſecundum moder. Taurin. in d.§.j.col.xiij.facit optime regula.l.fi. ff. de vſu & habi.&.§.pręterea.inſti.de actio. ꝙ generaliter vnũ pro alio inuito creditore dari,pręſtari,fieriue nõ poteſt,quæ iura adducuntur per alios ſcribentes in d.l j.ff. qui ſatiſd.cog.

8 Poſtremo notan. eſt, ꝙ licet † liberetur quis a ſatiſdatione præſtanda ſi ſit valde idoneus,nõ tamẽ liberabitur ſi pignora dare teneatur,per iſtã regulã,quia plus cautionis eſt in rem ꝗ̃ in perſonã,ſecundũ Deci. hic,quem ſimpliciter ſequuntur Moder.de

9 Fano,loco prætalleg. † Et adhuc vbi quis teneretur ex diſpoſitiõe hominis ſatiſdare, non liberaretur quãuis eſſet valde idoneus per regulam.l.cõtractus.ſupra eo.ti. & ſcribentes prætalleg.ac alij in d.l.j.loquũtur in obligato ex diſpoſitione legis aut ſtatuti, non autem ex diſpoſitione hominis.

Differũt igitur,vt ex prędictis apparet, ſatiſdare,fideiuſſorem pręſtare,pignora dare,& cauere,Satiſdare.n.eſt aliquem cautũ facere,ac ſecurũ datis fideiuſſoribus:et qui obligatus eſt ſatiſdare liberatur fideiuſſores dando, vel pignora: ſatis.n.proprietati vocabuli ſatis fit,& adhuc a pręſtatione fideiuſſorũ & pignorũ eximitur,qñ eſt facultatibus idoneus:niſi ex hominis diſpoſitione ſatiſdatio ſit in obligatione. Fideiuſſorẽ vero pręſtare obligatus,non auditur pignora dare volẽs, per rationẽ prędictam:a qua pręſtatione fideiuſſorum liberatur, ſi ſit valde idoneus,niſi ex diſpoſitiõe hominis cauſata fuerit ipſa obligatio: vt dictũ eſt ſupra de obligato ſatiſdare, cũ ſit eadẽ ratio. Pignora aũt dare debẽs,nõ liberatur ſi velit fideiuſſorem dare: quia aliud pro alio &c.

10 Et cognita † an liberetur a datione pignorũ ſi ſit valde idoneus?crederem ꝙ non,per regulam legis noſtræ,quia plus cautionis eſt in rem ꝗ̃ in perſonam,propter difficultatẽ exactionis & expenſas faciendas in exactione,intereſſe igitur eſt creditoris potius pignora penes ſe habere, ꝗ̃ tenere quępiam licet ditiſsimũ obligatum. Nomine autẽ

11 † cautionis nuda promiſsio venit ac intelligitur.l.ſancimus.C.de verb.ſig.regulariter ſcilicet,ſunt,n.plures caſus in quibus rõne adiuncti, vel ſubiectæ materię fideiuſſores dandi ſunt per obligatũ cauere: vt per Iaſo. & alios in d.l.ſancimus.Barb.in c.fi. in.§. fi.col.xvii. vt lite nõ conteſt.Deci.in cap. qua frõte.col fi.de appel.& Corſ.in ſuis ſingu.in verbo cautio,Et in cautione rati,vbi agitur de libertate,vel alia re ineſtimabili pœna debet in cautione apponi.vt per Deciũ in l.libertus.infra eo. Vbi vero obligatus idoneę cauere vel ſatiſdare id facere nõ põt:qõnis eſt,an admittatur ad iuratoriam cautionẽ?tradit Roma.in cõſi. ccccxxxix. col.fi. Alex.conſi.lvij.col. fina. lib.iij.Soci.conſi.cxx.col.ij.volu.j.ſcribentes omnes in l.j.ff.qui ſatiſd.cog.Lancel.Deci.in l.ij.in.§.ſed ſi dubitetur.ff.de iudic. Mod. Benoñ.in l.j.in.§.præterea.co.xvij.cũ ſeq. & in l.maritus,col.antep.& ſeq. ff. de qõ. quæ omnia diligenter not.ſunt.

SVMMARIVM.

1 *Citatio illius,quo inuito actus expediri poteſt,non eſt neceſſaria.*

2 *Filius, qui patre inuito poteſt agnoſcere bono.poſſeſ.an poſſit eo ignorante.*

3 *Mulier prohibita contrahere ſine conſenſu propinquorum, poteſt contrahere illis inuitis & nolentibus conſentire,ſed non eis ignorantibus.*

4 *Hæc regula procedit in materia correctoria & limitatoria.*

5 *Limitatio multiplex ad hanc regulã. Et quãdo tractatur de pręiudicio tertij nu. 7.*

6 *Quod fieri põt cauſa cognita me inuito,me ignorante fieri nequit.*

8 *Arg.ab æquiparatis,etiam in materia correctoria valet.*

9 *Abſens,& præſens,quis dicatur.*

L. XXVI. Vulpianus.

QVI poteſt inuitis alienare, mul to magis & ignorantibus & abſentibus poteſt.

Per hanc regulam, quæ clara eſt, & ſu-
1 mitur ex ll. in glo. allegatis, infertur, † nunquam debere citari illum, quo inuito actus expediri poteſt: vt per Deci. hic. & in l. ſi pacto quo pœnam. col. ij. C. de pac. Alex. cõſi. cxxx. lib. j. Mod. Bonon. in repe. l. de vno quoque. nu. 87. ff. de re iud. Et in locis prædictarũ remiſsionũ inuenies deciſiones plurium quæſtionũ per hanc regulam factas. Correctius tamẽ loquuntur ibidẽ ſcribentes, quàm hic faciat Deci. dicentes non vt ipſe Deci. hic, quod citari non debeat ille quo inuito actus expediri poteſt, ſed quod non eſt neceſſaria citatio illius: vt etiam per Iaſ. in l. ſi quando. col. iiij. C. vnde vi. Arguit ẽt per hanc regulam glo. §. itẽ acquirimus. l. j. ff. de acquir. poſſ. in ver. peculiariter: vt per eam. & pariter alia glo. in l. j. in verbo ratã.
2 C. qui admitti. dicens † hodie filium patre inuito poſſe agnoſcere bono. poſſ. a fortiori, dicit, eo ignorante: per regulam iſtã. Iaſ. ibi Angel. ſequutus, contrarium tenet quibuſdam motiuis quæ prius fuerunt Rimi nal. quam opi. latius proſequitur in l. qui in aliena. in prin. in i. & iij. col. ff. de acquir. hære. vbi eſt glo. concordans cum alio præ alleg. in verbo, ratam, quia in bonis filij pater legitimam habet adminiſtrationem, licet filio acquiratur proprietas l. fin. §. filijs autem. C. de bonis quæ libe. ideo ſine patre non videtur poſſe adire. Nec obſtat quod patre recuſante adire poſsit, quia tũc ſtat per patrem ipſum, cui eſt imputandũ: quæ ratio ceſſat in patre ignorante, & ſic tollitur fundamentum glo. prælleg. quia regula legis noſtræ procedit vbi eſt eadẽ ratio, ſecus ſi ſit diuerſa, vt in iſto caſu, & habemus in
3 ſimili de † muliere prohibita ſine conſenſu propinquorum contrahere, ſi illi requiſiti nolint conſentire, poteſt eis inuitis contrahere, vt per Bartol. & Alex. in l. ſi cum dotem. in. §. eo autem tempore. ff. ſolu. matri. & tamẽ abſurdum eſſet dicere quod illis ignorantibus poſſet contrahere. Sed non eſt recedendum a communi opin. quam defendunt Deci. & omnes Moder. poſt Alexã. in d. l. j. qui admitti. motiuis Ang. & Iaſo. reſpondentes maxime, dum dictum fuit videri aliam rationem eſſe in patre ignorante, quàm in contradicente: quia in propoſito eadem eſt ratio, filius enim integrã habet perſonam ad hæreditatem adeundum, & iuſſus patris ſolum requiritur pro intereſſe ipſius patris: iuxta not. per Bar. in. §. neceſsitate. ideo videtur quod patre ignorante filius poſſit adire, quia de intereſſe patris agitur propter vſumfruc. quem habiturus eſt ratificãdo aditionem filij. E contrario autem filio recuſante ſolus pater adire poteſt. d. l. fina. in. §. ſimiliq; modo. non tamen illo ignorãte, Sed eſt ratio, quia patri nõ eſt delata hæreditas, ſed ipſi filio & per ſolam recuſationem filij aperitur via patri, ideo de tali recuſatione conſtare prius debet, & hoc caſu non procedit regula l. noſtræ: quia non eſt eadem ratio, data ignorantia filij, quæ ſubeſt data contradictione: vt per ſcriben-
4 tes prælleg. Et ſecundũ † prædictam communem doctorũ cõcluſionem procedit hæc regula etiã in materia correctoria: quia virtute iſtius antiquæ regulæ inuitos & ignorantes parificantis de vno caſu ad aliũ parificatum licita erit extenſio, cum ſit interpretatio paſsiua. Et clarius, magiſque quãdo materia eſſe limitatoria: vt per Alexan. & alios in d. l. j. C. qui admitti. & Iaſ. in d. l. qui i aliena. in princi. in iii. colũ. & latius dicam de hoc in l. prætor. infra eo.
5 Limitatur hic † per glo. hæc regula pluribus modis, Bar. nõ bene reſoluit, impugnat enim rationẽ iuriſcõſulti in l. ſi in tres. ff. de arb. cui tanquã loco ſacro debetur reuerentia. Vnde Deci. paucis ſe expediẽs hanc regulam procedere firmat, vbi eſt eadẽ ratio. alias ſecus, quod probari poteſt ex ſupradictis, & infra dicemus referẽdo Alex. & ſimiliter dicit Deci. non procedere, vbi eſſet data forma a lege vel ab homine quod abſentes requirerẽtur, vt hic per eũ. & Iaſ. in l. duo ex tribus. ff. de re iu. vbi quædam ſcribit ad declarationẽ & materiã. d. l. ſi in tres & latius Frãc. de Curt. Iun. in cõſi. 79.
6 Poſtremo hãc regulã limita. † vt pulchre per Are. in l. ij. in. §. ſi. col. ſi. ff. ſol. mat. dr. inquit, in hoc. §. ſi. ſi filia abſens ſit, non admitti patrẽ niſi de rato caueat, ſed hoc falſum vr in vno caſu, qñ v3 eſſet abſens, & ſi præſens eſſet ad cõtradicendũ nõ admitteretur, quia nõ haberet contradicendi iuſtã cauſam, vt ſupra dictum eſt. cum ſit regula; quicquid te inuito fieri poteſt, te etiã ignorante fieri poſſe, ſed pater filia præſente, & inuita agere poſſet, vbi contradictionis iuſta non adeſt cauſa. eadẽ ergo ratione poſſe agi debet ea abſente & ignorante, cõtra text. noſtrum. Sed reſpon. poteſt & erit

not.limi.inquit Areti.regulam eſſe veram quando abſolute me inuito fieri aliquid poteſt.Sed vbi non poteſt aliquid me inuito fieri niſi cauſa cognita permittenteque iudice: vt in caſu.d §.fi.& in l.ſi cum dotem. in .§.eo autem tempore.in ver.ideoq; officium.eo.tit.non procedit regula illa: quia quod fieri poteſt cauſa cognita me inuito, me ignorante fieri nequit.

Aduertendum etiam eſt circa intelligentiam præſentis regulæ:non enim, ita abſolute,generaliterq; vt allegatur,ęquiparata, exequataq; hic ſunt , poſſe id fieri me abſente & ignorante,quod fieri pōt me recuſante & inuito. verum ad alienationem iuriſconſul.ſe refert,quaſi dicat, me nō poſſe impediri per contradictionem,repugnantiā, ignorantiā, vel abſentiā alicuius, quin iure meo vtar alienando.ſ.quia ad ſui præiudicium in re ſua quilibet eſt moderator , & arbiter vulg.l.in re.C.mand.etiam alienando in ſui præiudicium rem alienam l.rē alienam.ff.de contrahen.empt. iſta videt̃ fuiſſe mens & intentio iuriſconſult. in hac re-
7 gula,Ex quo infertur,† ꝙ ſi de pręiudicio damnóve tertij ageretur: prout in caſibus poſitis per Alex.in l.j.colum.pen. C. qui admit i. ſecus eſſet, quod videtur not.pro declaratione præſentis regulæ. Et poſtea ꝙ̃ prædicta ſcripſi,comperi ita poſt Ange. ſentire Riminal. licet non ita clare explicet,in d.l.j.C.qui admitti.col.xv. & in fi. commenti.vbi poſt Ang.tenet, ꝙ lex iſta loquens in alienatione, non extendatur ad alios caſus:ſicuti dicimus in l.actus legitimi infra eo.tit. relinquit tamē cogitandū. Alex.tamen in d.l.j.colum.pen.& communiter ſcribentes tenēt hic factam eſſe æquiparationem,& exequationē generaliter,vt quod poteſt fieri me inuito, poſsit & abſol
8 ui me ignorante, & propterea†arguunt ab exequatis & æquiparatis etiam in materia correctoria, quia vbi duo ſunt æquiparata & exequata in l.antiqua,lex noua ſuperueniens , & diſponens in vno cenſetur diſponere & in alio.l.ſi quis ſeruo.cum ibi not.C.de fur.pulchre Arc.in l.ij. colū. fin.ff.de leg.j.& pro eis facit, quia hic, vt natura tit.indicat,lex iſta poſita eſt per modum regulæ,ideo &c. Præterea dico iſtud idem clare probari in l.iiij.in.§.illud. ff. de fideicom.lib.vbi iuriſconſul.arguit regulę adhęrens,ꝙ illud quod fieri poteſt inuitis, poſsit etiam fieri ignorantibus intelligēdo quādo eadē eſt ratio in prædictis perſonis recuſantibus,& ignorātibus, & quādo nō agitur de præiudicio tertij: vt per Alexā. loco præalleg. Si autem velles ſcire pro intelligentia eorum , quæ hic dicuntur de
9 ignorante & abſente, quis†dicatur abſens & quis pręſens. vide Anchar.in conſi. ccxcvj.Cor.in conſi.xxxvj.col.iij.lib.ij.Soci.in tracta. cita.in ſeptima ſpecie citationis.& Felyn.in c. quoniam frequenter. in prin.in vlti.col.vt lite non conteſt.

SVMMARIVM.

1 *Pacto priuatorum iuri publico derogari nō poteſt. Et quando ſit ratio nu. 11. Secus per ſtatutum nu.4.5.*

2 *Ius publicū quid ſit. Et ius ſolemne nu.3.*

6 *Arg.de ſtatuto ad pactū quando procedat. & nu.7.8.*

9 *Pacto priuatorū obligationum cauſæ derogari poteſt. Et Obligationū cauſæ q̃ ſint.*

10 *Pactum ſuper obligationibus delictorum an valeat.*

L. XXVII. Pomponius.

NEC EX prętorio,nec ex ſolēni iure,priuatorū cōuentione quicquā immutandum eſt: quāuis obligationum cauſę pactione poſſint immutari , & ipſo iure,& per pacti conuenti exceptionem: quia actionum modus , vel lege,vel per prętorem introductus priuatorū pactionibus non infirmatur: niſi tunc cum inchoatur,pactio inter eos conuenit.

SVMITVR ex l. ius publicum. ff. de pac.& alijs p̃ glo.alleg. Vtq; intelligas. tex.qui difficilis vr̃.diuide in duas partes. In prima ponit regulā , ſeu bimēbre dictū. In ſcda ibi,q.a actionū.rationē reddit. Iterū prima pars ſubdiuidit̃ in duas particulas, prout duo ponit dicta. Et eſt ibi ſecunda , quāuis,ꝙ quidē ſcda ī alias duas particulas ſubdiuidit.In prima aſsignat rōnē.In ſcda ibi,niſi. limitationē ponit, & tēperamētū.

1 Not.primo ex tex.†ius publicū, ſiue p̃torium,ſiue ciuile, pactis priuatorum immutari vel tolli non poſſe: vt etiam dicitur in d.l.ius publicum. & in l. pen. cum not.C.

de pact.& in l.nemo poſt.ff.de leg.j. in c ſi
diligẽti.de foro compet,in l. neque pignus
in.§.j.infra eo.vbi deo dante etiam videbi
2 mus. Publicum† vero intelligitur duobus
modis,ſecundum Deci.hic. alios duos po-
nit Iaſo.in d.l.ius publicũ,nonnulla ad pro
poſitum.tradunt etiam doct. in l.j. ff. ſolu.
mat.ponentes quæ dicat publica vtilitas.

Et quemadmodum iuri publico priuato
rum pactis derogari non poteſt. ita priuato
rum conſenſus non poteſt iuriſdictionem,
quæ de publico introducta eſt,tollere.l.pri
uatorũ.C.de iuriſd.omn.iud. Verũ illa ver
3 ba,nec ex †ſolenni iure,in princi. iſtius re-
gulæ poſita,de iure ciuili l. xij.tab.intelli-
guntur:ex quo ſolennes actiones deſcende
runt: vt dicitur in l.ij.in §.deinde ex his ſu
pra de orig.iur.quæ tamen ſolennitas et for
mulæ impetrandarum actionum hodie ſub-
latæ ſunt:vt patet ex tit.C.de formul. cum
adductis,per Mod. Aſten.in tracta. de for-
ma.ſub rub.qualis eſſe deb. for. & Alciat.
lib. iiii.diſpõ.c.vlti.facit.c.dilecti. cũ not.
de iudi.Et vix inuenies aliũ text.mentio-
nem facientem de ſolenni iure. facit tamẽ.
tex.l.& ſi nihil.infra eodẽ. ibi nihil facile
mutandum ex ſolennibus, & ſolenne dice-
batur ius l.duodecim tabul.quia cũ magna
ſolennitate ferebatur lex: vt dixi in l. ii. in
ver.poſtea ne diutius.& in ver.exactis. el
ij.ſupra de origi. iur. Et quamuis per pa
ctũ priuatorum iuri publico derogari non
4 poſſit,†id tamẽper ſtatutum fieri poteſt:
vt hic per glo.& Deci. affirmantes etiam
vniuerſitatem contra ius publicum ſtatue-
re poſſe:de quo per Bar.in l.omnes populi,
colum.viij.verſi,tertio iuxta prædicta quę
ro.ff.de iuſti.& iure.& ibi Iaſ.in j.q. Bart.
& Moder.Bonon. in ij.ſol. Abb. in c.qđ
clericis.col.fi.de foro compet.Calder.con
ſil.xviii. Alex.conſi.lxxxiii.clxxvii. cc-
xvi.lib.ii.Corn.conſil.clv.col. ii. lib. iiii.
5 pulchre tangentes, † vtrum omnes populi
poſſint contra ius commune ſtatuere, de
quo etiam per Bald.lib.j.in conſi. clx. Al-
beri.de Roſa.in prima parte ſtatutorum.in
vii.q.Mod.Aſten.in tracta. excluſiuo fœ-
mi.ſtan.agna.q.v.col.iiij.Deci.in c. eccle-
ſia.col.iii.& x.verſi.nec obſt. de conſtitu.
& in c.ſi duo,col.ii.de appel.Ripam lib.i.
reſponſorũ.c.xi.& Ioan.de Pla. in l. ſi qđ
extra ordinem.C.de lega. lib.x. Cuius ta-
men deciſio confunditur ex communi prę-
6 alleg.ſcribentium doctrina:†multa itaque
per ſtatutũ fieri poſſunt,quæ per pactũ fie-
ri nequeunt; vt hic per Deci. id pluribus
deciſionibus approbantem. Quod autẽ te-
ſtandi facultas per ſtat.tolli poſſit: vt ipſe
Deci.hic voluit, firmat & defendit, idem
Deci.Soci. & Mod in l.pactum quod dota
li.C.de pact.& dixi in repeti. l.fin,eo.titu.
Procedunt autem prædicta, vbi agitur de
derogatione iuris publici ſimpliciter, ſe-
cus ſi turpe aliquid & contra bonos mo-
res,quia etiam negatiue valeret arg. de pa
cto ad ſtatutum:ꝙ ſi non poteſt fieri pacto,
nec etiam ſtatuto,vt hic per Decium. Ra-
7 tio†vtriuſque membri ad manum eſſe vi-
detur:ideo enim per ſtatutum iuri publico
derogari poteſt,quia fit lege permittẽte.d.
l.omnes populi. id quod priuatis denega-
uit.d l.ius publicum. quando autem turpe
aliquid & contra bonos mores eſſet, mirũ
non eſt,ſi per ſtatutum id fieri non poteſt.
Lex enim dei donũ eſt: vt ſupra de leg.l.ii.
& diuinitus promulgari dicitur.l. fin.cum
glo.in verbo,diuinitus.C de præſcrip lõg.
tempo.vnde vt dicitur.in c. erit autẽ lex.
debet eſſę æqua,iuſta,ſancta, & poſſibilis.
Et leges dicuntur ſacratiſſimæ.l.leges. C.
8 de legib.Affirmatiue vero arg.tenet.†fieri
poteſt per pactum,ergo & per ſtatutũ vbi
eſt eadem ratio,ſecus ſi diuerſa: vt hic per
Decium, ſed quomodo intelligi hoc de-
beat latius declaraui in l. iura ſangui-
nis ſupra eod.

9 Secundo not.obligationum†cauſas pa-
ctione & conuentione partium immutari
poſſe tam ipſo iure,ꝙ̃ per exceptionem.

Dicuntur autem cauſæ obligationũ di-
uerſimode.vno modo in l.obligationũ fere
ff.de actio.& obli.obligationũ, inquit ibi
iuriſconſultus,fere quatuor ſunt cauſæ,aut
enim in his dies eſt: aut conditio:aut mo-
dus: vel acceſſio? Hoc modo hic non cre-
do accipi. Aliter capimus cauſas obligatio
num,quæ naſcuntur ex contractu, malefi-
cio,aut ex variis figuris cauſarum:iuxta l.
j.ff. de actio. & obliga. Iuriſconſultus
hic,vt arbitror, cauſas obligationum pro
contractibus capit:qui quidem contractus
obligationum naſcentium ex ipſis contra-
ctibus cauſæ ſunt,legemque ex conuentio
ne accipiunt,& a conuentione regulãtur l.
cõtractus.vbi diximus in not. ſupra eodẽ,
non eſt igitur mirũ ſi poſſunt pactione im-
mutari,illorumque natura alterari. Et ꝙ
hic iuriſconſultus intellexerit de cõtracti-
bus non de delictis, patet ex ſequentibus
ibi,actionum &c.vult ergo dicere iſte lex.
ꝙ ius publicum pactis priuatorum immu-
tari non poteſt:ius vero obligationum &
contractum,

contractuum,vt reſpiciunt priuatam vtilitatem,immutari bene poteſt,tam a principio q̃ ex poſt facto. vt quemadmodũ hic ſentit glo.plus minus ve,pront partes conuenire voluerint,veniat in contractu: cum ſit etiam regula iuris antiqui, poſſe quem renunciare his quæ pro ſe introducta fue-
10 runt.l.pe.C.de pact. Quantum autem † ad obligationes quæ ex delictis naſcuntur; ante commiſſum delictum paciſci non poteſt, ne detur materia delinquendi, poſtea vero ſic,a ceſſante ratione,vt hic per gl,

Tertio not.ibi, quia actionum modus,
11 rationem † quare pactis priuatorum iuris ſolēnis immutatio fieri nequeat: quia ius cum ſolēnitate actionum modum introduxit.quomodo ſcilicet & qualiter actiones dentur.ideo pactionibus priuatorum id infirmari non poteſt, vt vna videlicet, pro alia detur, aut aliter competat,q̃ a iure ſit diſpoſitum,Niſi cum inchoatur, pactio inter eos conuenerit, quia tunc contractus formam & ſubſtantiam capit a partium cõuentione,ideo actio competit ſecundũ conuentionem partium; contractus enim, vt diximus, regulatur a conuentione. Et hoc caſu in pactionibus non infirmatur actionum modus,verum contractus a pactionibus formatur,regulaturq;:ex quibus inde actiones dantur pro qualitate,& natura cõtractuum inter partes initorum.

SVMMARIVM.

1 *Diuus vnde dicatur.*

2 *Antoninus Impator quare dictus ſit pius.*

3 *L.j.ff.de vſufru.quemad,caue. quando habeat locum.*

L.filio ff.vt lega.nomi,caue,declaratur.

L. XXVIII. Vlpianus.

DIVVS Pius reſcripſit, eos qui ex liberalitate ſua conueniuntur: in id quod facere poſſunt condemnandos,

1 DIVVS †dictus quaſi,diuinus; q̃ vir-
2 tute ſua diuinitatẽ mereretur.Pius †dictus eſt hic Antoninus xiij.ab augmento Ro, Imperator,eo q̃ piæ ſanctæq; vixerit, nihilq; temporibus ſuis aſperum fecerit: verum rempubl.tranquille beneq; gubernauerit: vt Pau. Oroſius.& Iulius Capitolinus in Antonino ſcribunt.

Eſt clara & ſumpta ex.ll.per glo.alleg. Deci.hic ordinauit quinque limitationes, cum nonnullis declarationibus in materia .§.item ſi quis.inſti,de act.vbi Aret.Iaſ.& cæteri alia quædam tradunt,& Iaſ.in l.in-
3 ter eos.in ij,not.ff de re iudi. † Et eſt diligenter no,deciſio Soci. hic per Deci.relata.quam tradit per text.pulchrum.in l.filio.ff.vt lega.nomi.caue.de quo vide etiã Barb.in c.ſi.col.xvij.vt lite nõ conteſta. Soci.conſi,xviij.col.ij.lib.iiij.& Deci.in auct.ex teſtamento,col.j.C.de colla.

SVMMARIVM.

1 *Limitationes Deci,non ſunt de regula.*

2 *Alienatio rerum minorũ facta ſine decreto, ſuperueniente maiori ætate,& tempore quinquennij,confirmatur.*

L.ſi.C.ſi maior fac.alie,rat.hab.ornatur,

3 *Donatio facta rectori vrbis,ſuperueniente tempore quinquēnij vel ratificatione poſt depoſitam adminiſtrationẽ confirmatur,*

4 *Inſtitutio facta ſpreto patrono,conualidatur ex nunc per lapſum temporis præſentandi.*

5 *Tacita pupillaris an matre in medio exiſtente comprehendatur ſub expreſſa vulgari,*

6 *Accidentia cum tractu temporis confirmant actum nullum.*

L. XXIX. Vlpianus.

QVOD AB initio vitioſum eſt, non poteſt tractu temporis conualeſcere,

ISTA regula quæ clara eſt, traditur etiam in c.nõ firmatur. de regul.iur.in vj. Et ſumpta eſt ex.ll.per glo,alleg.lex vero pen.infra eodem,quæ idem dicere videtur differt a præſenti; quia hæc generaliter loquitur,& ſic tam in contractibus q̃ in vltimis voluntatibus,& iudicijs, prout etiam facit ſummus Pontifex. in d.c.non firmatur;regula vero.d.l.penul,in hæredum in-

ſtitutionibus ſpecialiter loquitur.

Per hanc regulam inferri poteſt, ad infinitas quæſtiones: vt per glo. & doc. hic & in d.c. non firmatur. Deci. hic tres limit. &
1 quaſdam declarationes cōgerit. quę † quidem limitationes, & ſi in ſe vere ſint, non tamen ſunt de regula noſtræ. l. & ideo ineptæ. Prima enim de tempore, cuius initij hominis memoria non extat in contrariū, non eſt bona: ex quo de initio non apparet, & regula loquitur quando initium eſt vitioſum, & paria ſunt non eſſe, vel eſſe, & non apparere. vulga. l. duo ſunt titij. ff. de teſta. tut. Eundem defectum patitur ſecunda limitatio, nam procedit vbi actus eſt validus, & regula loquitur quādo eſt nullus. Tertia qñ cauſa confirmans ſuperuenit, non eſt etiam de terminis regulæ loquentis de ſolo temporis tractu, quo modo intelligitur. l. fi. C. ſi maior factus alie. rat. hab.
2 vbi † alienatio vel obligatio rerum minoris, abſque iudicis decreto facta, nō valet. ſi tamen poſt legitimam ætatē, id eſt xxv. annum ſub ſilentio minor alienans tacuerit, amplius retractare non poteſt: verum perinde eſt ac ſi ab initio cum decreto fuiſſet alienata. Aetas enim maior ſuperueniens illa eſt, quæ alienationem cōfirmat, ſecundum Deci. quædam doctorum conſilia ad intelligentiam illius. l. adducentem. vltra quæ vide Ancha. conſi. xxxiiij. col. fina. Alexand. conſi. cxvij. lib. v. Curtium Iuniorem in conſi. 50. & ſequenti. Balb. in tractatu præſcriptionum fol. xiij. colum. ij. verſicu. iſtam quæſtionem. Mod. Aſten. in tractatu de forma. xlix. fol. col. ij. verſi. prædicta concluſio. & Roma. in ſingulari 778. Iudex. vbi citat d. l. fina. pro limitatione regulæ præſentis: ſed vt dixi loquitur quando cauſa confirmans ſuperuenit. Ego dico vltra ſuperuenientiam ætatis legitimæ concurrere etiam tractum temporis quinquennij: ex quibus lex ſpecialiter confirmationem induci. Eſt etiam alius ſimilis caſus. in l. vnica. C. de contract. iu-
3 di. vbi † donatio facta habenti adminiſtrationem in vrbe nō ſubſiſtit, niſi poſt depoſitam adminiſtrationem ratificata fuerit, vel poſt depoſitam ipſam adminiſtrationē præterierit quinquennium. & text. illum pro alia limitatione ſignat Ro. loco pręalleg. Sed ibi ceſſauit pariter impedimētum adminiſtrationis officij, & ſic ſuperuenit habilitas cum acceſſione tractus quinquēnij. hæc ſunt, quæ ibi donationis, quæ ab initio nulla erat, validitatem inducunt & operantur. An autem & qñ habilitas ſuperueniens actum inualidum conualidet: prout ex nunc, vel prout ex tunc, quædam hic ponit Deci. materia eſt brochardica. ut de Felyn. in c. cum dilectus. col. j. & ij. de accuſa. Moder. Bonoñ. in l. penul. fol. ij. de quæſtio. Fely. in c. cum Bertoldus. col. v.
4 in iiij. limita. de re iudi. Inſtitutio, † inquit, facta ſpreto patrono eſt nulla. c. decernimus. xvj. q. vij. niſi poſt collationem factā nō vocato patrono lapſum ſit tempus præſentandi: quia, cum a prima collatione epiſcopus recedere non poſſit, tenetur vt ex nunc illam ratam habere, ex quo collatio ad ipſum extitit deuoluta. nam ſuperuenit patroni negligentia quę irreuocabiliter cōualidat id quod erat eo inſtante irritabile, vel irritum. nō autem id operatur ſolū tempus. ſic non obſtat, inquit, regula præſentis legis, quæ procedit qñ ad firmitatem actus nulli ſolum tempus allegatur, ſecus ſi allegetur alius effectus etiam oneris ex tēpore, vt eſt negligentia: Fely. ibidem.

Limita etiam vt per Lancel. Politum in tracta. ſubſtitutionum. fol. xxvij. col. ij. ver. attamen hæc ſolutio vbi quærit, vtrū
5 † matre in medio ſtante ſub expreſſa vulgari contineatur tacita pupillaris. Bart. inquit in l. centurio. ff. de vulga. tenet partē affirmatiuam, licet non admittatur contra matrem, ſed dormiat, per l. fi. C. de inſti. & ſubſti. præſuppoſita præſenti regula, ꝙ quę ab initio nō valent. Certum eſt enim ꝙ matre in medio ſtante tempore cōceptę vulgaris, & morte inde ſublata, locus eſt pupillari. d. l. fi. ergo ſequitur ꝙ ab initio inerat aliqui nō conualeſceret, dicit Politus, oppoſitum defendens diſputando hanc regulam locum habere ait, in diſpoſitione a teſtatore expreſſa: non autem in ea quam lex ſubaudit ſua interpretatione, cum legis poteſtas huic regulæ non ſubiaceat, ut facit teſtatoris voluntas. matre ergo in medio ſtante lex ſubauditam ſubſtitutionem talem facere non audet. Si vero moriatur tunc ſtatim ſubaudit ꝙ poteſt. antea vero mortis illum infœlicem caſum non expectandum minime cōſiderat lex. ſi enim iſtā pupillarem cōtra rigorem & verborum tenorem ſubaudit, pari, inquit, ratione poteſt ſubaudire quo tempore voluerit, quia in lege, initium ſuæ interpretationis iure infinitum nō eſt: ergo nec regula iſta dicto caſu poteſt ſecūdum eum allegari. Dato ꝙ hæc opinio, quam non teneo, procederet, adhuc bona nō eſſet limi, ad hanc regulam

loquentem, vbi a principio quid nullũ fuit & inualidum, an tractu temporis cõualidetur. In caſu enim prędicto pupillaris ſubſtitutio valida ſemper fuiſſet tempore quo ſubaudita fuiſſet, & ſic nõ eſſet tractãdum de cõualidatione. Fateor ꝙ lex aliquo ſpeciali caſu, ratione certa quod ab initio nullum fuit poteſt tractu temporis validum facere quis dubitat. prædictis adde & Abb. in c. venerabilis, col. xj. ver. ex hac gl. de excep, notãtem ꝙ id quod nullum eſt quo ad veritatem & opinionem, tractu temporis non confirmatur: ſed quod eſt nullum quantum ad veritatem, ſed quo ad opinionem aliquod cõfirmari poteſt, nõ vt in veritate teneat, ſed vt præcludatur via dicendi nullum: ſic intelligendo gloſ. illam. Et adhuc ſub tali ſenſu, iſta regula non limitatur, ſed reſtringitur, ſeu declaratur eo caſu non procedere.

Poſtremo tres alias limitationes ad iſtã regulam ponit Phil. Fran. in d. c. nõ firmatur, quæ tñ non ſunt de terminis regulæ: &
6 prout gl. & doct. ibi declarant. nõ † eſt ſolus temporis tractus, qui inducat conualidationem actus nulli, ſed alia accidẽtia. Et ſunt no. verba illius pulchræ gl. circa medium: dum generaliter ſoluẽdo ad dicta cõtraria, inquit, illud quod ab initio nullum eſt, non firmari ſolo temporis tractu, ſecũdum has regulas. ſicut enim tempus nõ eſt modus inducendæ nec tollendæ obligationis, ſic nec reparandæ, ait: iuribus ibi alle. ſed nouo ſubſequenti cõſenſu interdũ tacito, interdum expreſſo ſublata, inquit, cauſa impedimenti bene firmari, vt in contrarijs. ad quæ adde ea quæ poſui. ſupra in l. velle non creditur, in vltimis col. dum tractaui de mandato.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium ſolo conſenſu contrahitur. & quomodo probetur.*
2 *Papa matrimonium conſumatum per copulam non poteſt diſpenſare, quia eſt indiuiduum iure diuino, nu. 6.*
3 *Vxor ante copulam poteſt religionem inuito viro intrare: ſecus poſt.*
4 *Matrimonium quo ad ſui eſſentiam copulam non requirit, & inſtitutum fuit in ſtatu innocentiæ nu. 3.*
7 *Verba an ſint neceſſaria in contractu nuptiarum.*
8 *Nuptiæ verbum quid ſignificet.*
9 *Filia nubes indigno an dote ſiat indigno.*
10 *Nuptiæ replent terram: virginitas paradiſum.*

L. XXX. Vlpianus.

NVPTIAS non concubitus, ſed conſenſus facit.

HAEC regula clara eſt & ſumpta ex ll, per gl. alleg. Deci. hic trahẽs ad hunc locum materiã nuptiarũ, & matrimonij, plura ſcribit. verũ quia legentes, conſulẽtes, repetentes, & tractatus componẽtes, plene de ipſa materia ſcripſerunt, ideo eam hic non inculcabo.

1 Solus † igit̃ conſenſus matrimoniũ facit, & ſine illo minime contrahit̃. vt hic. & in c. fi. vbi tex. no. de ſpon. duorũ. & in l. a patre furioſo, ff. de his q ſunt ſui vel alie. iur. vbi furioſus ratione deficientis conſenſus matrimoniũ cõtrahere non põt: vt ibi per Iaſ. in j. col. Quomodo aũt talis cõſenſus, & matrimoniũ concludenter probetur ex cohabitatione, & alijs ſignis, ponũt Cano. in c. illud, de præſump. ſumma Ang. in verbo matrimoniũ. el ij. cum ſim. ſi tñ copula acceſſerit eſt maioris roboris & firmitatis
2 cum & † Papa illud tũc diſſoluere nõ poſſit, neq; diſpenſare: ſecus qñ per copulam nõ eſſet cõfirmatum, ex cauſa. ſ. c. ex publico, cum gl. & not, per Abb, de cõuer. cõiu.
3 Præterea † vxor nondum cognita, & viro renitẽte, religionem ingredi poteſt: ſecus ſi fuiſſet carnaliter cognita. d. c. ex publico. & c. verũ. de cõuer. coniug. Ideo male loquit̃ hic in j. col. Deci. dum ad perfectionẽ matrimonij copulã requiri ait, Abb. enim in d. c. ex publico. colum. iij. no. ex gl. fi. ꝙ
4 † matrimonium quo ad ſui eſſentiam, commixtionem, carnalem neceſſario nõ requirit, Eſt ergo, dicit, matrimonium verũ ante copulam: vt probat̃ in c. fi. de ſpon. duorum. & in c. j. de voto. in vj. vbi dicitur. ꝙ
5 † matrimoniũ inſtitutum fuit a deo in ſtatu innocẽtię, ſicq; tempore inſtitutionis conſumatum nõ fuit, & inter Mariã & Ioſeph uerum fuit matrimoniũ, copula tñ minime interueniente, cũ virgo ſemper remãſerit: vt late habetur in ſumma Ange. in verbo, matrimonium. el ij. §. vigeſimotertio. verba autem inſtitutionis ponuntur in cap.

fraternitatis.xxxv.q.x.Accedant ad confirmationē prędictorum no.per d.Prępoſi. in d.c.fi.col.fi.vbi defendendo cõem opi. doct.facientium differētiam , an matrimonium ſit per copulam cõfirmatum & cõſumatũ, vel nõ:vt in primo caſu diſſolui non poſsit neq; fieri diſpēſatio,ſecus in ſecũdo
6 ex cauſa.negari minime poſſe dicit,†quin matrimoniũ de iure diuino magis indiuiduum ſit qñ per copulam eſt cõſumatũ, ꝙ vbi ſolo conſenſu contractum eſt,nam per copulam fiunt duo in carne vna, q̄ eſt potiſsima cauſa reddens matrimonium indiuiduum.d.c.verũ,de cõuer.coniu.habetq; tunc ſuum complementum,pp quod a deo inſtitutum fuit,ad procreandã ſobolem & euitandam fornicationē quæ in copula cõ ſiſtũt.Præterea ex quo nõ reperitur a deo diſpenſatum contra matrimonium per copulam conſumatũ,ſed bene reperitur diſpē ſatum cõtra matrimonium ſimpliciter con tractum.d.c.verum.& c.ex publico.eccleſia quæ Chriſtum imitatur,c.ſignificaſti. de electio.faciet ēt ipſa differentiam inter ſimpliciter cõtractum , & cõſumatum per copulam:vt ibi per Præpo.Soci.in conſi. xxviij.lib.j.Deci.cõſi.cxij.circa fi.& Ripam lib.ij.de reſcri.c.j.& ij. Vt igiť ex prædictis apparet,verum & legitimũ matrimonium ſolus cõſenſus facit,vt hic,ſed copula accedente perficiť & conſumať vt
7 diſſolui nõ poſsit.Sed †vtrum in cõtractu nuptiarum neceſſaria ſint verba? Bart.hic ſequi vř gl.volentem ꝙ ſic,in prin.l.cum notiſsimi.C.de pręſcr.xxx.ann.ſed cõiter eſt reprobata:ut per Cano.in c.cũ apud.de ſponſa.Bald.conſi.xxvij.lib.j.Are.conſi. xiij.in iij.dubio.Alex.in l.de pupillo. i.§. meminiſſe.ad fi.ff.de no.ope.nun.oēs ſcribentes in l.ex facto.in prin.ff.de vulg.Moder.Taurinẽ.in rubri.C.de pac.& in l.cum quid.col.xj.ff.ſi cer.peta.
8 Et quia † de nuptijs hic mētio fit. multipliciter ſumitur ea vox : vt per Abb.in c. tertio loco.col.fi.de pręſump.vbi aliqñ capi dicit pro eo quod vulgo dř,le nozze:ad quas accedere non debent qui nõ ſunt vocati,ſeu inuitati:vt ait Areti.in conſi.xiij. col.iij.allegãs tex.ĩ c.noſtrates,xxx.q.v.
9 Poſtremo † ad l.ſi filiam,cum adductis hic per Deci.in materia illius legis. addas Alex.in conſi.ccix.lib.v.vbi tradit de filia nubente indigno,an dote ſe faciat indignã,& pariter ad materiam.auc.ſed ſi poſt xxv.annos.C.de inoffi. teſta.adde q̄ ſcri-
10 bit Deci.conſi.ccxxxj.Et ſicut †nuptiæ replent terram , immortalitatemq; humano generi præſtant : ita virginitas paradiſum replet.c.nuptię.xxxij.q.j.

SVMMARIVM.

1 *Facta infecta per pactũ vel ſtipulationem fieri non poſſe.*
2 *Deus,& lex per viam fictionis facta per infectũ facere poſſunt.*
3 *Virginitas an & quomodo poſsit reſtitui per deum.*
4 *Deus an poſsit peccare.*
5 *Facta quomodo per fictionem poſsint fieri infecta. & an procedat in his quæ ſunt facti.nu. 6.*

L. XXXI. Vlpianus.

VERVM eſt neq; pacta, neq; ſtipulationes, factum poſſe tollere: quod enim impoſsibile eſt, neq; pacto,neq; ſtipulatione poteſt comprehendi:vt vtilem actionem,aut factum efficere poſsit.

IN tex.ibi,factum efficere,pactum,potius ꝙ factum,legi debere arbitror,nullus enim eſt bonus ſenſus. Vultq; hic iuriſcõſul.dicere,neq; pacto,neq; ſtipulatione fieri poſſe,vt factũ nõ ſit factum:quia impoſſibile eſt,& impoſsibiliũ nulla eſt obligatio,vnde mirũ nõ eſt ſi,vt ait hic iuriſconſul.id neq; pacto,neq; ſtipulatione cõprehendi põt:ita vt actionē vtilem,aut pactũ vtile poſsit efficere impoſsibilitate inſpecta & attēta. Diuiditur in duas partes.In prima ponit dictũ . In ſcda quæ eſt ibi,qđ enim.limitationē ponit. Sumpta eſt ex.ll, per gl.alleg.cum ſimilibus,
1 No.ergo† neq; per pactum,neq; per ſtipulationē fieri poſſe ꝙ factũ non ſit factũ, nec per teſtatorem,neq; per legē,ſcdm gl. immo nec per deũ qui priuať hoc ſolo,'vt facta infecta poſsit facere , ſiue ingenita q̄ produxit:vt hic per Deci.& fuerunt accumulata per Iaſ,& alios in l.j.in.§.ſi vir,ff. de acqui poſ.quia,ſcdm theologos ibi relatos,hoc cõtradictionē implicaret : factũ, & non factum,Et deus nõ põt ea quę con-

tradictionem implicant.vt ibi per eos.ſed
2 †deus & lex bene poſsunt per modum &
viam fictionis facere pro infectis haberi fa
cta: vt hic per Deci.Iaſo.& alios in d.§.ſi
vir.& in l.nõ dubium.C.de legi. Viden
tur aũt male loqui Deci.& Iaſ.& alij dicẽ
3 tes†virginitatem a deo reſtitui non poſſe,
ſequẽtes quod Hiero.dixiſſe refert, in c.ſi
paulus.xxxij.q.v.audacter inquit,dicam,
cum oĩa poſsit deus: virginẽ ſuſcitare non
poteſt poſt ruinã. ꝙuis.n.deus nequeat fa-
cere quin fuerit corrupta per prędicta,vir
ginitatem tñ poteſt corruptę reſtituere, cũ
omnia poſsit.ideo gl.in prin.l.vnicę,C.de
rapt.virgi.in verbo nõ poteſt.ait, ꝙ licet
ab hoĩe virginitas ablata reſtitui non poſ-
ſit,a deo tñ ſic.Et dictũ Hierony. aliter in-
telligi debere dicit Hug.quemadmodũ re
fert Archi.in d.c.ſi paulus.Dicebat Hiero
ny.hyperbolice loqui in laudem virginita
tis,& illi tex.cõtradicebat.Alij ſcd̃m Ar-
chi.dicũt,ꝙ duplex eſt ſtatus virginum.ſ.
ſtatus integritatis, & ſtatus dignitatis: &
deus aiunt reparare põt.i.ad ſtatum virgi-
nitatis reducere per amotionẽ omnis cor-
ruptionis,ſed eam reparare nõ poteſt.i.ad
ſtatũ dignitatis virginum reuocare.In hoc
enim cõſiſtit virginũ dignitas, quę nunꝙ
corruptę fuerunt.Et hoc nõ põt deus face
re,quin corrupta fuerit corrupta.et opi.iſtã
ſequi vr̃ gl in d.c.ſi paulus.alij aliter expo
nunt:vt ibi per Archi. Ex cõclu.prædi-
cta nõ poſſe deũ facere quin factum ſit fa.
ctum,infert ad not.qõ.vt per Soci.& Iaſ.
in d.§.ſi vir.& Corn.in cõſil.clxxxj.lib.j.
4 dicentẽ deum†nõ poſſe peccare: quia pec
catum potius detrahit potẽtię faciendi bo
num,vel abſtinendi a malo, vnde nõ poſſe
facere quod malũ eſt,impotentiæ nõ adſcri
bitur:ſcd̃m Theologos,vt ibi per eũ:pari-
ter tangentem,an de blaſphemia cõdemna
ri poſsit ille qui dixit,ſi ſappontaſſe noſtra
donna,tu mi renderai quello mi hai tolto,
ſtante ſtatuto ꝙ pro qualibet blaſphemia
quis tali puniat pœna.Fuit ẽt qui facete di
xerit, hoc deũ priuari ne poſsit ſecum ad
prandiũ maiorem dñm,ꝙ ipſe ſit,inuitare.
5 Quomodo aũt †per viam fictionis poſ-
ſit fieri,vt facta pro infectis habeant, cum
fictio ſuper impoſsibili nõ cadat, ſitq; im-
poſsibile:vt hic dicit tex.facta infecta fie-
ri? R ñ.nõ poſſe legem fingere impoſsibile
in ſuo genere.vt ꝙ filius ſit maior pr̃e,aut
ꝙ furioſus cõſentiat. Sed bene fictio legis
in eo cadit,quod impoſsibile eſt in aliquo
indiuiduo,& particulari caſu,nõ in ſuo ge
nere poſsibile ſit.Vñ ſæpe lex fingit mor
tuum viuere:licet hoc ſit impoſsibile quo
ad ipſum mortuum,cum tñ poſsibile ſit in
genere ꝙ homo ſimilis viueret. Deci.hic.
latius Alexan. & alios in d.§.ſi vir.& p
Bart.& repetẽtes in l.ſi is qui pro empto-
6 re.ff de vſuca. Et ſi opponas iterũ, † ꝙ
fictio nõ cadit ſuper his quę meri facti ſunt
l.in bello.§.factæ.ff.de capti.qui loqui vi
detur per viam fictionis, ꝙ ius facere ne-
queat,vt facta pro infectis habeant.ad idẽ
l.deniq; ff.ex qui.cau maio.vbi cauſa fa-
cti poſtliminio non cõtinetur.i.fictio poſt-
liminij in eum locum nõ habet: vt ibi per
gl.R ñ.ꝙ immo locum habet fictio, etiam
in his quæ ſunt facti.l.retro. & l.in oĩbus:
ff.de capt.& po.reuer.In l.retro.dicit,per
fictionem poſtliminij fingi ab hoſtibus re-
uerſum ſemper in ciuitate fuiſſe: quod eſſe
vel nõ eſſe ĩ ciuitate,facti proculdubio eſt.
In d.l.in omnibus.l.cornelia fingit eũ,qui
apud hoſtes deceſsit,præambula hora ca-
ptiuitatis deceſsiſſe, quod facti eſt.Et vbi
inuenitur legem nõ fingere ſuper his quæ
facti ſunt. Vel eſt quia ceſſat æquitas, ex
qua inducta eſt fictio.i.poſtliminium.ff.de
capti.l.deniq;.&.§.factæ.ſupra alle.aut eſt
ex defectu extremorũ l.cũ hæredes.§.j.ff.
de acqui.poſ.& declarat Bart.in repe.d.l.
ſi is qui pro emptore.in tribus primis op-
po. & mod.Peruſi.in d.§.ſi vir.in iij.col.

SVMMARIVM.

1 *Serui quo ad ius ciuile habentur per nul-*
lis,etiam in teſtando ad pias cauſas.
2 *Ius ciuile hic quomodo intelligatur.*
3 *Seruitus per quem, & quo iure fuerit in-*
troducta.
4 *Seruorum ſtatus quo iure fuit anihilatus.*
5 *Ius naturale duplex.*
6 *Accidentia non faciunt diuerſam ſpeciem:*
ſed ſubſtantia.

L. XXXII. Vlpianus.

QVOD attinet ad ius
ciuile, ſerui pro nullis
habentur: nõ tamen &
iure naturali: quia qđ
ad ius naturale attinet,
omnes homines æquales ſunt.

SVMPTA fuit ex. ll. per glo. alleg. Diuiditur in duas partes. In prima ponit bimembre dictum. In ſecunda, quæ eſt ibi, quia quod, aſsignat rationem ſecūdi dicti.

1 No. quantum † attinet ad ius ciuile ſeruum pro nullo haberi. Seruitus enim de iure ciuili comparatur morti l. ſeruitutem. infra eod. ideo in perſonam ſeruilem ciuilis obligatio non cadit. l. in perſonam. ſupra eod. Et a ciuilibus officijs repelluntur ſerui. l. in omnibus. infra eod. Et a teſtamēti factione, etiam ad piam cauſam, licet per ius ciuile ad ſeruitutis ſtatū redactus quis fuerit: vt per Alexā. in conſi. clxxxij. lib. v. & tandem de ipſis ſeruis idem eſt iudicium, quod de equis, & aſinis: ita Paul. de Caſt. in l. omnia. in fin. per illum text. de legatis ij.

2 Gl. hic, iuris † ciuilis appellatione, omne ius præter naturale intelligit: & conſequenter etiam gentium & prætorium comprehendi. Latius tradit Iaſ. poſt glo. in l. ſi id quod. ff. de condi. indeb. declarādo qualiter ſtatus ſerui annihilatus eſt tam de iure ciuili, ꝙ prætorio & gentium ſecundario. Sed hanc declarationem reprehēdit Fortu. Garzia in l. manumiſsiones. colum. pe. ff. de iuſti. & iur. quia iuſgentium in iure diſtinguitur vbiq; a iure ciuili. Pro certo interprætatio glo. & doct. repugnat verbis noſtræ legis loquentis ſimpliciter de iure ciuili. Non tamen diſcedo ab eo quod hic dicitur, de iure ciuili circa ſeruorū ſtatum, locum etiam habere & procedere de iure prætorio ac gentium ſecundario, vt poſt alios ſcribit Iaſ. in l. ſi id quod. vbi ſequitur & defendit doctrinam Bart. de iure gentium primeuo & ſecundario. De quo videndum ſunt quæ ſcripſi in rubri. ſupra de orig. iur. quibus adde Aquen. in l. j. in §. gentium. ſupra de iuſtit. & iure. Hinc, inquit, vſque ad legem manumiſsiones, tractatur de iure gentiū primeuo, quod nihil aliud eſt ꝙ naturalis inſtinctus, qui hominibus ineſt ſicut cuilibet animanti. vnde illud iuſgentium primeuum recte ius naturale appellatur. in c. ius naturale. diſtinc. j. ſed in lege, ait, manumiſsiones. vſque ad l. ius ciuile. tractatur de iure gentium, ſecundario, quod nihil aliud eſt ꝙ conſtitutiones, quædam ab hominibus exigente neceſsitate & naturali ratione promouēte factæ, vnde illud appellari poteſt actiuum, primum vero paſsiuum. quæ differētia & diſtinctio probatur eodem modo, inſtitu. de iure natura. gen. & ciui. nam in §. ius autem ciuile. de iure gentium primeuo tractatur. poſtmodum in §. ius autem gentium. tractatur de iure gentium ſecundario. ex quibus iuribus apparet ſeruitutem introductam fuiſſe de hoc iuregentium ſecūdario, non de primeuo, quod ius naturale appellatur. §. ſingulorum. inſti. de rerum diuiſio. & poſt beatum Thomam ſcribit Cardin. Alex. in c. iuſgentium. col. j. diſt. j. de-
3 creti. Et ſi dicas, ꝙ † immo ſeruitus introducta fuit per Noe propter ebrietatem, & ſic ante iuſgentium ſecūdarium: vt eſt tex. in c. ſexto. die xxxv. diſtin. ergo eſt de iuregentium primeuo? Glo. in c. ita quorūdam. de iudæ. Bartho. Verō. in tract. ſeruitutū. in prima rub. de ſerui. perſo. & Aquē. in d. l. manumiſsiones. col. ij. dicunt, ꝙ ſeruitus quædam eſt de iure diuino, ſecūdum quod peccans efficitur peccati ſeruus. capitu. cum redemptor. xij. q. ij. Alia eſt noui teſtamenti, per quam in ſeruitutem redacti ſunt iudæi (qui de lege veteri erant) per paſsionem Chriſti. c. & ſi Iudæos. ad fi. de iudæ. Alia ex lege naturæ introducta propter ebrietatem, vt prædixi. quæ non eſt proprie ſeruitus, ſed ſubiectio quædā, qua inſcipientes parum ꝙ prudētes, ſapiētibus prudentibusq; ſubijciuntur. Quarta ſeruitus eſt de iure gentium: de qua loquitur tex. l. ex hoc iure. & l. manumiſsiones. ff. de iuſti. & iure. Quinta eſt de iure ciuili, de qua in. §. ſerui. inſtit. de iure perſo. Sexta vltimaq; de iure canonico, de qua in præallega. c. ita quorūdam. Tres primę ſeruitutum ſpecies materiæ noſtræ nō conueniūt. tres ſequentes in vnam reincidūt: & ſi enim a iure ciuili & canonico certi modi introducti ſint per quos ſeruus quis efficiatur, ſeruitus tñ ipſa ſemper de iure gētium remanet, queadmodum de dominio in dictis le-
4 gibus dicitur. Secundo not. ꝙ † de iure naturæ ſtatus ſeruorum non eſt annihilatus, cum eo iure omnes homines æquales ſint. quæ enim naturæ ſunt, faciunt. & ſicut cæteri, qui de iure ciuili caput habent, bibunt ſcilicet, comedunt, audiūt, loquuntur, intelligunt, moriuntur, creſcunt & decreſcunt. ſecundum gloſ. hic. in fi. Ideo naturalis obligatio in ſeruum cadit. d. l. ſi id quod. & ſcripſimus ſupra in xxij. regula incip. in perſonam. ī naturali enim iure ex inſtinctu naturæ omnia erant communia, nec ſecūdum tale ius erat dare ſeruitutem, ſed omnium vna erat libertas. c. ius naturale. j. diſt. ex quo infert. ibi Cardi. Alexā. ꝙ qui diceret aliquem ſeruum ſuum, pro-

bate teneretur, cum iure naturali quilibet liber naſcatur.d.l.manumiſsiones. Fortunius tamen Garzia.in d.l.manumiſsiones. colum.fina.nec iure,inquit,naturæ omnes homines ſunt æquales,quia alij natura prudentes,alij ingenio obtuſi, ebetiores alij, quidam pulchri, nonnulli deformes, quidam animo & corpore magni,multi omnino parui. æqualitas ergo referenda eſt ad ea quæ iuris ſunt & acquiſibilia, quemadmodum acquirit dominus,ita acquirit ſeruus: quamuis poſtea maxime de iure ciuili non ita retineat.l.placet.ff.de acqui. hære.l.frater a fratre.ff.de condi.indebi.cum not. Nec credas, inquit Fortu.velle hunc tex. aſſerere iure naturæ ſeruum liberum, nam ſi ſeruus natus eſt,liber non eſt.l.ij.ff. de na.reſt.ſed hoc dici in naturalibus ſeruum,ita hominem eſſe vt liberum,Et ideo ſi conſentit,ſic obligari acquirereq;, dum ſibi cõſentitur,ac ſi liber eſſet: vt dixi.Ius
5 † autem naturale duplex eſt: vnum quod in homine cadit. aliud quod etiam in brutis cadit.inſtitu.de iure naturali. in princ. cum ibi not.per glo.& docto.& per Cardi.Alex.in c.ius naturale.col.j.diſt.j.dum ex illo tex.not.ius naturale ſemper æquũ, iuſtumq; eſſe.quod intelligit de iure naturali in homine,non autem in brutis cadente. Illud enim iuſtum & æquum dici non poteſt, quia in brutis iuſtitia, aut æquitas non cadit: vt per eum.

Tertio not. ibi omnes homines æqua-
6 les ſunt de iure naturali, ꝙ † accidentia non faciunt diuerſam ſpeciem. hominum enim quidam ſunt albi, aliqui nigri, nonnulli magni,plures parui:& tamen omnes homines æquales dicit.accidẽtia ergo prędicta nõ faciunt differre ſpecie:ſed differẽtia in ſubſtantia illa facit diuerſam ſpeciẽ. hoc enim ꝙ homo eſt animal rationale, a brutis facit nos differre.hoc vero quòd eſt mortale,ab angelis nos differre:ita Bar.in l.j.in prin.in iij.col.ff.de acquir.poſſ.facit tex.no.in l.fi.ff.de fun.inſtr.ꝙ plus & minus nõ faciunt differre ſpecie.de quo text. & dicto.vide Deci.in c.ij.ad fi.de iudi.& in c.cæterum.col.vij.eo.ti.& in c.poſt ceſſionem.col.j.de probat. Brun.Aſtẽ.latius in tract.de augmento fol.iij.& iiij.

SVMMARIVM.

1 *Verbum,potiri,quid ſignificet.*
2 *Actoris cauſa durior eſt, quam rei. Intellige vt hic.*
3 *Legitima an ſit cauſa lucratiua.*
Et quid de dote nu.4.
5 *Lucrum quòd defertur per ſtatutum marito vxore decedente,an dicatur lucratiuum vel onerosum: aduentitium, vel profectitium.*

L. XXXIII. Pomponius.

IN EO quod vel is qui petit, vel is a quo petitur lucri potiturus eſt, durior eſt cauſa petitoris.

1 EST autem † potiri,tenere,& quaſi in poteſtate habere. Et cum genitiuo iungitur, vt hoc tex.hinc etiam Salu.Cui fatum foret vrbis potiri. Aliquando eſt obtinere, & in poteſtatem vendicare, iungiturq; ablatiuo: vt Cæſar tãdem potitus eſt Galliã.Et ſecundum gl.huiuſce legis exẽplificari hæc regula optime poteſt. in l.ff. C.de rei ven.nõ autem ſumitur ex illa lege,quia vt ex inſcriptione earũdem.ll.apparet, cõiuncta lectione hiſtoriarũ in propoſito ſeruientium, iſta antiquior fuit illa. ideo ex ea nõ potuit capi,ſed bene ex l.is qui deſtinauit.ff.de rei ven.&.§.j.l.primę. ff.vti poſsidetis.
2 No.ergo ex iſta regula, ꝙ † ſiue actor, ſiue reus de lucro tractet, durior eſt cauſa petitoris.facit l.fauorabiliores. & in l.pari.infra eo.vbi materiam latius explicabimus.Et intelligas vbi ambo de lucro tractant:ſed ſi actor tractaret de damno euitãdo,conuentus de lucro, fauorabilior eſſet cauſa petitoris,& durior cauſa conuenti.l. non debet.§.in re.cum gl.infra eo.

Ex iſto tex.mentionem lucri faciente, occaſionem epiſcopatus Deci.de cauſa & titulo lucratiuis quędam tetigit. Adde ſcribentes omnes in l. vnica.C.de impo.lucr. deſcrip.li.x.vbi eſt tex.i hac materia principalis. Alex.et Iaſ.in l.inter ſtipulantem. in.§.ſi rem.ff.de verbo.obli.Curt.Seni.in conſi.lix.colum.fina.glo.& docto.in l.pe. ff.de condit.ob cau. quæ dicit lucrum eſſe voluntatem adimplere. Bal.ad fi.l.ij.C.de
3 reuoc.his quæ in frau.credit.dum ait,† legitimam intelligi ſemper deducto ære alieno:& dici tit.lucratiuum reſpectu creditorum, vnde concludit, ꝙ obligatio legalis dicitur tit,lucratiuus:& ita cõſuluit Iaſ.in

coſi.clxxxj.lib.ij.Eſt ergo legitima,quota bonorum,non quota hæreditatis.l.papinianus.§.quarta.vbi omnes ſcribētes notant.ff.de inoffi.teſta.Alexā.pulchre in l.ſi.colum ij.C.de edicto diui.Afflict.in deciſione regni clxij.& ccclxxxij.Iaſ.in authen.nouiſsima,col.pe.C.de inoffi.teſtam.Ripa,vbi limi.poſt Arc.in l.j.col.xxviij.
4 nume.158.ff.de vulga.Titulus †vero dotis oneroſus dicitur:vt per Deci.in conſil.cclx.Omitto plura quæ in propoſito dicere poſſem.cum materia vulgaris ſit & cunctis obuia.

Poſtmodum late tractat hic Deci. nun-
5 quid †lucrum dotis,quod maritus facit ex forma ſtatuti ob mortem vxoris,dicat ex cauſa lucratiua,vel oneroſa, aduētitiumq; aut profectitium? concludens ꝙ quamuis titulus dotis oneroſus dicatur, quia pro oneribus matrimonij dos datur,lucrum tamen tale, inſpecta cauſa proxima, dicitur ex cauſa lucratiua, & aduentitium potius ꝗ profectitium.Contrarium tamen conſuluit ipſe Deci.in conſi.lvij.ſed male & cōtra communem, vt ex relatis per ipſummet ibidem liquet,& per Corne.in authē.ex teſtamento.colum.iiij.C.de collat.vbi reſpondet motiuis Roma.quibus conſultationem ſuam fundauit Deci.& hanc eſſe cōmunem opi.teſtatur Bald.Nouel.in tract.de dote.fol.xxj.in xxxvij ſpeciali, referens ſic vidiſſe cōſultum per alios.Et ideo Deci poſtmodum opinionem mutauit cōtrarium concludendo,vt hic vides.& in l.j.fol.vlti.C.de ſecun.nup.& latius in conſil.cclx. vbi ſecundum hanc communem opinionem cōſuluit, ſecundum quam ego etiam alias cōſultus reſpondi.Et certe qñ ſtatuta,vt communiter fit,ob mortem uxoris lucrum marito deferrent,ſomnium videretur dicere,ꝙ acquiratur patri, contra verba & mentem ſtatutorum,& quia vere aduentitium lucrum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio an ſit contractus.*

2 *In contractibus primo attenditur quòd actum eſt,tam expreſſe,quā tacite nu.3.*

4 *Actum tacite quomodo intelligitur. & nume.5.*

Gl.l.j.§.j.ff.de ſuperfici.ornatur poſt nu.4

6 *Colonus,qui ſecundum conſuetudinē prædia non coluit,tenetur ad intereſſe.*

Diſpoſitio quelibet recipit interpretationē a conſuetudine.

7 *In contractibus an conſuetudo contrahentis,inde regionis attendantur?*

L. vel vniuerſorum.ff.de pignora.actio. ornatur.

8 *Conſuetudo ad vitium & peccatum tendens.non valet,neque excuſat.*

9 *Cōſuetudo attenditur in ſocidis animaliū.*

10 *Notarius, cui commiſſa fuerunt inſtrumenta notarij defuncti, quomodo poſſit extendere inſtrumentum iuxta conſuetudinem.*

11 *In contractibus poſt conſuetudinem regionis quòd minimum eſt ſequimur.*

12 *Conſuetudo diuerſa probatur per inſtrumenta diuerſi tenoris.*

L. XXXIIII. Vlpianus.

SEMPER in ſtipulationibus & in cæteris contractibus,id ſequimur quod actum eſt: vnde ſi non appareat quid actum erit, conſequens eſt vt id ſequamur quod in regione in qua id actum eſt frequentatur.Quid ergo ſi neq; regionis mos appareat, quia varius fuit:ad id quod minimū eſt redigenda ſumma eſt.

Iſta lex ponit trimembrem diſtinctionē,ideo pōt diuidi in tres partes,prout ſunt tria dicta. Scda ibi, vnde.Tertia ibi, quid ergo. Sumitur hæc regula in qualibet ſui parte,ex.ll.per glo & Deci.citatis & ex alijs infra allegā. In tex.ibi in ſtipulationibus,& in cæteris cōtractibus.ſti-
1 pulatio†ergo,ut hic ait gl.cōtractus eſt,large tñ & improprie.& ſequūtur cōiter doctores.ex quo nō eſt obligatorius,niſi ex parte promittentis,per d.l.labeo.§.contractū.ſupra ti.proxi.& l.quinta.ff.de verb.obl.vbi contractus ad ſtipulationem fit æquiparatio.de quo articulo per Iaſ.in l.ſtipulationum aliæ.in prin.ff.de verb.ob.& Galiaulam in repe. rub.ff.de verb. oblig.fol.viii.in verſi.quinto quæritur.& per Moder.omnes in l.i.ff.ſi cer.peta.

2 Nota primo, † ꝙ in ſtipulationibus & cõtractibus potius inſpicitur quod actum, ꝙ̃ quod dictum eſt: vt hic per Deci. mens enim, & voluntas totum faciunt, tam in cõtractibus, ꝙ̃ in vltimis volũtatibus: vt hic & in l.iij.C.de liber.præter.& C. plus valere quod agitur.toto tit. & in.§.diſponat. in auct.de nupt.& in l.in conditionibus.in prin.ff.de condi.& demon. cum alijs quæ adduxi in l.ſemper in obſcuris. ſupra eod.

3 Actum † intelligitur non ſolum expreſſe: verum etiam tacite: ſecundum glo. & Bar. hic Alexan. Are. & alios in locis infra alleg.facit regula.l.cum quid.ff. ſi cer. peta. ꝙ taciti, & expreſsi par eſt virtus: Et licet Deci. hic poſt Are. procedere id dicat in his quæ ſunt de natura cõtractus, & potius ex prouiſione legis, ꝙ̃ ex diſpoſitione cõtrahentium de quo nos loquimur.quia tex. ibi dicit, agi intelligitur, & pro cauto habetur: generaliter tamen locum habet tam in contractibus, ꝙ̃ in vltimis voluntatibus: vt ibi per Iaſo.& alios. Præterea cũ hominum voluntati adeo inſeruiat lex, vt teſtã tis voluntas totum faciat, iuribus præalleg.& late diximus in l.ſemper in obſcuris ſupra eo.quid refert expreſſa ſit vel tacita.dummodo de ea conſtet & appareat: cũ nõ referat quid ex ęquipollentibus fiat l.ſi mater.C.de inſtit.& ſubſt. ſub condi. fact. ſed ſi non appareret de voluntate, vt quia pœnitus in mente retenta fuerit, non attenderetur, verum ſcripturæ ſtandum eſſet, vt hic per Dec.

4 Actum † & tacite intelligitur, quod l.ex qualitate rei colligitur. Vnde ſi tibi librũ vendidi florenis decem, non facta declaratione de quibus florenis: hoc diſcerneretur ex qualitate valoris libri, ſecũdum glo. hic ſumme ad multa per Bar. notatam. Subiungentem propterea, ꝙ ſi vendo tibi talem domum vſque ad talem aliam domũ, & dubitetur vtrum dictio vſque, ſtet incluſiue, & ſic comprehendat illam aliã domũ: hoc diſcernetur ex qualitate pretij, & rerum. Similem deciſionem ponit Angel. in l.quicquid aſtringendę.ff.de verbo.oblig. ſequitur Alexã.inferens ad alias quæſtiones lib.iiij.conſi.xxvj.& xcix.colum. ij. & conſi xlvij.colum.ij. & lxviij. & cxl. etiam colum.ij.lib.v.& Are.conſi.vj.col. iiij.in princi.extollens doctrinam Bar.hic. dicendo, ꝙ in contractibus, licet ex ſignificatu verborum res aliqua comprehenderetur, ſi tamen pretii qualitate & quantitate attenta, non ſit veriſimile de ea re partes ſenſiſſe, non comprehenditur, Intelligendo vbi verba illa aliquando in alio ſignificatu poſita reperiantur, vel poſſe poni: vt ibi per eum adducentem glo. not. in.§.j.l.j.in verbo, agendo.ff. de ſuperfi. volentem ex quantitate pretij, & mercedis diſcerni emptorem a conductore, Quam glo. extollere exornareq; poſſes, ex dictis Roma.in conſil.cccxcvj.Ancha.conſi. ccccij. Alexan. præallega.conſi.xxvj.colũ. fin. lib.iiij.& conſi.cxx.col.j.volu.ij.& cõſi.xxxix.colum.ij & xlvij.col.ij.& lxviij.in v. volu. Areti.conſi.vj.col.iiij.Barba.cõſi.xxxvj. col.iij.lib.ij.& conſi.liiij.col ij.volu. iiij. Soci.conſi.xlvij.colum.iiij.volu.j. & cõſil.cxv.colũ.iiij.volu.ij.Iaſo. late in l. ex conuentione.C. de pact.

5 Actum † pariter intelligitur, quod ex more regionis, & conſuetudinis eſt: ſecundum glo.& Bartol. hic.qui pulchra ponit exempla, cuius concluſio no.eſt dum vult, ꝙ ſi vendita re mobili ad pondus, aut immobili ad menſuram, inter contrahentes oriatur cõtentio ad qđ pondus aut menſuram ponderati menſurarique res debeat, attendenda ſit conſuetudo. & menſura loci contractus: per hanc regulam & l. ſi fundus. ff. de euict. ſequitur Deci.hic. & in terminis pract. Papien. in lib.in cauſa venditionis ſuper verbo, pertĩcarum.ad fin. Sed idem pract.in j. lib. in glo.cui cohęret.in fin.ab hac opin.recedere videtur, dum poſt hanc opi.relatam, ſubiungit alios vero dicere inſpici locũ illũ in quo viget menſura vtilior pro emptore: per l.veteribus.ff.de pact. Alios autem obſeruari debere menſuram, quæ ſit communior & generalior in vniuerſa regione, vt ibi per eum. Alios locum ſituationis rei, per deciſionem Oldra.in conſi. clxviij. ad primam. vbi ſi quis impetrauit ſibi conferri beneficium vſque ad certam ſummã Turonenſium paruorum, quęrit an attendi debeat ęſtimatio reſpectu loci factæ gratiæ, vel ſiti beneficij? & reſpondet attendi debere ęſtimationem loci, vbi ſitum eſt beneficium: argu.l.fin.ff.de triti.& l.vinum.in fin.ff. ſi cert.peta. ea etiam ratione, quia actus, cuius expeditio in certum locũ confertur, in loco illo iuris fictione celebratus cenſetur l.contraxiſſe.ff.de actio.& ob ig. refert etiam Alex.in conſil. xxxvij.lib.v. quamuis non referat prædictam vltimam rationem Oldra. Sed non eſt recedẽdum a deciſione Bar.hic, quæ communiter approbatur: per hanc regulam, & alia iura præalleg. & vltra adducta etiam hic per

Deci.vide Alexã. in dicto conſi.xxxvij. Moder. Aſten.in tractatu de augumento.in vltima conclu.in x. colum. cum ſequenti. in verſic.aliquando vero, & in verſi. & ſi ſit diuerſa conſuetudo.pulchre Soci.in cõſil.xcvj. lib. ij. quod ſecundum ordinem continuatiuum eſt conſil.ccxlvij.

Nec obſt.l.vinum cum ſimil.quia loquitur in moroſo odio ipſius morę, vt p Moder. Aſten. loco præalleg. Et l. contraxiſſe. per Oldra. alleg. procedit reſpectu fori,reſpectu vero menſuræ per contrahentes ſubintellectæ loquitur regula legis noſtræ cum doctrina Bartol. ſecundum Soci. loco præalleg & propterea Alexan.in cõſi.proxime relato.ſi bene conſideretur recedit a deciſio.Oldra.adhęrens vlti.doctrinę Bar. hic. Facit etiam ad prædicta text. cum ibi not.per Bartol.& Paul.de Caſt.in l.ſi mer
6 ces.in.§.conductor. ff.loca. De colono†ad intereſſe obligato,ſi debito tempore ſecundum conſuetudinem non coluit, quælibet enim diſpoſitio de mundo interprętationẽ a conſuetudine capit,ſecũdum Inno. Abb. & alios.& probatur in l.quod ſi nolit.in.§. quia aſsidua.ff.de ędil. edic. plura adducit hic remiſsiue Deci. plenius ponit Felyn. in prohem.decret. fol.j. & alia allegaui in repe.l.ſi quis maior.col.x.nume. 72. C. de tranſact. Et ſi dicas iſtud de conſuetudine hic poni tanquam diuerſum a conuentione, vt conſtat ex ordine literę ibi, vnde ſi non apparet. Reſponde, verum eſſe intelligendo de conuentione expreſſa: ſecus in tacita,prout loquimur nos.cum enim vt dixi,omnis diſpoſitio a conſuetudine interprætationem accipiat,ſequitur de neceſsitate voluiſſe partes actum ſecundum conſuetudinẽ facere.ſicque ſcripturam cõfici.
7 Primo tamẽ†inſpici debet mos & cõſuetudo contrahentis,deinde regionis,de qua loquitur regula,ſecundum Deci.hic.& videtur tex. in l.hæredes palam in.§.ſed ſi notam. ff.de teſta.& in l.ſi ſeruus plurium. in.§.fi. vbi Are.not.ff.de leg.j. & ff. de leg. iij. l. nummis. Mihi tamen videtur conſiderationem Deci.confundi per hunc text. volentem primo inſpici debere quod actum eſt. ſecundo quod in regione celebrati actus frequentatur:non autem vult deberi conſiderari ſecundo loco conſuetudinem contrahentis. Non obſtant iura præallegata dicentia, ante omnia patrisfa. conſuetudinem, deinde regionis, ſpectari:quia loquũtur in vltimis voluntatibus & in dependentibus a voluntate vnius ,in quibus ad declarandum mentem & voluntatem ipſius relinquentis fatemur inſpici debere, primo ipſius legantis conſuetudinem. & idem quando agitur de interprætando mandatum ab alio datum:quia intelligitur ſecundum conſuetudinem ipſius mandantis , vel poteſtatem aliquam dantis. l. vel vniuerſorum.ff.de pig.act.Sed nos hic loquimur in contractibus,qui dependent a voluntate duorum , & in quibus interprætatio fit contra proferentem.l.veteribus.ff.de pact. In his terminis intelligo procedere quod hic dicitur.vt primo quod actum eſt,deinde quod in regione frequentatur inſpici debeat:& hãc opin.tenere videtur Curt. poſt Seueri.ab eo allegatum in tract. de conſue. in xij.quæſt.in iiij. colum. licet de prædictis mentionem non faciat,nec Deci Et ad l.vel vniuerſorum,declarando,ampliando, & limitando,plura ponunt Roma. in conſil.xciiij.colum.fin Are.conſi.xj.ad fin.& conſi.clx.colum.ij.& in l.ſi procurator. in fi.C.de procur.Barba.cõſi.xviij.col.j.volu.ij.Deci.conſi.clxxv.col.v.Cur. in pręalleg.tract.de conſuet fol.xviij.colũ.ij. in ver.ſecũdo lim.& in xij.q.& fol.xxj. col. iiij.in ver.quarto limita.& in d q.xij.tangit,an talis conſuetudo debeat eſſe pręſcripta.Et ponit caſum in quo non inſpicitur conſuetudo loci,vel regionis actus celebrati:ſed conuerſationis diſponentis , vt in teſtante: quia inſpicitur potius conſuetudo loci vbi verſatus eſt , q̃ vbi teſtatur, per iura præalleg. vt ibi per eum poſt Corne.
8 Conſuetudo tamen† reproba ad vitium & peccatum tendens , attendenda non eſſet, nec valeret , neque excuſaret , exempli gratia,ſi conſuetudo eſſet extrahendi capitale de primis fructibus animalium ſocidæ ſeu ſocietatis:illicita enim eſt: vt habetur in ſumma Angel. in verbo ſocietas. el.ij. in.§.iij. aut ſi conſuetudo diſponeret capitale ſaluum eſſe debere , & q periculum ſit recipientis: vt per Socin. in conſil.
9 cxvi.volu.ii. & in† dictis ſocidis animalium valent conſuetudines. Angel.in tract. ſocietatum.ad fi.probaturque in l.ſi paſcẽda.C.de pac.arguendo de pacto ad conſuetudinem:quod arg.tenet.l. non impoſsibile.ff. de pact. ſocietaſque ſecundum conſuetudinem contracta videtur.§.quia aſsidua ,cum alijs ſupra alleg. ideo cum in his partibns ad triennium communiter dentur ſocida, ſi ſimpliciter & ſine præfinitione temporis data fuerint, ſubintrat conſuetudo declarans cenſeri data ad triennium.

Et inquantum Deci. hic circa fin.commẽ-
10 ti concludit poſt Alexan. ꝙ † tabellio, cui fuerunt commiſſæ rogationes & inſtrumẽta notarij defuncti,poſsit extendere inſtrumentum ſecundum conſuetudinem loci cõtractus : vide in hoc articulo Felyn. melius declarantem, & diſtinguentem, in capitu.cum P. tabellio, in vi. quæſtio. de fide inſtru.

11 Secundo no.ex iſto text. ꝙ † ſi de more regionis non appareat,quia varius fuit,ad minimum redigi ſumma debet,quodq; minimum eſt ſequimur. declarando, vt late ſcripſi in l.ſemper in obſcuris ſupra eo.

Sed opponitur, quia ſi mos varius fuit, & conſuetudo attendi debet vltima, nõ cõſiderata aliqua præſcriptione.§.j.l.mella.ff. de alimen.& ciba.leg.ſiue loquamur de cõſuetudine patriſfa.quæ dicitur conſuetudo non ſolennis,nec præſcripta.ſiue loquamur de conſuetudine regionis ſolenni : vt per Areti.in d.l.ſi ſeruus.in.§.fin. & Curt. in præalleg.tracta. de conſuetu.fol.xxi.colũ. j.verſic.ſecunda ſit concluſio.& colũ.iiii. verſic.quarto limita. cum aliis quæ adduxi ad declarationem & intelligentiam.d.§. ſed ſi alimenta.in repetit.l. diem functo. in primo not.in xiiii.colum.ff.de offic. aſſeſ. Quibus adde etiam Pau.de Caſt. in conſi. cxcvi.vt plene.colum.fin.in antiquis. vbi ponit, ꝙ ſi homines talis loci ius habent depaſcendi in tali fundo, ſecundum quod ſoliti ſunt:hoc de vltima conſuetudine intelligitur,verificanturque verba illa ſoliti ſunt,in facto per triennium. vel etiã per annum,licet verbum conſuetum,pro ſui verificatione decennium requirat : vt ibi per eum. quomodo ergo poſsibile eſt apparere de more quando varius fuit. Dici poteſt hunc tex.loqui de more & conſuetudine regionis, in qua adeo varii actus fuere,vt de aliqua ſolenni conſuetudine prima vltimave,prout hic exigitur, conſtare non poſsit:ideo ad minimũ,vt hic dicitur, tunc redigenda ſumma eſt. Et in practica no.diligenter ſunt dicta Bar.hic in fin.con
12 cludentis † conſtare ex productione inſtrumentorum diuerſi tenoris de more vario, & conſuetudine diuerſa apparere.hinc ſcribit Alexand. in conſi.cxxvii. viſo inſtrumento. ad fin.in v.volu..ꝙ ſi in aliquibus inſtrumentis appoſita reperiatur aliqua clauſula, in aliis vero non , iuri communi tunc ſtandum ſit.& ſequitur Curt. alia adducens in tract.de conſuet.fol.xxi. colũ.i. ver.ſecunda ſit concluſio.

SVMMARIVM.

1 *Reſolutio actus eius eſt naturæ, cuius eſt productio.*

2 *Teſtamentum ſolenniter factum cum quot teſtibus reuocetur.*

L. milites.§. veteranus.ff. de mili. teſta. ornatur.

3 *Miſsio in poſſeſ. eſt mixti Imperij : pariter & reuocatio.*

4 *Cõdẽnare et abſoluere,delegare et reuocare delegationẽ, an ſint eiuſdẽ iuriſdictionis.*

5 *Acquiſitio et amiſsio poſſeſ.an ꝓcedãt a pari.*

6 *Legatum ex forma ſtatuti poteſt probari per duos teſtes:idẽ in reuocatione legati.*

7 *Hæc regula quando non procedat. & numero.9.& 10.*

8 *Matrimonium & alia ſpiritualia facilius conſtruuntur,quam deſtruuntur.*

11 *Regulæ iſtius tituli procedunt ſecundum communiter accidentia.*

L. XXXV. Vulpianus.

NIHIL tã naturale eſt, quã eodẽ genere quodque diſſoluere,quo colligatum eſt.Ideo verborũ obligatio verbis tollitur:nudi conſenſus obligatio, contrario conſenſu diſſoluitur.

PONITVR iſta regula: et in c.i. de reg. iur.in antiqs.in l.prout quiſq;.ff.de ſolu.et in l.fere qbuſcũq; ĩfra eo.& ĩ aliis iuribus tã per glo.hic.ꝙ in d.c.i.adductis: a qbus ſumit iſta regula. Quę diuidit in duas partes. In prima ponit dictũ. In ſcda quę eſt ibi,ideo,duobus modis exẽplificat. Plura alia ſimilia ponũt gl.ĩ locis ꝑalleg.Dec.hic & Mod. Aſten.in trac.de forma.fol.xci. ĩ artic.quas res,ꝑſonas, & quos actus cõprehẽdat.in ver.adẽptio ẽt totalis.Iaſ.in l.omniũ.in v.no.C.de teſta.& in rub.ff.de acq.
1 poſ. vbi etiam ponunt. ꝙ † reuocatio & reſolutio actus eius eſt naturę, cuius eſt conceſsio & productio : & ꝙ eadem ſolennitas quæ requiritur in conficiendo actum, requiritur etiã in diſſoluendo. vnumquodque enim eo vinculo diſſoluitur, quo ligat
2 vt diximus. Teſtamẽtũ † itaq; in pręſentia

ſeptem teſtium factum: vt hic inquit Deci. & Iaſo. in conſi. infra alleg. non reuocatur cum duobus teſtibus, ſed requiruntur ſeptem l. hæredes palam. §. ſi quid poſt. cum glo. in ver. mutare. ff. de teſta. & gloſ. in l. cum proponeretur. ff. de leg. ij. plene ponũt Mod. Peruſ. in rub. ff. de acqui. poſ. Immo nec cum ſeptem, ſi teſtator diceret ſe reuocare dictum eius teſtamentũ, aut nolle valere. §. ex eo ſolo. inſtit. quibus mod. teſt. infir. oportet enim ꝙ dicat nolle valere, aut reuocare, eo quia vult & intẽdit inteſtatus decedere l. milites. i. §. veteranus. ff. de mil. teſta. l. ſi iure. ff. de leg. iij. vbi Bar. rationẽ pulchre aſsignat: & late tractat. Alexan. in conſi. ciiij. col. fi. lib. ij. & conſi. xxx colũ. fi. lib. iij. Barb. conſi. xxxix. & lx. colũ. x. & ſeq. vol. ij. & xxxix. volu. iii. Corn. Roma. & alij ſcribentes in l. ſancimus. C. de

3 teſta. Iaſ. in conſi. cxlij. lib. iiij. Et † quẽadmodum miſsio in poſſ. mixti imperii eſt. l. ea quæ. ff. ad municipal. l. iubere. ff. de iuriſd. omn. iud. eodẽ modo reuocatio miſsionis in poſſeſsionem mixti imperij erit. §. ſi forte. ad fi. cum glo. iiij. ff. de damno infec. vt in d. l. iubere. Paul. de Caſt. & Iaſ. & Deci. volunt allegantes Bal. in l. iudex. C. cõmu. epiſt. per illum tex. vbi miſsio in poſſ. & ipſius miſsionis reuocatio procedunt a pari. Abſolutio ſimiliter & cõdemnatio in eadem ſpecie iuriſdictionis ſunt. ſecundum Bald. & ibi pleniuſque in ſequenti regula, nemo qui condemnare. Deci. tradit.

Hinc Iaſo. in l. imperium. colũ. vj. circa diffinitionẽ meri ĩperii. poſt Bal. & Guli.

4 de Cun. firmat, † ꝙ ſicut condemnare delinquentes eſt meri imperij: ita abſoluere a pœna delicti meri erit imperij. Pariter vt delegatio iuriſdictionis eſt: ita reuocatio delegati. glo. c. ſi delegatus. in verbo reuocandũ. de offi. deleg. in vj. ſecundum Seueri. Rimin. Aquen. & alios in d. l. imperiũ.

5 in primis chartis. Et cum † quibus modis acquirimus, eiſdem in cõtrariũ actis amittimus, vt igitur nulla poſſeſsio acquiri niſi animo & corpore poteſt: ita nulla amittitur, niſi in qua vtrunque in contrariũ actũ eſt, vt dicit not. tex. in d. l. fere. & in l. quẽadmodum. ff. de acquir. poſ. & in. §. in amittenda. l. iii. eo. tit. Quod procedit ſi a corpore incipias, ſed ſi incipias ab animo, is ſolus ſufficit. glo. in d. l. fere. Abba. in d. c. j. Are. Soci. & alij in d. l. quemadmodum. & in d. §. in amittenda. rationem ibi adducũt.

Hinc etiam eſt, ꝙ ſicuti diſponitur in l. fin. C. de fideicom. per iuramentum hæredis probari poſſe, an legatum factum fuerit, vbi a principio negatur factum: ita per iuramentum ipſius legatarij probari poterit, an reuocatum fuerit, quando a principio negauit reuocationem legati. Bald. ibi

6 in vlti. col. Iterũ ex hoc inferens † ꝙ diſponente ſtatuto poſſe per duos teſtes legatũ probari: ſimiliter reuocatio vel error eiuſdẽ legati probari poterit: vt Hercul. Peruſ. latius proſequitur in rubri. de acquir. poſſ. colum. iij. per hanc regulã, & aliam de contrariis, quorum eadẽ eſt diſciplina: vt ſcripſi in l. ſecundum naturam ſupra eo. Faciũt etiam iſta ad quęſtionẽ, factum fuit per inferiores ſtatutum, & confirmatum per ſuperiorem, vtrum in caſſatione & reuocatione neceſſarius erit ipſius ſuperioris conſenſus? Vide late Crotum in c. i. col. iii. de conſtitu. in vj.

Limitantur prædicta vt procedant, vbi in confectione actus de neceſsitate aliquid requiritur, vt pariter in reuocatione adhi-

7 beri debeat: † ſecus ſi ex abũdanti aliqua ſolennitas adhibita fuerit. quia non eſt neceſſaria in reuocatione: propterea in confectione teſtamenti adhibiti fuerint decẽ teſtes, non erunt tot neceſſarii in reuocatione, ſed ſufficient ſeptem, vt hic per Deci. et per Are. in d. l. hęredes palam in. §. ſi quid poſt. ff. de teſta. & Moder. Aſten. in tract. de forma. loco pręalleg. faciunt plura quæ ſcribit Crotus, loco proxime allega.

8 Præſens † regula cum præalleg. non procedit in matrimonio, quod ſolo conſenſu contrahitur, & tamen per contrarium conſenſum non diſſoluitur, vt hic per Deci. prius per glo. in d. c. i. de reg. iur. Eſt enim maximum ſacramentum, & poſtꝙ̃ contractũ eſt, illius diſſolutio in poteſtate hominum non eſt, vt per Abba. in d. c. i. idemq; eſt in baptiſmo, ordine, & omnibus aliis ſpiritualibus in quibus character imprimitur, vt hic per Deci. in fi. & Abb. poſt glo. loco

9 pręalleg. Item † fallit in delictis, in quibus non liberatur delinquens per contraria delicta, ſecundum glo. in d. l. fere. Conſidera quomodo talis contrarietas poſsit in delictis cadere, quia ſi vna pars delictum continet, contraria non continebit delictũ, cum contrariorum contraria ſit natura, vt

10 diximus ſupra. Item † non procedit hæc regula in acquiſitione & repudiatione bono. poſſ. quorum primum exigit decretum vel præſentiam iudicis l. fi. C. qui admit. ſecundum not. l. vnica. C. quando non pet. par. Sed quicqdid cõtra Iaſ. dicat ibi Dec.

ad ſi.rub,prædicta non refragantur huic regulæ, quę loquitur de diſſolutione rei iam ligatæ:ſed vbi bon.poſ.non fuit cum decreto,vel præſentia iudicis acquiſita,vana eſt dubitatio ex hac regula ſumpta, cur ſine præſentia ipſius iudicis repudiari poſsit. Et ſi vis ſcire rationem diuerſitatis inter prædicta,vide Curt.in d.l.vnica.col.ij.

Poſtremo not. eſt ſecundum glo. hic &
11 in d.l.fere,has†regulas procedere,ſecundũ communiter accidentia:& quia modus iſte diſſoluendi magis naturalis eſt, quando eo modo, quo inducitur,tollitur:tamen & diſſolui etiam alijs modis poteſt:vt per eaſdẽ glo.ideo iuriſconſul.in d.l.fere. vtitur temperamento illo fere.Facit ẽt pro declaratione regulę quod ſcribit Soci.in l.ſingularia. in ij.col.ff.ſi cer.pet.& quæ ſcripſi in repeti.l.ij.nu 15.C.de pact. inter empt. & ven.

SVMMARIVM.

1 *Quod quis cẽſetur in culpa,ſi ſe immiſceat rei ad ſe non pertinenti.*

2 *Confeſſor ignorans,male facit confiteri.*

3 *Culpabilis non excuſatur dicendo ſe iocoſe feciſſe,Niſi adſit conſuetudo.*

L. XXXVI. Pomponius.

CVlpa eſt, immiſcere ſe rei ad ſe non pertinenti.

Est clara,& ponitur pariter in c. non eſt ſine culpa,de reg.iur.lib,vj. vbi gloſſator melius ꝙ hic declarauit, inferendo ad nonnulla quæ hic tranſcripſit Deci. ſoluẽs contraria,ibi per glo.formata, ponderãdo naturam verbi,pertinere: vt glo. præalleg.
1 Cenſetur†quis itaque in culpa, ſi ſe immiſceat rei ad ſe non pertinenti, ſiue ad eum non pertineat ratione modi: vt in c. ad audientiam,de homi. ſiue ratione facti. vt in c.continebatur.eo.titu,vt per Ioan. Mon. Ioan.And.& Phil.Fran.in d.c.nõ eſt. Ideo
2 †male facit confeſſor ignorans audiendo confeſsionem proximi. cap.j. & ſequen. xxxviij.diſtin.& Ozias rex,quia in tẽplo incenſum offerre voluit, lepra percuſſus fuit,2.Paralip.26.& ideo cecus non iudi-
3 cat de colore,Nec†excuſaretur talis culpabilis volens dicere ſe iocoſe feciſſe. c.j. de præſumpt.tradit Pariſ.in conſi.xxj col.ff. lib.iiii.Conſuetudine tamen excluditur ta-

lis culpa,l.pignus.C.de pign.act.l. quid ſit fugitiuus,in.§.apud labeonem.ff. de ædil. edi.l.ij.ff.ad maced.Ludo,Gozadin. in cõſil.lxiij. colum.iii. Ea vero tantum, quæ immediate a culpa noſtra deſcendunt, imputari nobis poſſunt,Abb.in c.quia diuerſitatem. de conceſ. præben. Ludo. Gozadin. in conſi.xxvij.colum,iiij. Et iſtã regulam inducit ad duas quęſtiones. Ioan. And. in d.c.non eſt,in mercur. de clerico coram ſeculari iudice in cauſa ſanguinis patrocinante,vt ſecuta morte irregularitatem incurrat.Et teſtis,qui nõ iuratus teſtimonium tulit,vt pœna falſi teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Hæc regula an procedat quando quis non poteſt condemnare ex defectu iuriſdictionis.*

2 *Negatiua præpoſita verbo,poteſt, neceſſitatem præciſam inducit.*

3 *In materia correctoria ablata poteſtate cõdemnandi, non adimitur poteſtas abſoluendi.*

4 *Hæc regula limitatur. & nu. 5.6.*

L. XXXVII. Vulpianus.

NEmo, qui condemnare non poteſt, abſoluere poteſt.

Condemnatio igitur & abſolutio a pari procedunt:& qui non poteſt condemnare,nõ poteſt etiam abſoluere. Ad idẽ tex.in l.ſolet,ff.de offi. procon. & leg. & in l.iii. vbi late Iaſo.ff.de re iud,& in c. nõ poteſt,vbi Felyn.tradit, etiam de re iudi. Are.Soci.& alij in rub,ff,de acquir.poſ.& Socin.in conſi.cxx.colum.iii,lib.i. facit regula iij. ſupra eod. cum his quæ ibi diximus de natura oppoſitorum, & correlatiuorum.
1 Hæc regula de plano procedit † quando eſt defectus iuriſdictionis: quia cum abſolutio & condemnatio ſint in eadem ſpecie iuriſdictionis,mirum non eſt ſi primũ non potens,non poſsit etiam ſecundum. vt hic per Deci poſt glo.tenentem, ꝙ hoc modo in genere intelligendo præſens regula nũquam fallit, Iſtum intellectum ad hanc legem poſuere etiam Old.& Alberi.de Roſa,in d.l.iij. vt ibi in vltima colum.Iaſ. re-

ſert dicens aduertendum,quia in hac regula iuriſconſultus ait,nemo qui condemnare non poteſt,abſoluere poteſt.& ſic , qui nõ habet poteſtatem, & iuriſdictionem:ſecundũ Oldr,& Alber,cũ iuriſdictio ſit poteſtas de publico introducta,vt per eos.Cõfirmo,
2 quia † negatiua prępoſita verbo põt, neceſſitatẽ pręciſam inducit,& remouet omnem potẽtiam ab actu.c.i.cũ ibi not,per Alb. i vlti.not.de cau.poſ.& proprie. tradit Iaſo. in l.gallus.in prin.in gl. poſſe,ff. de lib & poſth. Sed intelligẽtia iſta mihi non placet,quia de indubitabili eſſet,ſi.n,intelligeremus in nõ habẽtę poteſtatẽ,& iuriſdictionẽ,ꝙ talis cõdemnare nõ poſſet nec abſoluere,cui hoc dubium eſſet:certe nulli? Caſum igitur ponerẽ in iudice ad certũ genus cauſarũ deputato ea lege a principio, ne in talibus cauſis cõdemnare poſsit, pro certo in illis nec abſoluere poterit per hanc regulã,eius eſt,n.abſoluerę,cuius condemnare.c,verbum dei,de pœnit.diſt.j.

Limitatur regula prędicta nõ poſſe abſoluere,qui cõdemnarę non põt , pluribus
3 modis. Et primo † qñ ius vtrãque poteſtatẽ vni dat,inde ius nouũ correctoriũ eidem condemnãdi poteſtatẽ aufert abſque certa ſolẽnitate: remanet.n,poteſtas abſoluendi incorrecta.gl.eſt ſing.in cle.j.in verbo eos de hęret.approbatam ibi per Car. & Imol, Hanc lim,ſequit Gemi.in c,inferior. colũ, fi.xxj,diſt. Fely.tñ in d.c,nõ põt. colũ.i. poſt Anch.Are. & Soci. ibi relatos. Contrariũ tenet. Iaſ, late diſputat articulũ in d, l.iij.tandẽ ſequitur opi. illius gloſ. in caſu ſuo:quia ſic intelligendo reducimur ad ius primeuũ quantũ ad abſolutionem:de facili enim quælibet res ad ſui primã naturã reuertit, quia in iſtis correlatiuis eſt diuerſa ratio,fauorabiliores.n,ſumus reis ꝙ̃ actoribus,ſicq; proniores ad abſoluendũ ꝙ̃ ad condemnañ.hanc opin,ſequitur hic Deci, Card.vero Alex.in d.c.inferior.co.fi.dicit glo.illã ſaluari in caſu ſuo , ſpecialeq; eſſe in inquiſitione hęreſis , vt licet inquiſitor ſine epiſcopo cõdemnare nõ poſsit,abſoluere tñ valeat,fauore abſolutionis in tã periculoſa materia,vt eſt cõdemnatio de hęreſi grauiſsimas pœnas ſecũ trahẽte. hocque ſentit ibi tex.qui venit tẽperando ſeuitiã inquiſitorum principaliter,licet dicat etiã de ordinarijs & eorũ ſeuitiam moderetur, ſicque cle, illa cũ glo. ſecundum Card. ponit ſpecialẽ caſum,per quem non receditur a regula. Ex quibus patet glo,pręalleg. in caſu ſuo cõiter approbatã eſſe , & pariter limit,modo prędicto recteq; intelligẽdo,

4 Fallit ſcdo regula † in habẽte poteſtatem abſoluendi ex priuilegio , quia talis ligare nequit.vnde legatus qui nõ ſubditos abſoluit.c.pe,de offic.leg.eoſdẽ non excõicat c, ij.de ſent.excõ.in vj.Et prior hieroſolimitani ordinis ex priuilegio generalẽ abſoluere põt,nõ tñ excõicare:vt per Fely.in d.c, nõ põt.& Car.Alex.i d.c.inferior, col.fi.

5 Tertio limita † vbi ſublata eſſet abſoluẽdi poteſtas , quia remaneret poteſtas condemnandi iam conceſſa: vt hic per Dec.ad fin.ſaluantẽ iſto caſu opi. Petri de Ancha, Are.& Soci.Quę cõſideratio non ſubſiſtit, nõ enim ipſi in his terminis loquuntur: in ſe tamen bona eſt.

6 Quarto limitatur in † iudice laico,qui ſolus poteſt clericum abſoluere a delicto ſeculari,& tamẽ ſolus ſine epiſcopo condemnare non poteſt,immo debet ad epiſcopum remittere.§,illud palam.cum gloſ. in auct, vt cler.apud propr. epiſcopos. & in auct, clericus.C.de epiſ.& cler.ſequitur Iaſo. in d.l.iij.col.j,Sed miror quia iura illa hodie correcta ſunt tam per iura cano.ꝙ̃ per iura ciuilia:cũ laicus clericũ non iudicet, auct, ſtatuimus.C.de epiſ.& cler.c.ij.& iij. cum ſimil.de foro cõpet.& in c. eccleſia ſanctę Marię.cum ibi not.de conſti. & conſuluit Deci.in conſi.dcc.

SVMMARIVM.

1 *Nemo iure naturæ cum alterius detrimẽto locupletior fieri debet.*

2 *L.ſi negotia.ff.de nego, geſt.quãdo ꝓcedat.*

L. XXXVIII. Põponius.

SICVTI pœna, ex delicto defuncti hæres teneri non debet, ita nec lucrũ facere,ſi quid ex ea re ad eum ꝑueniſſet.

SVMITVR hęc regula.ex ll. per glo. alleg.clara eſt,& in naturali ratione fundata,ne ex eodẽ facto lucrũ habeat, qui damnũ nõ ſentit,nec ſentire põt l,ſecundũ naturã ſupra eo.vbi plura i propoſito ſeruiẽtia ſcripſimus,materiã autem iſtius regulę plenius tractãt glo.Bald, & alij ſcribẽtes in l, vnica.C.ne ex delic.defunc. Deci. in l.pupillũ.in.§.in hęredes,infra eo. Et quædam ſimilia in quibus locupletior factus obligatur,quãuis alias nõ teneat, congerit hic
1 Deci.& ſunt fundata in iure naturę, † nemine cũ alterius detrimẽto locupletiorẽ fieri debere, volẽte,ff. de cõdit, indeb.l. nã hoc

natura.& infra eo.ti.l.iure naturę. & c. locupletari.de reg.iur. in vj. in quibus locis glo.& doct.plenius tractant, Facit ēt text. not.in l.j.ad fin.ff.depoſ. & latius videbimus in d.l.iure naturę.vbi Deci.repetit in effectu quę hic dixit. At in l. ſi negotia.ff.
2 de neg.geſt.vbi ex†actu,quo damnū ſentire nō cogitur,lucrari quis poteſt: cōtingit illud ſecundum Deci.propter culpā eius,q inſolita aggreſſus eſt negotia,quod temperabis, ſecundū quod ad finē ſubiungit ibi iuriſcōſultus, & ad illius legis declarationē,vltra quæ ibi ſcribit Paul. de Caſt. vide Curt.Iun.in conſi.xix.

SVMMARIVM.

1 *Metus quid ſit.*
2 *Metus debet in conſtantem cadere: & quomodo intelligitur.*
3 *Timor grauaminis idem operatur,per grauamen ipſum.*
4 *Cōminatio principis an iuſtū metū cauſet.*
5 *Metus quomodo probetur. Et an proteſtatio ſit neceſſaria.nu 6.*
7 *Proteſtatio,ſi clandeſtine facta ſit, prodeſt.*
8 *Proteſtatio.effectū appellatiōis ſecū trahit.*
9 *Proteſtatio neceſſaria nō ē ſed vtilis,et n.10*
11 *Proteſtatio in notorijs non requiritur. Et quid ſi impedimentum peruenit facto iudicis nu.12.13.*
14 *Metus quomodo & qualiter purgetur.*
15 *Pro facto quando habeatur,quod factum non fuit per metum.*

L. XXXIX. Pomponius.

IN omnibus cauſis pro facto accipitur id, in quo quis alium perhorreſcit, quominus fiat.

SVMITVR & hæc ex.ll.per gl.alleg. quæ plures concordantes citat. & eſt clara.Deci.hic per quatuor quęſtiones examinat materiā metus,q̄ licet trita amplaq; ſit. vtilis tñ eſt in actu practico. quā quidē materiā vltra ea quę doc.ſcribūt in titu.ff.qd met.cau.& C.de his qui per metū non appel.& in l.interpoſitas.C.de trāſac.& in c. fi.de appel.examinãt Spec.in tit.qd metus cau. Areti.& Iaſo.in.§.quadrupli.inſtit.de actio.plene Vitalis de Camb.in trac.clauſu,i clauſula nō vi,nō metu,fol,lvi.cū ſeq. docētes ēt practicā & miror q̄ de illis.De-
1 ci.hic nullā fecerit mētionē. Eſt aūt†metus, (vt a diffinitione pficiſcatur diſputatio)inſtātis periculi,vel futuri cauſa,mētis trepidatio.l.j.ff.qd met.cau.alias diffinitiones ponit Bal.in.c.i.col.iii.qui feu.da.poſ. vt aūt ibi eſt tex.quod metus cauſa geſtū erit p̄tor ratū nō habet,q̄ verba,ſcdm Bal. in rub.de contro.inueſt.ad fi.in ore prætoris per ſpiritū ſanctū poſita fuere.

Circa primū articulū tactū a Deci. qualis metus requiratur: vera eſt & cōis doct.
2 concluſio. †q̄ iuſtus & pbabilis eſſe debet,in cōſtātē virū cadēs,iuribus per eū allegatis.cōſiderādo metū ſcdm qualitatē & conditionē perſonę metū paſſę, ſiue maſculus ſit,ſiue fœmina: vt poſt Inno.hic tradit Deci.& in c.fi.col.fi.de appel.& in c.cau-
3 ſam matrimonij.col.j.de offi. deleg.†idēq; operat̃ timor grauaminis , qd̄ grauamē ipſum c.j.in verbo timētes.de dilat. Corſ. in ſuis ſing.in verbo metus. & ſimiliter idem operat̃ metus peſtis, vel belli, qd peſtis, vel bellū ipſum.l.ij. cū not. C.de trāſact. maxime in exactione vectigaliū: vt pulchre per Ciceronē in principio orationū ſuarum, In quo aūt differunt metus a vi.hī in ſumma Ang.in verbo metus & p Iaſ.in l.pacta nouiſsima.col.pe.C.de pact. De veritate illationū Decij. vide eundem in cōſi. xcij. & ccxix.& Vitalē loco prælleg.vbi latius, q̄ hic faciat Dec.tractat de timore excōicationis,an & qn̄ iuſtū metum cauſet. Et an
4 †cōminatio indignationis principis inducat iuſtū metū.ponit Fulg.in cōſi. cxcj.
5 Circa ſcdm articulū†qualiter metus deducat̃,articuletur, & pbetur: latius tradūt Ang.& Iaſ.p̄alleg.& ſcribētes in d.l.interpoſitas. Deciuſq; in d.c.cām matrimonij. & in c.fi.de appel.& in cōſi ccxix. cōcludētes cōiter q̄ ſola p̄ntia patris, mariti, ſimiliū vt perſonarū iuſtū metū non cauſat ſufficiētē ad reſcindēdū actū,ſeu matrimoniū carnale,vel ſpirituale,niſi de minis p̄cedētibus pbet̃. Et no.cautelā tradūt,quę in actu practico ſępe ſeruat̃, vt iudicis & conſanguineorū adhibeatur p̄ſentia quę ceſſare facit omnē ſuſpicionē fraudis,& metus.

Tertius articulus eſt de pteſtatione, an
6 †ſit neceſſaria? Dec.cōcludit q̄ nō:metus tñ probationem ex tali proteſtatione coadiuuari dicēs,de quo per eundem in d. c.fi. col.pe.& in cōſi.ccxix.col.ij.Bar.& ſcribentes in l.de pupillo.in.§.ſi quis ipſi pretori.ff.de nou.oper.nūc.Ripam in c.cū M. Ferrarien.nu.92.& ſeq. de cōſtit. vbi con-

cludit metum aliter probari debere, quàm per proteſtationem: niſi in dependentibus a voluntate ſolius proteſtantis, vel quando fit in præſentia partis non contradicentis: & quod ſi probetur metus, ſine proteſtatione irritabitur actus, l. j & toto titu. ff. quod metus cauſa, & c. ad audientiam. etiam quod
7 met. cau. Et † talis proteſtatio, quamuis clandeſtine facta, prodeſt contra inferentẽ metum, vel cauſam præſtantem, non in præiudicium tertij. c. j. cum not. quod metus cauſa. Deci. hic, & Vitalis loco præalleg. de quo articulo. vide Alexan. in §. duo fratres, colum. xxviii. ver. ſed iuxta. & conſi. clxxvij. col. pe. lib. ij. omnes ſcribentes in l. qui in aliena. in §. celſus. ff. de acquir. hære. Soci. conſi. cclxiij. art iij. lib. ii. Deci. in d. c. cauſam matrimonii, & conſi. lxiii. col. ii. & conſi. ccxix. col. ij. Rip. in repe. d. c. cum M. col. lij. cum ſeq. Curt. Iun. in cõſi. cxxvi. & dicit not. Bald. in l ij. C. de his
8 qui per met. iud. non appel. quod † ſi facta proteſtatione de appel. non interpoſita propter metum iudicis ceſſet timor infra decẽ dies, iterum appellare non erit neceſſariũ: quia proteſtatio effectum appellationis ſecum traxit, ideo eam geminare non oportet. cautè tamen facit appellando, quia ſic faciendo non tenetur metum probare: ſecus ſi proteſtatus fuerit, nam in proceſſu cauſæ metus probandus erit, aut ex euidentibus demonſtrationibus, vel ex perſpicuis ſignis, vt in l. dolum, C. de dolo. ſequitur Peruſi. in d. c. fi. col. v. & Fely. in c. ex tranſmiſſa. col. ii. de præſcrip.

9 In alia vero materia, an † proteſtatio ſit neceſſaria, vbi aliquis impeditus eſt actum in termino facere: videtur quod ſic, per text. in d. c. fi. in ver. conteſtatione facta, & in l. fi. C. de his qui per met. iud. non appel. cum ſimilibus, quæ proteſtationem requirere videntur. Quicquid glo. hic dixerit Dec. cõcludit proteſtationem vtilem eſſe, ſed non neceſſariam. idem aſſerit tenere in d. c. fina. vbi tamẽ neceſſariam dicit, quando facto iudicis qui impeditus eſſet. Balb. in tract. præſcript. fol. lxvi. in verſic. tertius caſus. poſt Inno. concludit, quod non ſufficit probare impedimentum, niſi probetur quod ipſum impedimentum fuit cauſa non agendi, in quo vtilis eſt proteſtatio, non ergo neceſſaria. De hoc not. art. vide Abb. & Felyn. in præalleg. c. ex trãſmiſſa. ſcribentes in l. fi. §. illud. per illum tex. C. de tempor. appel. Barba. in c. plerunque. colum. vj. de reſeri. Iaſo. in l. properandum. in §. ſinautẽ vtraque. C. de iud. Peruſi. in d. c. fin. & in c. ex ratione. colum. iiij. de appel. Afflictum in deciſ. regni. fo. Deci. conſi. ccclvi. Pariſ. in d. c. ex tranſmiſſa. col. iii. & ſequẽ. Moder. repet. in §. morte. col. lxv. cum ſeq. & late Ripam in tract. de peſte. fol xxviii. in ſexto dubio. Reſolutio præalleg. ſcribentium
10 communis eſt, † quod proteſtatio non ſit neceſſaria, ſed vtilis: per l. ii. ff. ſi quis caut. & §. dies. l. i. ff. quãdo app. ſit. l. j. §. ſi reus. ff. de eo per quem fact. erit. & l arbiter ſi calẽdis. ff. de arbit. requiritur enim ſolum ad oſtendendum quod animus impediti erat actũ perficere ſi potuiſſet. Vnde ſi alio modo quàm per proteſtationem conſtare poſſit de tali animo ſatis eſt. qa non refert quid ex æquipollentibus fiat. c. in his. de verbo. ſig. l. ſi mater. C. de inſti. & ſubſti. ſub condi. fact. dummodo igitur de impedimento & diligentia aliter conſtare poſſit, ſatis eſt. Sed
11 quando † impedimentum notorium fuit & nihil profuiſſet diligentia, vt quando ſemper viguit bellum, aut notoria peſtilentia & ius non reddebatur, nec agitur de cõſtituendo aduerſarium in mora, ſed de ſe excuſando a negligentia petendi, non eſt opus diligentia neque proteſtatione: quia nõ tenetur quis facere, quod factum non releuat l. fina. ff. quis ordo in bono. poſ. ſer.

Maior contrarietas, quæ ſit inter docto.
12 in materia iſta, eſt quando † impedimentũ prouenit facto iudicis; quia plures ſunt tenentes requiri hoc caſu proteſtationem: vt per Fely. & Pariſ. præalleg. Communis tamen doc. opinio videtur eſſe in oppo. per iura præalleg. vt per Deci. hic & in conſil. ccclvi. & Ripam loco præalleg. vbi cõmunem conclu. quod impeditus facere actum in termino excuſetur quamuis de impedimẽto non fuerit proteſtatus, ita quod proteſtatio
13 non ſit neceſſaria: fallentiam ponit † quando impeditus actum facere vellet alio in loco, & coram aliis perſonis, quàm coram illis coram quibus tenebatur, proteſtari, tũc debet, quod ibi & coram illis perſonis actum facit, quia impeditur coram perſonis & in loco a iure deputato actum ipſum expedire: ita procedit tex. d. c. fin. & d. l. fi. Ratio fallentiæ eſt, quia cum actus talis fieri poſſit & pro libito voluntatis, & ex neceſſitate impedimenti. Item ex diuerſis cauſis, & ad diuerſos fines, requiritur proteſtatio animi declaratoria; vt ſciatur quod ex neceſſitate & ad effectum certum actus ipſe expeditur: vt in d. l. fi. dicitur. Et prædictæ opinioni adhæreo, nihilominus ante factum

laudarem

laudatem ad euitandum opi.doc.fieri ſolẽnẽ proteſtationẽ de impedimento,quodq; per eum non ſtetit nec ſtat. Et fieri debet tempore congruo, ac publice, & impedimenti cauſam continere: vt poſt Peruſi.tradit Fely.in d.c.ex tranſmiſſa.col.iij.in fin. & vt dicit Abb.in d.c.plerunq;.diligẽtia probabitur p proteſtationem, Et ſic licet non ſit de forma eſſentiali,erit tñ de forma probatoria: vt vult etiam Pau.de Ca.in cõſi.xxj.in cauſa.col.pe.in antiquis.

14 Circa quartum articulum, † quomodo, & qualiter metus purgetur: cõſiderandum eſt vt inquit Deci. ꝙ metus purgatur ex libera voluntate, quæ poſtea expreſſe vel tacite ex aliquo actu deprehenditur, & ideo metus, qui in promittẽdo interuenit, tollitur & purgatur ex ſolutione ſponte facta l.ij.C.quod metus cau.præſertim ſi ex interuallo facta fuit, & ceſſante cauſa metus. vt ibi per Bal. Alex.& Deci.hic plura alleg. ad notabilemq; quæſtionem inferentem.& per Alex.in conſil.xciij.col.ij. lib.v.Barb.in conſi.liiij.fol.vltimo lib.j. vbi de purgatione metus per ratificationem vel renunciationem factam, ceſſante cauſa metus,tradunt. Et de hac materia vide Iaſonem in conſi.lxxij.lib.j.& clxv et ccxxvij.col.pe.vol.ij.Deci.ĩ cõſi.ccxix. & ccccxcviij. Poſtremo ad hanc regu-

15 lam,ꝙ † pro facto habetur illud,ꝙ nõ fuit factum propter metum vel impedimẽtum. gloſ.aſsignat duas limitationes.de quibus vide Soci.in l.iure ciuili.ff.de conditio.& demon.& Corne.in l.ſi.C.de condi.inſer. Et ad materiam huius legis videnda etiam ſunt quæ traduntur per glo.& doc.in l.nihil conſenſui.infra eo.ti.& Alcia.in tract. præſump.in vij.præſum.tertię regulæ.vbi tractat de probatione metus.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas nulla,quomodo intelligitur.*
2 *Prodigus qui dicatur.*
3 *Luxurioſe viuens an dicatur prodigus.*
4 *Prodigo non petenti curator datur,& ſubſtituitur exemplariter: vt in furioſo.*
5 *Beneficia pupillo conceſſa, extenduntur ad prodigum.*
Gloſ.l.ij.C.de cura.furio.ornatur.
6 *Prodigus & furioſus teſtari prohibentur etiam pro anima,limita vt hic.*
7 *Prodigo & furioſo curator datiuus nõ poteſt conſtitui, quando adeſt legitimus & habilis.*
8 *Curator prodigo conſtitutus cenſetur a lege,ſed non ipſo iure.*
9 *Prodigo ad ſanos mores redeunte ceſſat cura, ſed non ipſo iure.*
10 *Alienationes facta per eum, cui interdictum fuit minus legitime,non tenent.& quid ſi interuenerit iuramentum nu. 19.*
11 *Prodigus quando æquiparetur pupillo: vel adulto curatori habenti.nu. 12.*
13 *Prodigus in delictis non excuſatur. ſecus in furioſo.*
14 *Maius vitium eſt prodig,quam furioſi.*
15 *Prodigus matrimonium contrahere poteſt, & obligatur in dote ſi factus eſt locupletior nu. 16.*
17 *Prodigus in datione curatoris citari debet,ſecus in furioſo nu. 18.*

L. XL. Pomponius.

FVRIOSI, vel eius, cui bonis interdicitur, nulla voluntas eſt.

SVMITVR ex l.fulcinius.in.§.idẽq;. ff.ex quib.cau.in poſ.eatur. & ex l.is cui

1 bonis.ff.de verb.obli. Et intellige † voluntatem nullam eſſe, id eſt pro nulla in iure haberi.ideo dicit iuriſconſultus in d. l.fulcinius.in.§.adeo.i furioſo occultationem non dari.nõ enim ſe occultat,qui ſuus non eſt.Deci.hic in materia quædã gerit, materia diffuſa eſt vtilis & quotidiana,& ordinarie per doc. examinata in d.l.is cui bonis.ff.de verbo.obliga.ibi propterea videndum eſt. Quantum ad furioſum recurrendum eſt ad ea quæ diximus in l.in negotijs.ſupra eod.

Hic de prodigo,& quomodo, ac qualiter æquiparetur furioſo pauca videbimus.

2 Prodigus † dicitur,qui ſupra vires propriæ ſubſtantiæ expẽdit,in ſumptibus nullam conſiderationem habens. Vel aliter, dic prodigum eum eſſe, qui neq; tempus, neq; finem,aut modum expẽſarum habet: ſed bona ſua diſsipãdo, & lacerando profundit: vt dicit tex.in l.j.in.§.j.ff.de cura

ſur.ſequitur Deci.hic & Iaſ.in d.l.is cui. col.j.citat Ange.in auct.vt deter.ſit num. cler.vbi per illum text.in.§.cum vero.docet practicā articulandi,& probādi quem prodigum.Aquen.tñ ad fi.commenti prędictæ.l.is cui bonis.dicit relinqui arbitrio iudicis,quis dicatur prodigus:tale tñ arbitrium debet eſſe a iure regulatū,prout arbitrium boni viri:faciunt quæ de probatione prodigi ſcribit hic Deci. & in conſilio cclxxiiij.vbi repetit omnia hic dicta,uide etiam Pau.de Caſt.in conſi.cclxxiij.alias cclxxv.incip.a ſecūdo.col.ij.in antiquis. de prodigalitate,inquit, ſtari declarationi iudicis:non ſic de ætate.idē voluit Aquē.
3 in d.l.is cui bonis.col.iij. An aūt † luxurioſe viuens,prodigus dicatur? Reſpondeo ꝙ ſic,reſpectu honoris,& famæ:nō autem reſpectu bonorū.& ideo niſi luxurioſe viueret, etiam quo ad diſsipationē patrimonij eidē curator nō daretur:vt per Aquen. loco præalleg.facit illud ſatyrici.Prodiga non ſentit pereuntem fœmina cenſum.

Prodigus igitur a lege æquiparatur furioſo : vt hic & in d.l.is cui.cum alijs ibi per Iaſ.adductis. Et fundata eſt talis ſimilitudo i iure,ac ratione naturali: quia & ſi ex ſermonibus prodigi mentis compotes videantur , quantum tñ ad bona furioſorū faciunt exitum : vt dicit in l.his qui ad fi. ff.de tut.& cur.not,Alex.in d.l.is cui.col. fi.ideo mirum non eſt ſi æquiparant: pro-
4 pter quod † prodigo non petenti curator dari poteſt,& ſubſtitui exēplariter: quemadmodum filio furioſo . Deci.hic & prius per Iaſo.in d.l.is cui.in vj.not. ponentem
5 poſt Alex. ꝙ † omnia beneficia conceſſa pupillo,extenduntur ad prodigum,per gl. not.in l.ij.in verbo,agnatum.C.de cura.furio.de quo vide Ro.conſil.clxxix.col.iij. Alex.in l.marcellus. in princi.ij.col.ff.ad trebel.in l.centurio, col.ij.ff.de vulg.in l. impuberibus.ff.de acquir.hære.Fely.in c. cum non liceat.col.iij.de præſcrip.& in c. cauſam.col.iij.& in c.paſtoralis . col.ij.de iudi.Fran. de Curte in repe.l.admonendi. col.vij.ff.de iureiur.Moder.in l.humanitatis.C.de impub.& alijs ſubſti.Balb. Taurinen.in tract. præſcrip fol.lxv.in xxiiij. caſu.vbi ponit de præſcriptione,quæ contra prodigum nō currit, ſed dormit : prout
6 etiā facit reſpectu furioſi. Rurſus † quemadmodum furioſus teſtari non poteſt : ita nec prodigus.l.is cui.ff.de teſta.& inſtitu. quibus nō eſt permiſſum fac teſt.§.item furioſus.etiam ad pias cauſas & pro anima, quia inhabilis eſt inhabilitate ſurgente ex naturali ratione , vt furioſus:ita conſuluit Alex.not.in conſ.clxxxij.lib.v.& voluit etiam Phil.Fran. quicquid alij ſentiant,in rub.de teſt.li.vj.in iiij.col.Vbi poſt Bal. & Imol.limitat,niſi ſtatutum aliter diſponeret.Item lim.in ingrediēte monaſteriū : quia,ex quo ingreſſus permittitur,vr̄ permiſſa diſpoſitio teſtamentaria, vt acceſſoria ad ingreſſum,arg.c.acceſſorium.de reg. iur.in vj.ita Lappus alleg.xxvj.in ij.dub.

Et ex prædictis pariter limitari poſſunt ea,quæ poſt alios ſcribit Iaſ.in l.j.in j.lec. col.fi.C.de ſacroſan.eccl. ꝙ diſpoſitiones teſtamentariæ loquētes de teſtamentis,nō comprehendunt teſtamēta ad pias cauſas condita: vt non procedant qñ loquerentur de inhabilitate a ratione naturali ſurgente. Et quemadmodum pater furioſus bona filij non adminiſtrat , eodem modo ſi pater prodigus ſit, & diſpenſet bona filij,remouetur ab adminiſtratione,& filio per l.conſulitur.vt per Soci.in cōſi.xxxiiij.in quar-
7 to prin.articu.vol.j. Item † quemadmodum mentecapto & furioſo a lege prouiſum eſt de agnato, vt tutelam ſuſcipiat cū iuramento , inuentario,& alijs ſolēnitatibus, de quibus in l.tam dementis . & in l. de curationibus.C.de epiſc.audi.& in l fi. C.de cur.furi.& iudex ad datiuum deuenire nō poteſt,poſtꝙ lex de legitimo prouidit,niſi prius conſtito de curatoris defectu vel inſufficientia.Anch.in conſi.cccxiiij. incip.videretur . Ita eſt ēt in cura prodigi quę legitima eſt:quia ex l.xij.tab.prodigi in cura agnatorum ſunt.§.furioſi.inſtit. de curat.vtpote quibus eorum hæreditas defertur.vt inſti.de legi.agna.tut.in prin. Et curatori datiuo nunꝙ locus eſt,niſi legitimis deficientibus,aut inhabilibus cōſtitutis:vt per gl.& Ang.in d.§.furioſi.ſufficit tñ ꝙ legitimus præſens ſit dationi talis curatoris & expreſſe vel tacite cōſentiat, vt p Pau.de Ca.i cōſi.cclxxiij.alias cclxxv. incip.a ſecundo.col.ij.in antiquis. Et ta-
8 lis † curator cōſtitutus prodigo cenſetur a lege,nō ipſo iure,ſed facta interdictione, interuenienteq; plena cauſæ cognitione, ac decreta adminiſtratione bonorum curatori prodigi:quicquid Imo.ſenſerit:vt per Are.in d.l.is cui lege.circa fi.& p Aquen. in d l.is cui bonis.col.iij.ēt ꝙ eſſet notorie prodigus:vt per Alexā.Iaſ.& Aquen.in
9 d.l.is cui bonis.ſicuti econtrario † ad ſanos mores prodigo redeunte dicta cura nō ceſſat, nec prodigus adminiſtrationem re-

cuperat, niſi ſuper hoc iudicialis & declaratoria ſententia præceſſerit: vt per Iaſ.in d.l.is cui bonis. col.v.vbi Aquē.iiij.licet aliqui aliter dicant. & talis curator tenetur curam ſuſcipere, & rationem adminiſtrationis reddere: vt per Deci.in conſilio
10 cclxxiiij. Et ſi† bonis alicuius iāquam prodigi interdictum fuerit, & prodigo curator datus, ſed minus legitime ex cauſa aliqua, vel defectu, licet datio curatoris nō ſubſiſtat, alienationes tamen factæ non tenent. Pau.de Caſt.in cōſi.præalleg.& probatur in d.l.is cui bonis: ſecundum inductionem Are.ibi in j.& ij.col. Aliquan-
11 do † prodigus æquiparatur pupillo quantum ad ſtipulandum & ſibi acquirendum, vt hic per Deci. & Alex.in d.l.is cui bonis.col.j.vbi Iaſ.in ij.not.melius ſentiens ex illo tex.not.prodigum, cui interdictum eſt bonis, quantum ad ſtipulandum & acquirendum ſibi, æquiparari diſcreto viro. Quantum autem ad alienationem vel obligationem æquiparari pupillo & furioſo: & conſequenter claudicat contractus veluti in perſona pupilli, l.Iulianus.§.ſi a pupillo.ff.de actio.empt. imputandumq; eſſe contrahenti cum ſimilibus perſonis. Sed
12 † l.ſi curatorem habens.C.de in integ.reſtitu.mino.æquiparat prodigum, cui bonis interdictum, eſt adulto curatorem habenti: Quod intelligitur in actibus uiuentium, ſecus in actibus morientium. ſecundum Bar. ibi. ſequitur ſimpliciter Iaſo.in d.l.is cui bonis.colū.iij.auctoritas enim talis curatoris adulto dati nō reſpicit actus vltimæ voluntatis, qui debent effectū ſentire poſt mortem adulti.l.aurelius.§.grauis.ff.de libe.lega. vnde quo ad actus illos perinde eſt ac ſi adultus curatore careret, quo caſu eius bona adminiſtrare poſſet.d.l.ſi curatorem.& poſt Bar.tradit Are.in l.is cui lege.col.j.ff.de teſta. Et procedunt prædi-
13 cta in contractibus: ſecus † in delictis, in quibus prodigus punit, vt quilibet alius: cum vitium coniunctum vitio non excuſet maleficium, vt hic per Deci.poſt Bald. Ang.& alios & eſt communis doct.ſententia: vt per Iaſ.in d.l.is cui. colum.viij.vbi Aquen.iiij.quod enim prodigus nō obligetur contrahendo, introductū fuit in eius fauorem ne ipſius bona diſsipentur: quo fauore delinquens dignus non eſt: vt poſt Bart.& Pau.de Caſt.ſcribit ibi Iaſo.limitans, vt per eum: & prius per Aret.ibi circa ſi.commenti. Sed furioſus ſuus non eſt: vt ſupra dixi, & ſatis furore ipſo punitur, ideo etiam in delictis excuſatur. Eſt etiam
14 † maius vitium prodigi, ꝗ furioſi: quia prodigus facilius ꝗ furioſus ad ſanos mores reducitur: vt enim in epiſtola Alphōſi ad Philippum Mediolani Ducem ſcribitur, ſententia eſt philoſophorum, eum, qui ſemel inſaniuit, nunquam reduci ad ſanitatem: refert Iaſo.in d.l.is cui.col.v. Eſt etiam inter prædictos differentia, quia non ita deprehendi poteſt prodigalitas, ſicut furor: nec eſt ita enorme vitium: vt probatur in l.is qui.ff.de tut.& cura.dat.ab his. & voluit Aquē.in d.l.is cui bonis.ī j.col.
15 Item † cum furioſus non poſsit contrahere matrimonium ratione deficientis conſenſus.l.a patre furioſo.vbi Iaſ.in i.col.ff. de his qui ſunt ſui vel alie.iur.an idem erit in prodigo, qui furioſo æquiparatur, doct. non declarant: Prima facie videbatur ꝙ ſic, quia matrimonium eſt ſpecies ſeruitutis.l ii.ff.de libe.homi.exhi.ad iſtud propoſitum adducta per Alexā.in conſi.lxxi. lib.ii.& obligat perſonam quæ cunctis rebus pretioſior eſt. & inæſtimabilis.l.liber homo.ff.ad l. Aqui.ergo prodigus tam arctam & arduam obligationem contrahere non poterit. Oppoſitum verius arbitror, quia vt in ſuperioribus dictum fuit, & in alio propoſito ſcribit Aquen. in dicta l.is cui bonis. col.iiii.prodigus conſenſu non caret, quo nuptiæ contrahuntur.l.nuptias. ſupra eodem. Nec dicitur modo aliquo capite diminutus. Bald.in l.certum. colum. penulti.C.vnde legit. nec actus iſte tendit ad diminutionem ſui patrimonii, immo ad vtilitatem publicam.l.prima.ff.ſoluto matrimo. & hoc præſertim procederet vbi matrimonium eſſet ſibi conueniens, per ea, quæ in alio propoſito tamen, refert Iaſo.in dicta l.is cui. colum.ii. Reſpectu ve-
16 ro† dotis ſi ad illius reſtitutionem ſe obligauerit non videtur ꝙ obligatio ſubſiſtat per hanc regulam & d.l.is cui bonis. niſi quatenus prodigus effectus eſſet ex ea locupletior argumen.l.prima. in fin.ff.depoſi.cum aliis quæ poſt Decium adduximus in præcedenti regula. Et cum ſimilibus contrahenti imputandum eſſet reſpectu bonorum, quæ prodigi & diſsipari poſſunt, ſi curatoris auctoritatem non adhibuit. Confirmo nam prodigus religionem ingredi poteſt, & conſequenter ſpirituale matrimonium contrahere, vt per Lappum allegat.xxvi.Philip.Franc.loco ſupra alleg.& Iaſo.poſt Alber.in auten.ingreſsi. colum.i.C.de ſacroſan.eccleſi.vbi dicunt

bona venire acceſſorie, & monaſterio applicari, ſi poteſt ſpirituale matrimonium contrahere: ergo & carnale, vt per Lappum præalleg.

17 Poſtremo videndum eſt † an in datione curatoris prodigo citãdus ſit prodigus ipſe? Deci. hic ad fi. tenet ꝙ non: quia talem actum impedire non poteſt, ergo neceſſaria nõ eſt illius citatio, per regulã. l. qui poteſt. ſupra eo. quicquid dixerint Ang. Alexan. & Soci. & hanc opi. ſequitur etiam conſulendo, Deci. ipſe in cõſi. cclxxiiij. ad fi. per prædictam rationẽ, & æquiparationem hic factam. Ad oppoſ. eſt communis: vt per Aquen. in d. l. is cui bonis. col. iiij. quia cum agatur de præiudicio ipſius prodigi cui curator dãdus eſt, debet citari per regulam. l. de vno. ff. de re iud. & l. nam ita diuus. ff. de adop. Nõ obſtat ꝙ iſta datio curatoris poſsit fieri & expediri eo inuito, ergo & illo abſente ac ignorante. Reſpon. ꝙ regula procedit vbi eſt eadem ratio, alias ſecus. l. ſi in tres. ff. de arbi. ſed in propoſito noſtro non eſt eadem ratio, quia ſi citabitur, forte defendet cauſam ſuam & ſic actiones ſuas iuſtificabit, ꝙ nõ iudicabitur prodigus, & iudicem trahet in ſuam ſententiam: ita ꝙ ratio l. ſi in tres. hic optime quadrat & conuenit. Vel etiam reſpõ. ꝙ regula procedit vbi ſimpliciter & abſolute quid fieri poteſt me inuito, vt pariter me ignorante fieri valeat: ſecus quãdo fieri nequit niſi cauſa cognita, iudiceq; permittente, vt in caſu noſtro: iuxta l. obſeruare. ff. de cura. fur. & tradita per Aquen. in d. l. is cui bonis. col. iij. tũc enim regula prædicta nõ procedit: vt per Are. in l. ij. in. §. fi. col. fi. ff. ſol. ma. Non obſtat æquiparatio in lege noſtra facta: procedit enim poſtquam fuit bonis prodigi interdictum, nõ autem ante, prout in propoſito noſtro, cum poſsit eſſe in iudicio, ſibiq; competat poteſtas & facultas adminiſtrãdi ſua. l. Iulianus a contrario ſenſu. ff. de cur. fur. cum no. per Areti. in l. is cui lege. circa ſi. ff. de teſta. & Iaſ. in l. is cui bonis. col. iij. Quinimmo Areti. in d. l. is cui bonis. col. iij. fir-

18 mat, defendereq; nititur, etiam † furioſum in datione talis curatoris citari debere cũ de illius agatur præiudicio. Sed hoc falſum eſt, & contra ſententiam a doctoribus communiter receptam: quia cum careat cõſenſu, in iudicio non ſtabit, vocandi tamen erunt illius propinqui: vt per Aquen. in dicta l. is cui bonis. colum. fina. & conſuluit Alexan. lib. ij. in conſi. lxxxvj. An autem contractus prodigi iuramento firmetur, vide per doct. in d. l. is cui.

SVMMARIVM.

1 *Actor non debet eſſe melioris conditionis, quam reus.*

2 *Reus volens ſuperflua probatione onerari, admitti debet.*

L. XLI. Vlpianus.

NON debet actori licere, quod reo non permittitur.

1 ET SIC † non debet melioris conditionis eſſe actor, ꝙ̃ reus, exemplificãdo vt hic per glo. & Deci. & glo. not. in c. non licet actori. de reg. iur. in vj. vbi ponit etiã iſta regula. Ad idem tex. in c. ij. de mut. peti. ibi, cum actoris & rei eadem ſit cõditio, ſeruanda eſt æqualitas in iudicijs. c. in iudicijs. de reg. iur. eo. lib. vj. ſecundum Philip. Fran. & alios ibi, ſed ille text. recte intelligendo aliud dicit, perſonarum videlicet acceptationem, nõ debere eſſe in iudicijs, magnũq; ita eſſe iudicandũ vt paruũ, nec aliter cum regibus, aliter cũ alijs eſſe in iudicijs agendum. vt declarat tex. c. nouit. de iudi. De æqualitate igitur inter actorem & reum ſeruanda melius probatur in d. c. ij. & in l. vbi falſi. C. ad l. Corneliam. de fal. vbi dicitur, ꝙ iudex inter litigãtes medius eſſe debet, nec vnũ a dextris aliũ a ſiniſtris habere, ſecundum gl. ibi. Ad idem l. fi. C. de fruct. & lit. expen. vbi ſecundum communem intellectum, dicitur in iudicijs ſeruari debere æqualitatem, nec iudicium claudicare conueniens eſſe: vt per Philip. Fran. in d. c. in iudicijs & Aquen. in prin. l. iij. ff. quod quiſq; iur. Verus tamen ſenſus illius text. l. fin. ſcilicet alius eſt, vt ibi declarat Paul. de Caſt. & Deci. in l. non eſt nouum. C. de eden. Ex hoc, ꝙ inter actorem & reum ſeruanda ſit æqualitas in iudicio, & ꝙ prærogatiuæ vni ex litigatoribus conceſſe, etiam alteri competant, inferri poteſt ad determinationem quarundam quæſtionum: vt hic per Deci. Fely. plura alia congerit in rub. de reſcript. col. j. & in c. ij. de mut. peti. Per hãc regulam infert

2 hic gl. & i d. c. nõ licet. ad fi. quod † ſi reus antequam actor puta probauerit eius intẽtionem velit exceptionem probare, & ſe

ſuperflua probatione onerare, mos ei gerendus eſt. de quo vide Ioan. And. in Specu. de probat. in. §. ij. & Fely. in c. cum cauſa. col. j. de re iudi. Circa caſus ſpeciales poſitos per glo. hic. & in d. c. non licet, dicendum eſt: vt per eaſdem glo.

SVMMARIVM.

1 *Aduentitium lucrum quid ſit.*

2 *Lucri & damni diſpar eſt ratio, & quando nume. 3.*

§. IN RE obſcura melius eſt fauere repetitioni, quā aduentitio lucro.

1 CAPITVR hic † aduentitium lucrum, pro omni lucro quod ex fortunæ liberalitate aduenit: iuxta l. cum oportet. in prin. C. de Bonis quæ lib. vbi ponitur qūo differant aduentitia, & profectitia, de quo etiam in l. profectitia. ff. de iure dot. Sumi autem potuit præſens regula a l. proculus. ff. de dam. infec. & a l. qui autem. in princ. ff. de his quæ in frau. credi. cum ſim. Lucri
2 † enim & damni ſemper in iure diſpar fuit habita ratio: iuribus prææallega. cum accumulatis per Deci. in xxxiij. regula ſupra eo. & per Fede. de Senis in ix. q. Barba. in conſil. xxiij. col. ij. libr. j. & xlj. col. vij. & xvj. in eo. & cōſi. xxj. in tertio dubio. volu. iij. & inter conſilia Soci. iiij. lib. in conſi. lxxvij. col. ij. ſcribentes in l. cum quidā. per illum text. ſupra de iure ſiſ. & Deci. in
3 conſi. cclx. Sed confundi † videtur hæc regula per xxxiij. ſupra eo. dum ait, ꝙ ſiue is qui petit, ſiue is a quo petitur de lucro tractet, durior eſt cauſa petitoris. gloſ. hic quam Deci ſequitur intelligit quando repetens de damno euitando tractat. alias ſi de lucro vterque tractaret procederet regula. d. l. in eo. vt durior eſſet cauſa petitoris. Cōfirmari poteſt, quia damni & lucri, vt dictum eſt diſpar eſt ratio. Et ſi vterque de lucro tractaret potior eſſet cauſa conuēti, cui iura magis cæteris paribus fauent. l. fauorabiliores. & l. in pari. infra eo. titu. & ꝙ fauendum ſit recuperatorio iudicio rem perſequentibus, pulchre etiam ponit Cic. in ij. char. v. lib. Verrinarum.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſante lege ſufficit allegare rationē naturalem.*

2 *Hæres iuſtam ignorantiam habet in rebus defuncti. Fallit nu. 9. 12. 13. & 14.*

3 *Hæres qui propter canonem non ſolutum cecidit a iure ſuo, reſtituitur in integrum ex clauſula ſi qua mihi &c. & nu. 5.*

4 *Clauſula, ſi qua mihi cauſa &c. competit contra præſcriptionem centum annorū.*

6 *Hæres denegans reſtitutionem rei conductæ, non patitur pœnam. l. pe. C. vnde vi.*

7 *Hæres vendens fundum emphiteuticū non cadit a iure ſuo. Idem de feudatario feudum alienante nu. 8.*

10 *Suus hæres immiſcendo ſe in bonū patris quando cenſeatur habere notitiam contentorum in teſtamento. & nu. 11.*

15 *Proteſtationi incitatoriæ quando parendum ſit, & quomodo caute agatur nu. 16. 17. & 18.*

L. ſi quis inficiatus. ff. depoſi. declaratur, et ornatur.

19 *Reus habens iuſtam cauſam litigandi, ſuccumbendo excuſatur ab expenſis, & quæ ſit iuſta cauſa.*

20 *Reus, poſtquam cognouit ſe iniuſtam cauſam fouere, ſuccumbens, an condemnetur etiam in expenſis factis ante cognitionē. & nu. 23.*

21 *Debitor citatus confitens debitum abſque interpellatione extraiudiciali abſoluitur ab expenſis: ſecus ſi negauerit.*

22 *Reus quando in expenſis ob malitiam & dilationem veniat condemnandus.*

24 *l. quidam hyberus. ff. de ſerui. vrba. prædio. ornatur.*

25 *Poſſeſſor bonæ fidei ſuccumbens in quibus fructibus debeat condemnari.*

26 *Actor an poſſit habere iuſtam cauſam: ita vt non condemnetur in expenſis.*

L. XLII. Caius.

QVI in alterius locū ſuccedunt, iuſtam habēt cauſam ignorantiæ, an id qđ peteretur deberet. Fide-

iuſſores quoq; non minus quàm hæredes iúſtam ignorãtiam poſſunt allegare. Hęc ita de hęrede dicta ſũt, ſi cum eo agitur: non etiam ſi agat. nam plane qui agit, certus eſſe debet, cum ſit in poteſtate eius, velit experiri: & ante debet rem diligenter explorare: & tunc ad agendum procedere.

DIVIDITVR in duas partes. In prima ponit dictum bimembre. In ſecunda declarat, qũo, & qualiter ꝓcedat primũ dictum, ſecunda ibi, hæc ita. Sumitur ex ll. per gl. alleg. Et fundata eſt in ratione natu
1 rali, † quam ſolam allegare ſufficit l. ſcire oportet. in. §. ſufficit. ff. de excuſ. tu. ibi, cuius fidem ſufficit firmari ex ipſa naturali iuſtitia, & ſi ſit etiam cõſtitutio imperatorum hoc dicentium. ad idem l. in rebus. §. poſſunt. ff. commo. de quo vide Bald. in l. vnica. in. §. i. per illum tex. C. de cadu. toll. Barba. in conſi. iii. col. fi. lib. ii. dum ponit, quid probari, & reprobari ratione naturali. Iaſo. in l. dedi. in. §. ſi liber. col. vii. ff. de condi. cau. in l. quamuis. col. i. ff. de in ius voc. l. illam. col. iii. C. de col. in auct. ſi qua mulier. col. ii. C. de ſacroſan. eccl. Corſe. in litera o ſingul. incipiente vbi docto. Deci. in c. ſecundo requiris. in iii. not. de appell. & Moder. Bonon. in repet. rub. C. de proba. col. xxxviii. Principium iſtius regulæ ponitur etiam in c. cum quis. de reg. iur. in vi. & licet generaliter dicat de ſuccedente in ius & locum alterius, tamẽ vt in ſequentibus declaratur. de hærede loquitur, ſed procedit in omni ſucceſſore tam vniuerſali quàm ſingulari: vt per gl. in d. c. cum quis.

2 Nota ergo † ꝙ hæres in rebus & geſtis defuncti iuſtam & probabilem habet ignorantiam: quia in facto alieno tolerabilis eſt ipſa ignorantia. l. fi. ff. pro ſuo. l. ſi mulier. ſupra ad velleia. d. c. cum quis. & c. ab excommunicato. vbi traditur de reſcriptis.

Contrarium in propoſito noſtro videbatur dicendum, quia hæres & defunctus cẽſentur vna & eadem perſona. §. i. in auctẽ. de iureiur. a mor. præſt. Et ex perſona ſucceſſoris nõ mutatur conditio obligationis l. ii. §. ex his. ff. de verbo. oblig. ergo ignorantia improbabilis. Reſponde ſecundum Anchar. in conſi. ccxliiii. incip. quia quæſtio. procedere prædicta iuris fictione, non ſecundum veritatem quę hic cõſideratur, ideo dicit Bal. in l. ſcire. ad fi. C. vt in poſ. leg. & in l. generaliter. C. de rebus credit. nouus hæres, noui mores, & noua anima: quodq; alia eſt cõſcientia defuncti, alia hæredis. ſæpe enim bono ſuccedit improbus, vt late ſcripſi in repet. l. ii. C. de pact. inter empt. & vend. nu. 251. & dicit etiam Arc. in conſi. cxii. cõſiderans. col. ii. quod in hęrede præſumitur ignorantia & bona fides, niſi aliquid demonſtretur quod ſit ignorantiæ excluſiuum.

3 Ex prædictis infertur, ꝙ † hæredi, qui a iure ſuo cecidit ratione canonis nõ ſoluti, propter talem ignorantiam, tanquam iuſto impedimento detento & impedito, impartitur reſtitutio ex generali clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe uidebitur in integrum reſtituam. Deci. hic & latius Curt. ſenior
4 in conſil. lix. Quæ quidem † reſtitutio ex clauſula prędicta ſecundum veram & communem doct. cõcluſionem conceditur etiã aduerſus præſcriptionem quadraginta annorum, immo cẽtum annorum: vt late ſcripſi in repeti. d. l. ii. C. de pact. inter emptorẽ & vend. q. viii. & lxxiiii. Bal. in d. c. cũ quis. intelligit prædicta procedere quãdo ex lege diſpoſitione res incidit in communionem, prout eſt qñ hæres emphyteotæ ignorans eſſe emphyteoticum eccleſię, vel prælato canonem nõ perſoluit: ſecus ſi ex diſpoſitione defuncti in commiſſum inciderit, vt quia appoſitum fuiſſet pactum, ꝙ nõ facta ſolutione res ad eccleſiam reuerteretur, quia tunc hæres non reſtitueretur in integrum. l. Aemilius. ff. de minor.

5 † Sed & ſi hęs ex proprio priuilegio, aut ex edicto de minoribus, reſtituendus non ſit. d. l. Aemilius. tñ propter iuſtam ignorãtiam ex generali clauſula, ſi qua mihi aliá iuſta cauſa eſſe videbitur in integ. reſtituã, de qua in l. i. in fi. ff. ex quib. cau. maior. in integrum reſtituẽdus eſt. vt poſt alios ſcribit Phil. Fran. in d. c. cum quis. & Iaſ. in l. ii. col. lxxv. nu. 222. C. de iure emphy. & latius demonſtraui in repe. d. l. ii. C. de pact. inter empto. & vend. in lxxvii. q.

6 Infertur etiam per prædicta, ꝙ † hæres, qui a defuncto rem cõductam nõ reſtituit, ignorans conductionem, non teneatur pœna. l. pen. C. vnde vi. ſecundum Deci. vide ibi ſcribentes & text. ſimilem in l. ſi quis conductionis titulo, cũ dictis Bar. & aliorum. C. loca. quem declara & limita: vt per Rom. in conſil. cccxcii. col. ii. & Fely. in c. inter dilectos. col. pe. de fide inſtru. Simili-
7 ter † ſi hæres emphyteotæ emphyteoſim

ignorans fundum emphyteoticum diſtra-
xerit,nō cadit a iure ſuo,& dominus reuo-
care volens ſcientiam probare tenebitur,
ſecundum Bal.ſequitur & reputat no.De-
ci.hic.& non ſunt multi dies,ꝙ propterea
defendi quendam clientulum a pœna pri-
uationis vnius domus emphyteoticæ per
hæredem nō habita licentia directi domi-
nij alienati.Quibus adde Iacob. de ſancto
Georgio in tracta.ſuo de feud.in verbo &
cum pacto ꝙ de ipſo feudo.in fi.vbi in ma
teria alienationis feudi vnum ſumme no
8 tari mandat,de † vaſallo qui per alienatio
nem feudi illud perdit quando ſcienter ſci-
licet alienat,alias ſecus: & eſt tex.nota.in
c.j.de contro.inter domi.& emp.& ponit
etiam Iaſ.de emphyteoſi pariter loquens,
in l.fin.char.penul.in xv.q.C.de iure em-
phy. ſit ergo,dicit Iacob.cautus in practi-
ca aduocatus, vt libellando dicat ꝙ talis
vaſallus ſciēs rem eſſe feudalem eam alie-
9 nauit. Limitatur prædicta † qñ ageretur
de contentis in teſtamento, quorum noti-
tiam & ſcientiam hæres præſumitur habe
re.l.non eſt ferendus.ff.de tranſactio. De-
ci. hic ſequitur cōcluſionem Bald.ꝙ poſt
aditionem,vel immixtionem,hæres etiam
ſuus præſumatur de teſtamento ſcientiam
& notitiam habere:vt hic per eum. & la-
tius per eundem in l.eius qui in prouincia.
in.§.fi.col.ij.ff.ſi certum peta.vbi dicit do
cto.in hoc articulo vario modo loqui.ipſe
diſtinguit aliquos caſus,poſtmodum ab il-
la diſtinctione recedere videtur,aliter cō-
cludendo:vt per eum ibi & in ſuo conſilio
10 cclxxxvij.& ccciij. Sed ea † concluſio
Bal.ſimpliciter intellecta:vt Deci.facit,ꝙ
illi quibus a lege,& a natura, parentū hæ-
reditas defertur,poſt immixtionem cēſean
tur habere ſcientiam & notitiam conten-
torum in teſtamento ab illis condito, vera
non eſt,omniq; probabili ratione caret.cū
enim lege permittente & impune immi-
ſcere ſe poſſint bonis parentum & maiorū
ſuorum,licet nullū appareat illorum teſta-
mentum,quidnam impellere nos debet ad
dicendum cenſeri poſt talem immixtionē
habitam eſſe notitiam & ſcientiam cōten-
torum in teſtamento: Certe nihil ? potius
ergo ignorantiam, ꝙ̄ ſcientiam præſumā:
iuxta c.præſumitur.de reg.iur.in vj.etiam
ꝙ teſtamentum fuerit nuncupatiuum:quic
quid dixerit Deci.in præallega.l.eius qui
in prouincia. in vlt.colum. non enim pro-
bat hoc eſſe,quod ab hoc contingit abeſſe:
cum probatio debeat de neceſſitate con-
cludere.l.non hoc.C.vnde cog.& c.in præ
ſentia.de probatio.niſi qñ immixtio facta
fuiſſet virtute teſtamenti,quia tūc erit con
iecturandum habitam eſſe notitiam cōten-
torum in teſtamento:vt per Alexā.conſil.
iiij.colum.pe.lib.ij.& doct.in locis præal-
leg.Et iſto caſu procedere & ſaluari poſſet
opi.Bal.& Decij:alias non. Communis
ſcribentium ſententia eſt cum Bart.in d.l.
eius qui in prouincia. & in.§.duo fratres.
11 † ꝙ in ſuis præſumatur ignorantia conten
torū in teſtamento:in extraneis vero ſcien
tia,niſi ex coniecturis aliud appareat: vt
per Iaſ.poſt alios in d.§.duo fratres. colū.
xxij.cum ſequē.in iij.q. Bar.& in d.l.eius
qui.in verſi.fi.col.j.& ij.vbi dicit in iudi
cando & conſulendo non eſſe recedendum
ab opin.Barto.quæ ſeruatur in practica,&
quam cōſulendo pluries ſecutum ſe fuiſſe
teſtatur,& ſi de hoc inter conſilia ipſius ni
hil tactum inueniam. Moder.Papien.in d.
l.eius qui.in v.no.ſequentes opi.Bar.eam
in vtroque membro ſuſtinent arguendo a
communiter accidentibus,quod arg. vali-
dum eſt in iure,quia non dicit Bart.ꝙ hæ-
res extraneus contenta in teſtamento ne-
ceſſario ſciat, ſed ꝙ in dubio ſcire præſu-
mitur. a communiter enim accidentibus
extranei non adeunt hæreditatem ſibi de-
latam niſi cognitis contentis in teſtamen-
to:ſecus in ſuis.eſt ergo probatio a cōmu-
niter accidentibus, quæ valet & tenet.l.
neq; natales.C.de proba. Multæ autem
ſunt coniecturæ,quibus ignorantia exclu-
ditur,& ſcientia contentorum in teſtamen
to præſumptiue habetur, & recipitur: vt
per Alex.in præalleg.conſi.iiij.col.pe. &
Deci.in d.l.eius.col.fi.& in conſi.præall.
Secundo intelligitur hęc regula vbi de
damno euitando agitur,quia excuſatur hę
12 res propter ignorantiam, vt hic.ſecus † ſi
ageretur de cauſa lucratiua,quia nō excu
ſaretur hæres propter ignorantiam.§.ſi res
legata.inſti.de lega.quamuis dici poſſit,ꝙ
ibi cōcurrebat cum cauſa lucratiua hære-
dis factū,quod legatario nocere nō debet:
vt per Are.ibi in fi.commēti.& Deci.hic.
tu vide text.a quo ſumptus fuit.§.ſi res.in
l.ſi quis inquilinos.in.§.j.ff.de legat.j.vbi
Pau. de Caſt.contrarium dicendum vide-
batur, inquit, quia hæres nec poſſidebat,
nec dolo poſſidere deſierat: vnde ſicuti
mortuo ſeruo liberatur hæres.l.cum res.
in fi.ff.de lega.j.ita & tunc liberatus vi-
debatur. Sed oppoſitū eſt verius. & quod
dictum eſt, procederet ſi ſeruus mor-

tuus eſſet ſine facto hæredis. In dictis iuribus facto ſuo perierat ſeu præſtari poſſe deſierat, ideo mirum nõ eſt ſi ad ęſtimationem tenetur. Poſtremo aduerte, quia vt mihi videtur, prædicta male quadrant pro limitatione iſtius regulæ. procedit enim iſte tex. etiam in caſu de quo ſupra, ꝙ hæres iuſtam habuerit ignorantię cauſam, ſeruum, quem legatum alteri fuiſſe ignorauerat, manumittendo: quia cum in ius & locũ alterius ſucceſſerit, ratione naturali iuſtam poteſt in geſtis per defunctum ignorantiam prætendere, quamuis propter cauſam lucratiuam & eius factum ad æſtimationem teneatur: iuribus præallegat. Item pro hac limit. facit quod in propoſito ſcribit Pau. de Caſt. in l. ij. ad fi. C. de fruct. & lit. expen.

13 Tertio iſta regula limitatur, † vt procedat in hęrede conuẽto: ſecus ſi ageret, quia ignorantia tunc eum nõ excuſaret. poteſt enim imputari cur diligenter nõ inueſtigauerit: vt in hac regula dicit iuriſconſultus, quamuis ex probabili cauſa excuſari poſſit: vt hic per Deci. poſt Cardi. & prius voluit Dy. in d. c. cum quis. & Curt. ſenior in conſil. lix. col. iij. Sed confundi hæc videntur per dicta in ſuperioribus de ſuccedente in ius & locum alterius, qui ex capite ignorantiæ implorare poteſt beneficiũ reſtituit. in integ. Et nõ obſtante præſcriptione quadragenaria aut lõgioris temporis, rem ab alio poſſeſſam vendicare. Propterea hunc text. cum prædictis intelligerem, quando hæres allegatę ignorãtię prętextu in præſentiarum agẽdo aliquid conſequi vellet, & poſſet ſibi imputari cur diligenter antea rem non explorauerit, certiorq; factus fuerit: quia cum poſsit ſibi imputari, cur antequam ad iudicium veniret ſibi nõ ꝓuiderit, audiri non debet ignorantiam prætendendo, per hanc regulam, ſecus ſi ignorantiæ prætextu aliquid pro præterito conſequi vellet.

Quarto limi. ex dicto Bald. in l. ſi pater, C. ſi penden. appel. mors interue. & Iaſ. in l. properandum. in. §. ſin autem alterutra.
14 col. j. C. de iudi. volẽtium, ꝙ † mortuo eo, qui iuſtam cauſam litigandi non habebat, eius hæres, qui cauſam proſecutus eſt & ſuccubuit, debeat in expenſis cõdemnari: cum cenſeatur eadem perſona cum defuncto, & ex perſona ſucceſſoris cõditio obligationis, vt dictum eſt, mutari non debeat: ignorantia igitur hęredis hoc caſu nõ attẽditur, nec pro iuſta habetur propter cauſam cum defuncto principiatam, & perſonę illius repræſentationem. Facit no. & ſolemnis deciſio quæ ponitur per ſcribentes in materia pręſcriptionis, ꝙ mala fides defuncti impedit hęredem, etiam ꝙ ipſe ſit in bona fide, præſcribere: ac præſcriptionem ex ſua perſona inchoare tam in actione reali ꝙ̃ in actione perſonali propter repræſentationem prædictam, & quia hæres ipſe tenetur exonerare conſcientiam defuncti: ſecundum communes concluſiones docto. in c. fi. de præſcrip. & Balb. in tractatu præſcrip. fol. xx. col. xx. & fina. licet Alexan. in iſto articulo multum variauerit, ſed communis eſt, vt prędixi. Item facit quod pro limit. ad iſtam regulam tradit Pau. de Caſt. in l. ij. C. de fruc. & lit. expen.

Per hanc regulam cum prædictis, quod ſuccedens in ius & locũ alterius. &c. Bar. hic, & in l. ſi quis inficiatus. per illum tex. ff. depoſi. ad aliquas no. & vtiles quæſtio-
15 nes infert. Et primo, † ꝙ proteſtationi incitatoriæ, vt detur fiatve id ad quod incitatus ex alieno facto tenetur, parendũ non eſt, niſi fiat fides de obligatione: quia in facto alieno probabilis eſt ignorãtia, vt hic. hæc aſſerenti tenetur credere. l. fina. ff. pro ſuo. Et ſi proteſteris mihi tanquam procurator vel tanquam hæres, vt tibi ſoluam, niſi facta fide per inſtrumentum ꝙ ſis procurator vel hæres, non conſtituor in mora: per d. l. ſi quis inficiatus. Adde Fely. in c. cum contingat. colum. v. & ſequẽ. de re-
16 ſcrip. vbi ponit, ꝙ † quando debet alicui fieri notitia alicuius ſcripturæ vel actus, ſi ex reductione illius actus ad notitiam obligetur ad aliquid præiudiciale, notitia fieri debet cum ſolẽnitate de qua in clem. cauſam. de electi, porrecta, videlicet authẽtica ſcriptura, vel perlecto illius tenore, copiaq; inde facta ſi petita fuerit, vel ſi abſens eſt fiat procuratori aut ad domũ. Subiungitq; poſt Car. hoc magnam ęquitatem in ſe habere, vt taliter fiat intimatio: alias verbo, & minus perfecte fieri poſſet, quod parti nõ plene informatæ multum præiudicaret: vt ibi per Fely. & per Iaſ. in l. quod te. col. pe. & fi. ff. ſi cer. pet. dum inquit, intellige doctrinam Bart. qñ ſcriptura oſtenderet ad finem interpellationis: ſecus ſi ad fidem probationis, quia parti tunc danda eſſet copia, alias nõ probaret. Vide eũdem Iaſ. in l. de pupillo, in. §. qui ꝓcuratorio. de ope. no. nun. dum ponderat. l. ſi quis inficiatus. in verbo, cognouerit. vt neceſſario nõ exigatur productio inſtrumenti: cum per-

Digitized by Google

teſtes,& alios modos id cognoſci poſſit,
prout etiam tenuit in dicta.l.quod te. loco
præalleg. Vide etiam Corſe. in ſuis ſingu.
in verb.procurator. vbi per hanc doctrinā
Bar.dicit,ꝙ ille qui tanquam procurator,
vel hæres conſequi aliquid vult, probare
debet ſe talem:cum iſta ſint facti, alias in
mora quis non conſtituitur, ecce ꝙ nō re-
quirit inſtrumentum,ſed eſt cautela: vt vo
luit Bar. Et ſubiungit Corſ.loco præalleg.
poſt Bal.& Barb.doctrinam Bar. procede-
re in actu extraiudiciali, ſecus in iudiciali,
vbi de mandato eſt neceſſe opponere,alias
conſtituitur conuentus in mora : vt ibi per
eum. Colligit etiam ex dictis Bar. Alex.in
17 prealleg.§.qui procuratorio.† cautius eſſe
ꝙ proteſtatio ſemper fiat ex iudicis cōmiſ-
ſione, quia tunc licet nō conſtet de verita-
te eius quod in ſcriptura proteſtationis cō-
tinetur,parendū eſt proteſtationi abſq; alia
productione inſtrumenti, vel copiæ : per l.
fi.ff.de lege commiſ.quod Alex. no. repu-
tat pro intelligentia.d.l. ſi quis inficiatus.
& doctrinæ Bar. hic. Ex prædictis quo-
18 que infertur† ꝙ ſi incitatus & ille cui fit
proteſtatio,ſciret veritatem,parere tenere-
tur:quia certus non eſt vlterius certioran-
dus.l.j.in fin.ff.de act.emp. tradit Ripa. in
repe.c.cum M.nu.159.ver.decima conclu
ſio.de conſti.conferunt etiam huic doctri-
næ Bar.quædam quæ ſcribunt Mod.reper.
in d.§.morte.col.xciiij.cum ſeq.
19 Secundo principaliter infertur.† ꝙ cum
reus habens iuſtam cauſam litigandi, licet
ſuccumbat ab expenſis excuſetur l. qui ſo
lidum §.etiam,cum not.per Bart.ff.de leg.
ij.& tradunt omnes in.§.ſin autē alterutra.
l.properandum.C.de iudi. poſſe quem ha-
bere iuſtam cauſam litigandi vſque ad cer
tum tempus, poſtea non, exempli gratia,
vſque ad aperturam teſtium, vel vſque ad
productionem alicuius inſtrumenti, tuncq;
incipere iniuſtam habere litigandi cauſam,
quia forte ex dictis teſtium, vel ex inſtru-
mento cognoſcet actorem iuſtitiam fouere,
quod prius probabiliter ignorauit: ideo cō
demnabitur in expenſis ante illam diē fa-
ctis,non in factis poſt. Vnde cautela eſt,
mox & ſine procraſtinatione inſtrumentū
producere.& cautela eſt pro reo, ſtatim ꝙ
cognoſcit in iudicio fouere malam cauſam
diſcedat a lite & ab expenſis excuſabitur.
Deci.hic late inſiſtit concludēs, ꝙ licet
20 †verum ſit propter iuſtam cauſam excu-
ſari ab expenſis antea factis a lite deſiſten-
tē poſt productionem inſtrumenti, vel pu-
blicationem teſtium:tamen ſi reus his non
obſtātibus litem proſecutus fuerit, & ſuc-
cubuerit,videri debere condemnari in om-
nibus expenſis factis tam ante ꝙ̃ poſt pro-
ductionem & publicationem prædictis:
quia ex quo litem proſequitur non obſtan
te productione inſtrumenti vel publicatio-
ne teſtium,veriſimiliter litigaſſet etiam ꝙ
de iſtis a principio litis habuiſſet notitiam,
& ceſſat ratio conſiderata quando deſtitit,
ideo malam litem ſemper videtur proſecu-
tus,vnde ſuccumbens in expenſis totius li
tis condemnatur. ſecundum Deci. hic, per
deciſionē Rom. in ſing.401.alio ſero, vbi
21 vult,ꝙ†ſi debitor citatur abſque interpel-
latione extraiudiciali cōfiteatur debitū in
iudicio,non condemnabitur in expenſis ci
tationis,libelli & alijs antea factis:eo quia
ſicut citatus coram iudice confitetur debi-
tum,ita veriſimiliter feciſſet interpellatus,
ita ꝙ culpa actoris expenſę tales videtur
factæ,ideo ſibi imputari debere : per regu-
lam damnum.de regu.iur. in vj. ſecus dicit
Roma.ſi debitor conuentus negauerit de-
bitum,quia in omnibus expenſis tunc cō-
demnari debet, licet non fuerit extraiudi-
cialiter interpellatus, quia ſicut in iudicio
negauit debitum, pariter ratione naturali
negaſſet interpellatus:quam quidem ratio
nem ſufficit allegare,vt in prin.iſtius regu-
læ dictum eſt. Facit tex.no.in l.ſed & ſi le
ge.in §.quod ſi ab initio.ff.de petitio. hæ-
redit.parui, inquit iuriſconſultus,refert, an
a principio doloſe quis in hæreditate ver-
ſatus ſit,an ex poſt facto verſari cœperit.
Facit quod ſcribit Bart.in conſi.xcj.in qō.
colū.ij. ꝙ ad hoc vt quis propter iniuſtum
titulū excuſetur a pœna, oportet vt ſtatim
cognita iniuſtitia tituli & cauſę deſiſtat.
Eandem determinationem poſſe fieri ſub-
dit Deci.de eo quod dicitur in c.exceptio-
nem.de excep. de reo qui malitioſe diſtu-
lit except.excommunicationis opponere,
vt actor expenſis vexaretur, vt in expēſis
per actorem factis condemnari debeat. Et
22 pariter de illo†qui calumnioſe diſtulit in-
ſtrumentum producere,vt non audiatur ni-
ſi refectis expenſis,vt intelligatur quando
aduerſarius cui expenſæ ſoluendæ ſunt a li
te deſtitit:ſecus ſi iniuſtam litem proſequa
tur, quia veriſimiliter etiā a principio op-
poſita exceptione excōmunicationis, vel
producto inſtrumento a lite non deſtitiſſet,
vnde eo caſu malitia rei non producentis
inſtrumentum actori præiudicium non fa-
cit,ideo videt ceſſare ratio. d.c. exceptio-

nem. vt hic latius per eum, qui eandẽ opi. ſequitur in conſi.ccxli colum.fi.firmãs, ꝙ vbi cõuentus in proceſſu de clericatu oppoſuit,& actor a lite non deſtitit, in omnibus expenſis cõdemnari debeat,etiam ante allegatum clericale priuilegium factis, quia veriſimile eſt ꝙ litigaſſet etiam ſi a principio de clericatu foret facta fides, vt ibi per eum. Sed quicquid dicat Deci. nõ eſt recedendum ab opi. Bart. & communi,præſertim per hunc tex.& d.l.ſi quis inſiciatus. vbi antequam ſe iniuſtitiam fouere cognouerit, depoſitum denegãdo, nihil dolo malo fecit.& vltra dicta Decij vide Iaſ.in l.properandum. in.§.ſinautem alterutra.col.vj.in ij.q.C.de iud.Pau.de Ca. in l.deſtitiſſe.ff.de iudi.Fely.in d.exceptionem.colum.pen.& in c.paſtoralis.colũ.fi. de iudi.& in c.fi.colum.pe.de calũ. in quibus locis doctrinam hanc,& practicã Bar. pluribus auctoritatibus corroborat,Et ge-
23 neraliter concludit † nõ debere quem condemnari in expenſis factis, anteꝗ̃ cõſtaret ex actis ipſum iniuſtam fouere cauſam:ſed in factis poſtmodum. Et iudicem admonet, vt cautus ſit in cõdemnatione expenſarũ, habeatq; rationem tẽporis, & ad tempus in quo condemnãdus fuit in malitia,aut in mala fide cõſtitutus. Et ab illo tempore citra in expenſis eum condemnet,non in expen.antea factis:quia multi,inquit, non temere litigant vſq; ad publicationem proceſſus:poſtea vero ſic. Accedant not. per Aquen in.§.nihil commune.col.v.ver.adde tamẽ Are.vbi poſt illum ait, ꝙ renuncians liti tanquam indebite motę, cõdemnandus eſt in expenſis,niſi habuerit iuſtam cauſam litigandi vſque ad renunciationẽ, vt quia productũ fuit ſolutionis inſtrumentum,quã ipſe ignorare poterat.Fortius ſubiungens, ꝙ ne dum dicto caſu ab expenſis abſolueretur actor,quinimmo reus condemnandus eſſet ſi malitioſe opponere diſtuliſſet.d.c.exceptionem. cum not. ibi & per Iaſ.in d.§.ſin aũt alterutra.in ij.q.Bart.

Non obſtat deciſio Roma.ſuper qua fundatur concluſio & conſultatio Decij,quia in caſu illo nulla eſt ratio,cur debitor ſuccumbens in omnibus expenſis condemnari non debeat tam ratione ſuccumbentiæ ꝗ̃ temeritatis in litigando.d.§.ſin aũt alterutra.& l.eũ quẽ temere.ff.de iud. & c. finẽ litibus.de dolo & contu. ſecus quando conuẽtus habuit cauſam iuſtam recuſandi & litigandi vſque ad aliquod tempus,puta vſque ad productionem alicuius inſtrumenti,aut vſque ad teſtium publicationẽ: quia cum vſque ad illud tempus nihil dolo temere ve fecerit,condemnari aut puniri non debet.d.l.ſi quis inficiatus.& l. eum quem temere.facit text.c. cognoſcentes. de conſtit. rem quę culpa caret in damnum, ait, vocari non conuenit:& ſatis eſt ꝙ puniatur pro tempore ſequenti, in quo reperitur eſſe in culpa,& temeritati obnoxius; maxime in caſu Roma. vbi interpellatio extraiudicialis ex vrbanitate,non ex neceſsitate fit:iuxta l.quidam hyberus. ff. de ſer. vrba.prædi. Nec refragatur ꝙ non deſiſtendo,verum cauſam proſequẽdo, videatur demonſtrare animum ſuum fuiſſe cauſam iniquam proſequi,ẽt quod a principio ſciuiſſet ea quæ poſtea cognouit, cum non deſiſtat. Negari.n.id poteſt: qa ſi de prędictis a principio notitiam habuiſſet, forſitã iudicium non intraſſet:ſed poſtquã ingreſſus eſt, vult experiri fortunam,cum dubius ſit euentus litis l. quod debetur. ff. de pecul Præterea eſto, animum talem ex litis proſecutione demonſtrari:facit ne hoc qđ iuſtam litigandi cauſam ad tempus vſq; illud de quo ſupra non habuerit,Certe nonẽ ideo ſequitur neceſſario reſpectu prædicti temporis ceſſationis,temeritatis,& concurrentię iuſte litigandi cauſæ nõ eſſe faciendam condemnationem expenſarum.

24 Et pro limitatione † primi mẽbri deciſionis Roma.præalleg. in d.l. quidam hyberus,fundatæ.vide omnino Pau.de Caſt. in l.ſi reus paratus. ff.de procur.& in l.deſtitiſſe.ff.de iudi.Fely.tripliciter limitantẽ in c.ij.de accuſa.& in c.nouit.col. fi. de iudi.vbi etiam Deci.aliter limitant. Moder. Taurin.i l.certi cõditio.i prin.ff.ſi cer. pe.

Ex quibus inferri poſſe videtur ad aliam
25 not.& vtilem quæſtio.de † poſſeſſore bonę fidei, qui defuncto ſe proximiorẽ erroneę, puta credẽs,vel hęreditatem illius ſibi ſpectare,poſſeſsionẽ rerũ hęreditariarũ apprehẽderit,& fructus perceperit,quos pro cultura & cura ſuos propter bonã fidem fecit: iuxta tex.§.ſi quis a non domino. inſtit. de rerum diuiſ.inde conuentus a vero hærede facta fide de teſtamento litigauerit, ſententiamque condemnatoriã expectauerit,& iudicis executionem,ꝙ tamẽ nõ teneatur ad reſtitutionẽ fructuũ quos percepit in bona fide ſtãs,quouſq; pro cultura & cura ſuos fecit,ſed tantũ a tempore male fidei citra.

Quãtũ vero ad ea quę diximus de differẽte malitioſe opponere vel producere aliquid,in expenſis cõdemnando:videbis cu-

mulata per Parif. et in d.c.exceptionẽ.col. xxij.cum ſeq.

Vltimo aduerte, quod ſecũdum Bar. hic in fi. ea quę dicta ſunt de iuſta cã litigãdi excuſante ab expẽſis, procedũt in reo, ſecus in actore, qui certus eſſe debet antequam agat: vt hic dr. hinc Pau. de Caſt. in d.l. deſtitiſſe. ff. de iudi. actor vero, ait, nunq̃ excuſatur ab expẽſis, ẽt quod iuſtã videatur habuiſſe ignorantiã, quia debet perquirere, alias punitur vti temerarie litigãs, nõ tanq̃ calumniator d.l. cũ quę temere. Quod tñ ita generaliter & pręciſe ſcribit Pau. de Caſt. verũ nõ eſt: cum ẽt ex parte actoris iuſta poſsit eſſe litigandi cauſa, qui propterea cognita iniuſtitia ſtatim deſiſtẽdo ab expẽſis excuſari debet: ſcdm Bar. hic ad fi. & Cardi. in conſil. xciiij. quẽ ſequitur Deci. hic col. ij. & ĩ fin. cõmenti. Adde & põdera tu tex. ĩ c. calumniã, de pœnis. qui diſponit calũniam, & audaciã temere litigantiũ expẽſarum damno plecti debere. & loquitur generaliter tã in actore, q̃ in reo. Si igitur calumnia temeritaſq; abſit, & iuſta adſit in actore litigãdi cauſa, etiam ipſe ab expẽſis excuſabitur.

Verũ tñ ex quo in eius poteſtate eſt qñ agat, & anteq̃ ingrediatur iudiciũ certus eſſe debeat, vt dicũt Bar. & doct. Iuſta magis litigãdi cauſa in actore, q̃ in reo requiritur, arbitrio tamẽ iudicis totum relinquitur, arg. l. j. cũ ſimi. ff. de iure delib.

SVMMARIVM.

1 *Cumulatio in exceptionibus admittitur. & nu. 8. Amplia nu. 2. 3 4. Limita nu. 9. 12. 13. 14. 15.*

5 *Homicidiũ negãs, ſi fuerit cõuictus põt excipere ad ſui defenſionem feciſſe.*

6 *Homicidiũ cõfitẽs ad ſui defenſionẽ feciſſe, tenetur p̃bare d-fenſionẽ aliter punitur.*

7 *Negans debitũ, ſi fuerit cõuictus, an poſſit bonis cedere.*

10 *Cautela ad p̃ponẽdũ cõtrarias except-ões.*

11 *Actiones oppoſitæ, vel remedia cõtraria, an, & q̃uo poſſint cumulari.*

16 *Negatio dicitur defenſio.*

L. XLIII. Vlpianus.

NEmo ex iis qui negat ſe debere: prohibetur etiã alia defenſione vti, niſi lex impediat.

SVMITVR ex ll per glo. alleg. clara eſt, quãuis materia ſit valde diffuſa, & plene a ſcribẽtibus tractata in l. edita. in materia cumulationis. C. de eden. per Saly. ĩ l. j. C. de ſur. Pau. de Caſt. & Soci. in l. is qui. & in l nemo. ff. de excep. Canoniſtas i. c. nullus pluribus. de reg. iur. in vj. in c. auditis. de pręſcri. & in c. paſtoralis. de except. & Angel. Areti. in. §. idem iuris. fol. ñij. de except. inſtit.

Nota q̃ licet actor cumulare nõ poſsit, & ſimul pluribus ac varijs actionibus vti contra eundẽ. l. quod in hęredem. §. eligere. ff. de tribut & de elec. in vj. c. vt qui duas

1 attamẽ † reus pluribus & diuerſis exceptionibus vti poteſt & ſic admittitur cumulatio in exceptionibus, vt etiã in d. l. nemo. & in locis præalleg. traditur. & in c. inter monaſterium. de re iudi. & in l. quidam conſulebat. etiam de re iudi. ff. Et procedit

2 regula † quamuis oppoſuerit quis facti exceptionem: exempli gratia, negando ſe teneri, quia nunquam debuit, aut quia ſoluit. & ita hic loquitur iuriſconſultus, quod notari mandat glo. in facti quęſtione ſic obtinuiſſe dicens, quæ verba nota, quia forſitã alibi ſimile verbũ non dixit. Item proce

3 dit † non ſolũ in diuerſis, ſed etiam in contrarijs exceptionibus, niſi prohibeat lex: vt hic & in d. c. nullus pluribus. & præalleg. l. nemo. ſecundũ glo & ſcribentes in lo

4 cis præallega. Et quod fortius eſt, ſiue † cõditionaliter & ſucceſsiue proponantur, vt quia negetur debitũ, & ſi probari contingat, opponitur exceptio ſolutionis, vel pacti de non petẽdo. l. ſi quidem. cũ glo. C. de except. Siue ſimpliciter & pure proponantur contrariæ exceptiones, ſolutionis, pręſcriptionis, vel priuilegij: de quibus in dicto cap. auditis. quia in dubio ſubdiſiunctiue propoſitæ cẽſetur: caſu videlicet, quo vna non probetur, alia propoſita & oppoſita, ita q̃ de vna ad aliam fit tranſitus. dictũ eſt. ſingulare Innocen. in dicto cap. auditis. communiter per docto. approbatam: vt hic per Deci. & Socin. in dicta l. nemo. & alios ſcribentes iam legiſtas quam canoniſtas. in locis ſupra allegatis. Quinimmo licet prima inſtantia malitioſæ quis exceptionem talem proponere diſtuliſſet, & vti defenſione, adhuc in cauſa appellationis opponere, excipere, & proponere poterit, ac ad talem defenſionem trãſitum facere, ſecundum receptiorem ſententiam: vt per Soci. in l. is qui. ff. de exceptio.

Et per hanc regulam infertur, ꝙ †accu-
5 ſatus de homicidio, ſi negauerit & fuerit
cõuictus, poteſt alia defenſione vti, exci-
piendo ad ſui defenſionẽ ſe illud feciſſe: vt
poſt Bar. & alios hic ſcribit Deci. Veraq;
eſt & communiter recepta ſententia quic-
quid Ioã. de Ana. ſcripſerit: vt ꝑ Soci. in d.
l. nemo. col. fi. Phil. Frãc. in d. c. nullus plu-
ribus. & Fely. in d. c. paſtoralis. col. vij. vbi
Deci. vj. & Pariſ. xvij. de exceptio.
6 Et eſt not. incidenter. ꝙ† etiam ſi a prin-
cipio accuſatus ad ſui defenſionem diceret
homicidium feciſſe, teneretur defenſionem
allegatam probare, alias de homicidio tali-
ter confeſſus puniendus eſſet, quia lex prę-
ſumit ꝙ dolo fecerit. l. j. C. de ſicar. vt per
Soci. pulchre in l. non vtique. ff. de excep.
& Aquen. in repet. l. vt vim colũ. xx. ff. de
iuſti. & iure Deci. in c. cum venerabilis. co
7 lum. x. de except. Pariter † debitor qui
negauit debitum, ſi conuictus fuerit, tranſi
re poterit ad beneficium ceſsionis per hãc
regulam, quicquid dixerit. Angel. Are. vt
hic per Deci. Sed Iaſ. in §. fi. inſti. de actio.
ſequitur Ang. remittens tamen ſe ad diſtin
ctionem. Bald. etiam per Deci. allegatam in
l. j. col. j. C. qui bon. ced. po. quæ pro deci-
ſione prædicta facit: dum vult ꝙ ante ſen-
tentiam poſsit conuictus debitum confitẽ-
do beneficium ceſsionis allegare, etiam ꝙ
non habuerit iuſtam cauſam litigandi: ſed
poſt ſententiam ita demum ſi iuſtam cau-
ſam litigandi habuerit. & plures caſus vbi
beneficium iuris perditur propter negatio-
nem. Iaſo. ponit in l. ſicut. in. §. quod autẽ.
ff. de re iudi. de præſenti tamen nullam mẽ-
tionem faciens. Pro dicta conclu. Bald.
Saly. Deci. & communi facit, quia ſi reus
negat factũ per actorem propoſitum, talem
negationem eſſe punibilem non reperitur
in iure, niſi in caſibus a iure expreſsis, ſecũ
dum communiter ſcribentes: vt per Soci.
in d. l. nemo. circa fi. ff. de excep. ſed iſte ca
ſus non eſt de illis. ergo &c. Vt ergo ex
8 prædictis apparet † poteſt quis duplici iu-
re ſe defendere & iuuare: priuilegio puta,
& iure communi, vel duplici titulo: priui-
legio ſcilicet & pręſcriptione: vt tradunt ẽt
Phil. Fran. & alij in d. c. nullus pluribus. &
Gemi. in c. ſunt perſonę. ver. quod ſi tales.
per illum tex. de priuil. in vj. vbi not. circa
acquiſitionem eiuſdem iuris, poſſe quẽ du-
plici iure ſe iuuare. Hinc etiam dicit Fely.
in c. paſtoralis. col. v. de excep. ꝙ ſe defen-
dens poteſt ſucceſsiue pluribus vti titulis:
de quo pulchre per eundem Fely. in c. in no
ſtra. colũ. ij. verſi. titulus multiplicatur. de
reſcrip. Pariter duplici legitimatione, do-
ctoratuq; duplici, & multiplicatis appella-
tionibus ſe iuuare quis poteſt: vt per Deci.
in conſi. lv. col. iij. & in c. bonę. col. j. & fi.
9 de appel. Limita modo hãc regulã,† vbi
reus proponeret exceptiones contrarias in
facto, ſiue pręciſe contrarias. & incompaſ-
ſibiles, puta ſi opponeret de pacto facto cer-
ta die in hac ciuitate, & ſolutione eadem
die facta in ciuitate Venetiarum, quia re-
pelleretur. ſecundum Raph. Com. & Soci.
in d. l. nemo. ad fi. commenti. per l. ſcriptu-
ræ. C. de fide inſtru. & l. vbi repugnantia
infra eo. per rerum enim naturam hæc pro
hibentur: ideo nulla lege firmari poſſunt.
d. l. vbi repugnantia. Et idem poſt Dyn. &
Saly. vult in effectu Ang. Are. in. §. idẽ iu-
ris. col. xv. inſti. de excep. dicens, ꝙ ſi con-
ditionaliter & ſucceſsiue contrarię exce-
ptiones proponãtur, id a iure permittitur. ſi
vero ſimpliciter, vel non ſunt pœnitus con
trariæ priuatiue, quia aliquo reſpectu & ca
ſu poſſunt ſe compati, exẽpli gratia, ſi ne-
go ſimpliciter me teneri aut debere, & op-
pono etiam pacti exceptionem, eligere nõ
cogor aut declarare, cur in genere dixerim
me non teneri, aut debere. Hæc enim non
ſunt pœnitus contraria, quia verba illa nõ
teneri, aut debere, effectum potius concer-
nunt, ꝙ̃ verba. l. pen. §. docere. ff. ne quis
eum qui. Aut ſunt oppoſitæ priuatiue om-
ni reſpectu & caſu, & etiam reus eligere
tunc cogitur: cum incompaſsibilia nõ ſint
ſimul vera. d. l. vbi repugnantia. Ex quo
10 Ang. & practicantes admonet † vt diuer-
ſas aut contrarias exceptiones conditiona
liter & ſucceſsiue proponant, & opponãt,
negando puta debitum, & ſi probetur, ſolu
tionis vel pacti de nõ petendo opponatur
exceptio. Aut negando homicidium impu-
tatum, & ſi probetur, ad neceſſariam defen-
ſionem allegetur factũ. Et in ſimili etiam
practicatur per condemnatum dicentẽ ſen
tẽtiam nullam, & ſi qua ſit appellantem: &
in alio etiam libello in quo dicit quis ſentẽ
tiam nullam, vel petit reſtitui in integrum:
11 vt hic per Deci. Sed† an, quomodo, &
qualiter duę actiones oppoſitæ vel duo re-
media cõtraria ſubordinate cumulari poſ-
ſint: tradit Roma. in conſi. cccxcij. col. ij.
Alex. cõſi. lviij. col. j. lib. v. oẽs ſcribẽtes in
l. edita. in materia cumulationis. C. de ede.
Et quomodo pronunciare debeat appella-
tionis iudex, vbi quis dixit ſententiam nul
lam, & ſi qua erat appellabat, declarat Alc.

xand.in conſi.ccxxx.lib.vj.
Secundo principaliter limita regulā cum
12 prædictis† reſpectu probationis: quia licet
contrariæ exceptiones opponi ſimul poſ-
ſint, probari tamē non: ita ꝙ licet ad exci-
piendū quis admittatur, non tamē admitti-
tur ad probandū cōtraria: vt poſt Canon.
ſcribit Soci.in d.l.nemo.in prin.& Fely.in
c.imputari.per illum tex.de fide inſtru. in
quinta declaratione, vbi ſublimitat.& in c.
paſtoralis.colum.v.eod.titu. vbi poſt Bal.
ſcribit, ꝙ ſi ad probādum admiſſus fuerit,
tenet probatio.facit quod ſcribit Alexād.
in l.ſi alienam.col.ij.ff.ſolut.matri.
13 Tertio reſtringe procedere prędicta† in
pluribus exceptionibus cōtrarijs: ſecus eſ-
ſet in vna cōtraria exceptione, vbi reus
non audiretur cōtraria proponens.l.ij.ver.
ſed alius.cum not.ibi per Ange.ff.quando
app.ſit.cū alijs hic per Deci. alleg. & per
Fely.in d.c.paſtoralis.col.v.& Pariſ.xiiij.
de excep.probaturque hęc reſtrictio ſatis
cōcludēter in d.l.vbi repugnantia.cū prę-
alleg. ꝙ reſpectu huiuſce regulę loquētis
de proponēte plures exceptiones contra-
rias limitatio iſta non ſit bona.
14 Quarto limita† quādo onus probationis
proponēti contrarias exceptiones incum-
beret, & actor nō grauaretur onere proban
di, vt in exceptione pręſcriptionis, & priui
legij, ac pacti de non petendo: vt hic, & in
dicta regula nullus pluribus.& in c. audi-
tis.pręalleg.ſecus ſi actor grauaretur one-
re probādi, vt quia reus pecuniā numeratā
eſſe negat, & etiam ſoluiſſe dicit. nam iſtę
except.ſimul proponi nō poſſunt.ſecūdum
Bart. in d.l.nemo. & ſequitur ſimpliciter
Phil. Frāc.in d. c.nullus pluribus. Deci.
vero in d.c.paſtoralis.& hic, firmat oppo-
ſitum: quia in vtroq; caſu eadē videtur cō-
trarietas, quæ via exceptionis admittitur,
vt hic per eū. Recedēdum nō eſt ab opi.
Bart. quæ communis eſt, & quam poſt plu
res ibi citatos ſequūtur Soci.in d.l.nemo.
Fely.in d.c.paſtoralis.colum.v. vbi Pariſ.
xiiij. Et eſt etiam iſtud ratione ordinis, ſeu
ex neceſsitate ordinis opponēdi, vt decla-
rat Bar.in l.nemo.& Bald. in l. perempto-
rias.colū.pe. C.ſen.reſcin.nō poſ. ſequitur
Soci.loco pręalleg, & cōſequēter quamuis
vtroque caſu, vt Dec. ait, eadē ſit contra-
rietas.hic plus eſt, quia accedit & concur-
rit ordinis neceſsitas.
Quintam limitationem ſecum fert regu-
15 la, † quando lex eſſet impedimēto, exēpla
ſunt in gloſ. & clarius proſequitur glo. in
d.c.nullus pluribus. lex enim huiuſcemo-
di iudiciorum & ordinum domina eſt l.de-
pręcario.ff.ad l.rho.de iac. facit text, in c.
leges.C.de ll.cum ſimi.
Poſtremo no.ex tex. ibi alia defenſione
15 vti.ꝙ† negatio dicit defenſio ꝓpter dictio
nē, alia, quæ ſimilitudinē denotat, proprie
tamē dicitur exceptio. Deci.hic ad fi.com-
mentſ. quod per probabiles & palpabiles
rationes probat Soci.in rub. ff. de excep.
Fely. Deci.& alij Mod.in rub.extra eo.ti-
tu.de excepr.

S V M M A R I V M.

1 *Actor ex pluribus actionibus ad idem con currentibus vnum tantū eligere tenetur.*

2 *Actor quando poſſit conficere libellum in certum.*

.§. QVotiens concurrūt plures actio-
nes eiuſdem rei nomine: vna tā
tum quis experiri debet.
IN GLO. ſunt cōcordātes. Licet er-
go, vt in prin.huius legis dictum fuit, reus
pluribus exceptionibus vti poſſit: actor
1 † tñ qui remediū præuidere potuit, plures
actiones eiuſdē rei nomine proponere vel
intentare nō poteſt, ſed vt hic dicitur, vna
2 tantū experiri. Vnde† qñ impeditur. puta
facto aduerſarij, ex quo a ſe ipſo certificari
nō pōt, admittitur libellus incertus. l.j.§.
qui aūt.ff.quorū leg.pręterea, vt ait Bart.
hęc regula cōtinet lōgam & amplā mate-
riā cumulationis, quę ordinariē examina-
tur, vbi late ſcripſi in l.edita, C. de eden.

S V M M A R I V M.

1 *Hæres, qui ex proprio delicto conuenitur, tenetur inſolidum.*

2 *Hęres quandoque tenetur ex dolo defuncti de eo quòd ad eum peruenit.*

3 *Hæc regula quomodo procedat.*

L. XLIIII. Vulpianus.

TOtiēs in hęredē damus
actionē de eo qđ ad eū
ꝑuenit, quotiēs ex dolo
defuncti cōuenitur, non
quotiens ex ſuo.

1 Hæres igitur, † qui ex ſuo dolo, & ex proprio delicto conuenitur, in ſolidũ tenetur, etiam ꝙ ad eum nihil peruenerit: ſed ex dolo defuncti nõ, ſed de eo tãtũ quod ad eũ peruenit: vt hic & in l. quod in hæredem. §. ſi ſeruo. ff. de tribut. a quo præſens regula ad verbum deſumpta fuit. nec mirũ eſt: conſtitutionis ciuilis eſt, pœnalibus actionibus hæredes non teneri. l. j. ff. de pri. deli. neque minus natura hoc dictat, ſecũdum gl. ibi. Et quẽadmodũ dicit tex. not. in ſi. de perpet. & temp. acti. in. §. nõ autem. nõ omnes actiones, quæ in aliquẽ aut ipſo iure ciuili competũt, aut a prætore dãtur in hæredem, eque cõpetunt, aut dari ſolent. Eſt. n. inquit, certiſsima iuris regula, ex maleficijs pœnales actiones in hæredem nõ competere, veluti furti vi bonorum raptorum, iniuriarum, damni. & legis aquiliæ: niſi vero, de eo quod ad hæredem peruenit, in eum daretur actio, locupletaretur cum aliena iactura & damno proximi, quod eſſet abſurdũ &
2 contra ius naturę. Quãdoque † tñ etiam de eo quod ad eum non peruenit ex dolo defuncti tenetur hęres, vt in cõditione furtiua propter frequentiã furtorum. Deci. hic. Bart. & alij. in l. j. ff. de priuat. delic. Præterea, & ſi regulariter vt hic dr̃, ex dolo defuncti nõ teneamur niſi pro ea parte quę ad nos peruenit, datur tñ depoſiti actio in hæredem ex dolo defuncti inſolidũ: cũ dolus ex cõtractu, & rei proſecutione deſcendit: ita dicit iuriſcõſultus in l. ſi hoĩe in. §. dat.
3 ff. depo. & ita intelligitur † hæc regula de dolo extra cõtractũ cõmiſſo: ſecus ſi in cõtractu. d. §. dat. De materia vero iſtius regulę latius tradũt ſcribẽtes in d. l. j. ff. de priuat. delic. in pręalleg. §. non autem. & in l. vnica. C. ex delic. defun. tit. & Are. in rub. ff. de acquir. hæred.

SVMMARIVM.

1 *Res propria pignorari non poteſt. Limita dupliciter nu. 2.*

3 *Depoſitũ, precarium, & locatio in re ꝓpria non fit. Limita nu. 4. 6.*

5 *Exceptio proprietatis non adimitur in poſſeſ. reſtituende, etiam quòd excipiens incontinenti vellet eam probare.*

L. ſi quis conductionis C. loca. declaratur, & ornatur.

7 *Conducere reſpectu proprietatis, vel poſſeſſionis, quando quis dicatur.*

L. pen. C. depoſ. l. plane. ff. eo. de quo depoſito loquantur. nu. 8.

9 *Emptio rei propriæ non valet. Intellige vt nume. 10. 11.*

L. ſi tibi. §. ſi hi quorum. ff. manda. quomodo intelligatur.

L. XLV. Vlpianus.

NEQVE pignus, neq; depoſitũ, neq; prçcariũ, neque emptio, neq; locatio rei ſuę conſiſtere poteſt.

Et clara, et ſumpta ex ll. per gl. alleg.

1 Nota ergo primo, † rẽ propriam alicui pignorari nõ poſſe, cõcordat tex. in l. ſi rem alienam. la. ij. & ibi not. ff. de pignor. actio. Et eſt ratio, quia ſicuti quod meum eſt, amplius meum fieri non poteſt, ideo rem propriam ſibi dari inutiliter quis ſtipulatur: ita habenti plenum & totale ius in aliqua re, ius aliquod ex cõſtitutione pignoris acqui-
2 ri nõ põt: vt hic ꝑ Dec. dupliciter † limitãtẽ primo, qñ res eſt irreuocabiliter & perfecte mea, ſecus ſi reuocabiliter aut minus ꝑfecte. Scdo qñ quis haberet dñium de iure cõi, ſecus ſi de iure ſpeciali: vt ẽt per eũ dẽ Deci. in l. nõ vt ex pluribus. per illũ text. infra eo. Pro rõne aſsignata ad regulã, facit qđ dr̃ de plenitudine, ꝙ nõ indiget adiectione. vj. q. j. c. oĩa. Ad limitationes prædictas adde quę ſcribũt Mod. de Fano ĩ trac. de pigno. fol. xlvij. col. iij. ver. ſecũdo fallit nu. 173. & fol. lxvj. col. iij. ver ſed dubitat. nu. 79. cũ ſeq. vbi ꝓpterea cõcludũt, ꝙ fideicõmiſſarius vniuerſalis poſt factã reſtitutionem verbo agere põt hypothecaria, ſed nõ poſt factã realẽ reſtitutionẽ, quia tũc ꝑfecte eſt dñs. l. reſtituta. & l. facta. in prin. ff. ad treb. licet dubitauerit de hoc & cogitandũ reliquerit, Iaſ. in l. j. C. cõmu. de leg.

3 Secũdo nota, † depoſitũ, prçcariũ, & locationẽ proprię rei nõ tenere nec ſubſiſtere. Ad idẽ eſt tex. no. ĩ l. qui rẽ. ff. depoſ. vbi ẽt cõmodatũ addit. ex depoſito, cõmodato, locato, vel precario rei ſuę (dicit iuriſconſultus) nõ põt quis cõueniri actione ex tali cõtractu, quia eſt inualidus. Adde aliũ tex. elegãtiſsimũ, & aureis literis ſcribendũ. in l. bona fides ff. depoſ. ad propoſitũ noſtrũ facit ſi. ver. ſimile, inquit, depoſitũ nec ex iu-

regentiũ cõſiſtet, cuius hęc eſt poteſtas, vt alij nõ dño ſua ipſius res, quaſi aliena cuſtodiẽda detur. Et generaliter quare in oĩbus ꝑdictis caſibus nõ ſubſiſtat cõtractus, nec det' actio ex tali cõtractu cõtra dñm rei, poteſt dici eſſe, quia in re ſua quilibet eſt moderator & arbiter. vulg. l. in re. C. mã. ideo nimirũ ſi cõtra ipſum rei dñm, actio nõ dat' Pau. de Ca. & Alex. intelligũt prędicta
4 ꝓcedere † qñ agere' actione ex dictis contractibus deſcẽdẽte vt repellatur actor, q̃a cõtractus nõ tenet, ſecus dicũt ſi agat' cõditione ex l. ſi quis cõductionis. C. loca. quæ in contractu locationis directa cõpetit, ſed vtilis ẽt in alijs, in q̃bus ad reſtõnẽ eiuſdẽ rei cõtrahitur obligatio: vt ibi not. & in d. l. ſi rẽ alienã. ſupra. de pig. act. tũc obijci mihi nõ poſſet exceptio de dñio tertij, nec de
5 ꝓprio, quia vr̃ quodãmodo † agi poſſeſſorio reſtituende, in quo nõ admitti' ẽt exceptio proprietatis, licet excipiẽs paratus eſſet incõtinẽti probare, quia ſpoliatus ante oĩa reſtituẽdus eſt. l. ſi quis a ſe fundũ. C. ad legẽ iul. de vi. vt per Pau. de Caſt. in d. l. ſi rẽ. Alex. & alios in locis ĩfra alleg. Deci. cõtradicit, quia ex quo nõ ſubſiſtit contractus nõ vr̃ habere locũ qđ dicitur in l. ſi q̃s cõductionis. Vel ſaltẽ cõſideratio Paul. & Alex. intelligẽda vr̃, qñ ſciẽter facta fuiſſet cõductio ab ipſo dño, ſecus ſi ignoranter: vt p Cur. Sen. in cõſi. lxxj. col. vj. Imol. in l. ſi aliená. ff. ſol. mat. arbitrabatur, ꝙ licet de dñio tertij opponi nõ poſſet l. indebite. §. fi. ff. de condit. indeb. ſecus tñ eſſet ĩ dñio cõueti, Quod poſt Roma. reprehẽdit ibi Are. ad fi. cõmẽti. per tex. d. l. ſi quis cõductionis. ſic inducẽdo, nã dr̃ ibi, ꝙ agenti cõdictione ex l. ad rẽ locatã, exceptio dñij opponi nõ põt, ſed fieri debet prius reſtitutio & poſtea de ꝓprietate quęri. ſi tex. ille de dñio tertij loquere', nõ diceret poſt rem reſtitutã agi de ꝓprietate per reſtituentem poſſe. ſi enim ad eum non pertineret dominium, quomodo de ꝓprietate poſſet agere? Eandem opin. poſt Bar. ſequitur Alexan. in d. l. ſi alienam. colum. ij. & iij. & in l. ſi aliquam rem. colum. fina. ff. de acquir. poſ. vbi multas vtilitates cõgerit reſultãtes ex hoc, ꝙ cõtractus rei ſuę nõ ſubſiſtat, quãuis remedio d. l. ſi quis cõductionis. rei ſuę. poſſit locator poſſeſsionẽ cõſequi, Quibus pariter aſſentiunt'. Aquẽ. in d. l. ſi aliquã. col. fi. & Fely. in c. inter dilectos. col. pe. de fide inſtru. vbi dicit, ꝙ nõ ſolũ condemnaretur eo caſu conuentus ad reſtitutionem rei: immo & ad ęſtimationem ipſius rei, per l. con ductores. C. loca. quæ procedit non ſolũ in conductore, verum ẽt in hærede & ſucceſſore ipſius. vide ẽt dominos Rotę ſublimitãtes deci. ccxxxiij. in nouis & confirmat Alex. conſi. xij. lib. iij. cõcludendo pręalleg. l. ſi quis conductionis loqui. qñ contra cõductorem vel illius hæredẽ ageret' perſonali actione ſeu conditione ex illa l. ſi quis cõductionis. ſecus ſi ageretur contra ſingularẽ ſucceſſorẽ conductoris, aut ſi poſſeſſor actione reali cõueniretur ratione dñij agentis, qđ aliter ꝙ̃ per inſtrumentũ prædictæ locationis probañ. eſſet: vt ibi p Alex. & Soci. cõſi. xv. col. pe. vol. ij. quod ſedm ordinẽ cõtinuatiuũ eſt conſil. clxvij. vbi extollit not. Saly. in d. l. ſi quis cõductionis. ꝙ eo modo cõuentus non poteſt excipere de dominio, ẽt ꝙ incontinenti illud probare paratus ſit per prędicta. de quo etiã per Iaſ. in conſi. clviij. col. j. volu. ij. & Matthę. de afflict. in deci. regni. xij. vbi ponit ꝙ cõfeſſio extraiudicialis parte abſente facta, & depoſitio vnius teſtis de locatione rei petitæ conditione. d. l. ſi quis conductionis coniunguntur, & teneri quem faciunt ad reſtitutionem rei locatę ex remedio prædictę. l. & plura. ſcribit Curt. Senior in conſi. lxxj. in primo articulo. Et conſequenter quicquid hic Deci. dicat, licet contractus locationis rei propriæ non ſubſiſtat: habet tamen locum remedium. l. ſi quis conductionis. ratione prædicta, & ne illudantur locatores. Et licet prædicta non referant, Moder. Taurinen. in ſpecie reprehendunt Deci. hic in l. ij. in princi. in iiij colum. ff. ſi cert. peta. reſpondentes motiuo ipſius Decij, ꝙ etiam in d. l ſi quis conductionis. contractus nullus erat, & tamẽ de dominio cõuenti, vt ſupra vidimus, opponi non poteſt: ſed ſi ex locato actum fuiſſet, potuiſſet agens repelli, vt Deci. & prælleg. dicunt, ſed agendo ad poſſeſsionem conditione ex lege illa, nequaquam, odio ſcilicet ſpolij, vt dictum eſt. Nec differentia quam facit Deci. inter ſcienter recipientem depoſitum vel conductionem rei ſuæ, & recipientem ignoranter, procedit. talis enim differentia attenderetur ſi recipiens vltra dominium haberet ꝓſſeſsionem quã perderet alias. dicta l. ſi rem aliquam. ff. de acquir. poſ. ſecũdum prædictos Mod. Taur. ſic loqui dicentes Curt. in conſi prælleg. Sed quia dictum doctoris intelligi debet ſecundum allegata per eum. Bartol. in l. non ſolum. in. §. ſi liberationis verba. ff. de lib. lega. & Curtius per Dec. alleg. loquitur in

prædictis terminis quãdo conductor erat dominus & poſſeſſor, vt etiam ſtatim dicã, male videtur improbari Deci declaratio, quia iuxta prędictos terminos intelligi debet, ſed ſi cõductor non eſſet poſſeſſor, ſed dominus: verum eſſet ꝙ ſiue ſcienter, ſiue ignoráter a poſſeſſore cõducat, locũ ſibi vẽdicat diſpoſitio. d. l. ſi quis conduct. vt ibi per Curt. in iiij. volu. quia cum antea nõ haberet poſſ. ratio nulla eſt Cur repetens ex remedio. d. l. ſi quis. non debeat illã reſtituere: & inde ſi voluerit de proprietate litigare. De prædicto articulo. vide Curt. in præalleg. conſil. lxxj. in prima diffic vbi poſt Iac. Butr. Pet. de Bellaper. Cyn. Alber. Sali. & cõiter ſcribentes cõcludit, ꝙ ſi locator ageret ad rei reſtituendam poſſeſsionẽ, ſi cõductor dominus erat & poſſeſſor tẽpore conductionis & ignorabat referens quęſtionẽ poſſeſsionis & proprietatis, audietur: quia nõ debet reſtituere quod nõ perdidit. nam neq; dominio, neque poſſeſsione priuatur. l. ſi id quod. & l. ſi aliquã rem. ff. de acquir. poſ. ſic enim cõducens, ſi ignoret ſe poſsidere, poſſeſsionẽ non perdit, nec voluiſſe videtur deſijſſe poſsidere, quia deficit animus poſſeſsionis perdendę, ſecundũ omnes in d. l. ſi aliquam. ſicque iſto caſu in cõducente ignoráter, locum habere nõ poteſt diſpoſitio. d. l. ſi quis cõductionis. ſecus ſi ſciẽter conduxiſſet & animus ſic conducẽtis eſſet poſſeſsionẽ transferre, animuſq; locãtis acquirere. in locatorem. n. translatã tũnc eſſet poſſeſsio: vt ibi per eum. & vide Alex. in d. l. ſi aliquã. colum. pe. tenentẽ poſt Bartol. & alios, ꝙ iſto caſu conductor poſſeſsionem perdat, & locatori acquirat. Quãdo itaque ſciẽter rem meam conduco tãquam meam & a me poſſeſſam, nõ perdo dominium. l. ei a quo. in verbo locationem. cum gl. ff. de vſucap. & eſt communis ſcribentium ſentẽtia: vt per Alex. in d. l. ſi aliquã col. vj. & ſeq. poſſeſsionem tamẽ perdo, quia ex conducto eam habere cogitaui, & deſinere poſsidere: vt ibi per Alexã. in viij. colum. firmantem quoque iſto caſu non ſubſiſtere loc. & cõduc. contractum. d. l. ei a quo. & l. ſuę rei. ff. de contrahẽ. emp. & eſt tex. hic in regula præſenti, reſtituenda tamẽ eſſet poſſeſsio agẽti remedio. d. l. ſi quis conductionis. quia vt dictũ eſt ſpoliatus ante omnia reſtituendum eſt.

6 Intellige quãdo † conduceret reſpectu proprietatis, ſecus ſi reſpectu poſſeſsionis. quam habebat, quia ſubſiſteret tunc cõtractus locationis & conductionis. d. l. ſi aliquam rem. tradit Pau. de Caſt. in l. qui rem. ff. depoſ. ſequitur ſimpliciter Deci. hic. & ſcribentes in d. l. ſi aliquam. conducere † aũt

7 reſpectu proprietatis videor, quãdo cõduco fundum vel rem. Reſpectu vero poſſeſsionis, quando poſſeſsionem conduco, in dubio videor cõducere reſpectu proprietatis, & nihilominus videtur etiam facta conductio reſpectu poſſeſsionis: vt per Alexã. in d. l. ſi aliquã. colum. pe. vbi not. declarat, ꝙ licet conductio facta videatur reſpectu proprietatis & poſſeſsionis, quãdo tamen cõductor eſt dominus, & rẽ ſimpliciter cõducit vel ſcienter, licet tunc facta videatur reſpectu proprietatis & poſſeſsionis, nõ valet conductio, quamuis valeret ſi dictum fuiſſet reſpectu poſſeſsionis: quia cum valere nequeat proprietatis reſpectu, non valebit etiam reſpectu poſſeſsionis. & ſequitur ibidẽ Aquen. col. pe. quia ſi non valet expreſſum, nõ valet etiam tacitum. arg. l. iij. §. qui habet. ff. de ſer. ruſt. præd. vt etiam ibi per Alex. in iiii. col.

Si quis igitur poſsidet rem ſuam, & ſcienter eã conducat, reſpectu poſſeſsionis tantum locationis, & conductionis cõtractus ſubſiſtit. l. ſuę rei. ff. de cõtrahen. empt. videtur enim ſic conducẽs poſsidere velle deſinere, & in alium poſſeſsionem trãsferre. l. qui bona. & in l. interdum. ff. de acqr. poſ. ideo nimirum ſi talis contractus valet, ſecus eſſet in contractu emptionis: vt hic & in d. l. ſuę rei. ac. §. rei ſuæ. l. ſi in emptione. ff. de contra. empt. vbi eſt caſus de emptione poſſeſsionis rei ſuę penes venditorem forte exiſtẽtis, qui valet, ſecus ergo ſi poſſeſsio ſit penes emptorem. nam ſi volo emere poſſeſsionem rei quæ mea erat & apud me, emptio non valet, iuribus allegatis. actus enim emptionis, non eſt actus per quem emptor ſe velle deſinere poſsidere declaret, aut in venditorem transferre. Immo econtrario vult acquirere, ſeq; penes habere. vnde non valet, quia ad perdẽdum poſſeſsionẽ emptio non tendit, ſed contractus conductionis factus a poſsidente eſt actus qui ad hoc tendit, vt conductor poſſidere deſinat. d. l. interdum. §. fi. prout not. declarat Alex. in d. l. ſi aliquam. colum. x. Sed dices tu, non ne regula iſta etiam de locatione loquitur, ꝙ non valeat? Reſpon. procedere quando reſpectu proprietatis ſit conductio: vt patet ibi rei ſuæ, quo caſu, vt in ſuperioribus dictum eſt, non ſubſiſtit: ſecus quando reſpectu poſſeſsionis, quia conducens videtur velle deſinere poſsidere & in alium

in alium transferre,ab illo inde tenere.poſ-
ſeſsio ergo, quæ apud me erat, conduci a
me poteſt: emi vero non.ratione præalle-
ga,Et conſequenter emptio & locatio a re
gula noſtra parificata illo caſu a pari non
procedunt.Reſpondere tñ potes,ꝙ æqui-
paratio eſt reſpectu proprietatis, quo caſu
a pari bene procedunt:non autem reſpectu
poſſeſsionis, quo quidem reſpectu a pari
non ambulant,per rationem prædictam.

Ex his & dictis doct.in locis præalleg.
habes pleraſq; limitationes ad d.l.ſi quis
conductionis.& vltra vide pulchre Iaſ.in
conſil.clviij.lib.ij.vbi conſuluit cōducto-
rem obijcere poſſe locatori exceptionem
dominij,& ſic domino agenti,idq; ex do-
minio ſibi nouiter acquiſito & locationis
titulo extincto.vt ibi per eum.

Reſtat tandem difficultas, quia hic tex.
vult contra agentem ad reſtitutionem de-
poſiti dominij quæſtionem referri poſſe,
8 † contra tex.l.penul.C.depoſi.& l.plane.
ff.eod.titu.Pro ſolutione vide Alex.in l.ſi
alienam præalleg.colū.ij.Moder.Papien.
in l.bona fides. colum.fina.ff.depoſi. vbi
reiecta ſolut.Alexan.licet eum non nomi-
nent,multum ſe inuoluunt aliter reſpondē
tes.ſed eorum ſolutio cōfunditur ex dictis
Alex.loco præallegato. Vt arbitror ac-
commodari poteſt ſolu. ex dictis ſupra in
princ.ij.not,& Paul.de Caſt.in l.qui rem.
ff,depoſi. quod ſi agatur actione depoſiti,
obſtat exceptio dominij: quia non potuit
in re propria depoſitarij depoſitum fieri
prohibente lege: & ſic cum exceptio talis
arguat depoſitum non fuiſſe,mirum nō eſt
ſi opponi poteſt,quia iura præallegata vo
lentia exceptionem dominij opponi non
poſſe aduerſus petentem reſtitutionē depo
ſiti,intelliguntur de vero & proprio depo-
ſito,quale non eſt iſtud de quo loquimur,
ergo &c.Si autem agatur vtili conditione
ex remedio.d.l.ſi quis conductionis. ad re
ſtitutionem depoſiti,tunc ſecus,per ea quę
in ſuperioribus late diximus.

9 Tertio nota ex hac regula,†ꝙ non va-
let emptio rei proprie,concordat tex. in l.
rei ſuæ.& in.§.rei ſuæ.l.ſi in emptione.ff.
de contrahen. emptio.l.ſi aliquam rem.ff.
de acqui.poſſ,& in l.cum res.C.de contra-
hen.emptio.cum alijs ibidem per gl.alleg.
Intelligiturq; hoc ſiue ſcienter, ſiue igno-
10 ranter talis contractus celebretur.niſi †vt
dixi, ratione poſſeſsionis penes vendito-
rem exiſtentis, vel alterius iuris deficien-
tis; vt hic per Deci,& per glo. in d.l.cum
res,addentem emptionem ſub conditione
contractam, de quibus per Bald.& ſcriben
tes ibi.& licet iſte non ſint proprie limita
tiones:vt etiam hic ſentit Deci. quia em-
ptio in caſibus prædictis de iure non exi-
ſtente penes emptorem fit,ideo nimirum ſi
huiuſcemodi emptio ſubſiſtit: vt in ſupe-
rioribus diximus. Vltimo intelligitur
11 regula † in domino,qui rem ſuam emeret,
ſecus ſi alteri mandaret emendam,quia po
teſt per alium, quod non poteſt per ſeip-
ſum.l.ſi tibi.§.ſi hi quorum.ff.mand. Intel
ligendo quando emptio fieret nomine mā
datarij,non nomine mandantis: vt ibi per
Pau.de Ca.ſecundum Deci.hic, q contra-
rium tenet concurrentibus duobus de qui-
bus in illo tex.vt hic per eum. Aduerte
quia ſecundum impreſsionem libri mei.
Pau.de Caſt.ibi nihil ſcribit,ſed bene in l.
debitor,in princ,ff.de pigno.actio.& Mo-
der.de Fano in tracta.de pigno.fol.lij.col.
ij.verſicu.decimo limita.vbi dicunt, ꝙ li-
cet emptio rei ſuæ nō valeat, eo ꝙ res ſua
amplius ſua fieri non poteſt:mandatum ta
men alicui factum de emendo rem mādan-
tis nomine ipſius mandatarij, valet, quia
mandatarius tunc emēdo nomine proprio
acquirit ſibi dominiū,quod poſtea in man
dantem transferre actione mādati tenetur,
ita intelligitur text.§.ſi hi quorum. ſupra
alleg.ſecundum eos.Quod magis mihi pla
cet quia cum mandatum fuiſſe dicatur, vt
res venales prædictas mandatarij emerēt,
potiùs nomine proprio ꝗ̃ alieno,et ſic mā
dantis intelligi debet. argumen.l.& ma-
gis.ff.de ſolutio.Item quia text.ille dicit,
mandatum non ſubſiſtere,ſecūdum meram
rationem & iuris rigorem,ſi intelligeretur
mandatarijs ementibus nomine mandan-
tis,cuius res erat,nō ſolum ſecundum me-
ram rationem & rigorem,ſed etiam ſecun
dum æquitatem non ſubſiſteret actus,cum
rei proprie non teneat emptio, ex quo ſe-
mel dominus,amplius dominus fieri nō po
teſt.ſiue loquamur de rigore iuris, ſiue de
æquitate.Et verba illa, rem tuam emas;
& rei propriæ emptio, poſita in præalle-
gato.§.ſi hi quorum. intelligenda ſunt per
interpoſitam perſonam ementem, te ſcili-
cet mandante,vt ex præcedētibus liquet.

S V M M A R I V M.

1 *Hæc regula ampliatur.*
2 *Venditor promittens ſoluere tributa rei*
venditæ,valet pactum.

PRIVATORVM conuentio iuri publico non derogat.

SVMITVR ex l.ius publicum.& ex .§.ſi paciſcar.l.iuriſgentium.ff.de pact. ad idem tex in l.inter debitorem illo.eodem titu.& in l.nec ex prætorio.ſupra hoc tit. vbi examinaui ea quæ hic tangit gloſ. de vniuerſitate contra ius publicum ſtatuen-
1 te.Et licet † tex.præſentis regulæ loquatur de iure publico, idem eſt tamen de iure priuatorum, cui pacto aliorum derogari nõ poteſt.l.iij vnus.§.ante omnia.ff.de pact. l.pacto ſucceſſorum.C.de pactis. Si igitur inter emptorem & venditorem conuenerit vt onus tributi rei venditæ ſpectet ad venditorem non autem ad emptorem, ſiue vendita fuerit res libera ab omni onere fiſcali tributique & collectarum, in præiudicium fiſci, ſeu iuris publici, huiuſcemodi pactum non valet.d.l.inter debitorem.
2 Sed ſi venditor † promiſiſſet ſoluere fiſco, ſeu rei publi.valeret inter eos, & virtute talis pacti compelli poſſet vẽditor ab emptore ad ſoluendum, vt per Paul.de Caſt. in dicta l.inter emptorem.colum.ij. Sed conſidera quomodo hic.§.ad propoſitum faciat in hac lege, & de ſuperfluitate argui poſſe videtur. hic enim de cõuentione priuatorum dicitur, & tamen prius diſpoſitum reperitur in d.l.nec ex prætorio.in princip. Forte dici poteſt hunc.§.poſitum hic fuiſſe ad comprobationem regulæ poſitæ. in princip.l.ideo videtur, neque pignus, neque depoſitum, neque cæteros cõtractus ibidẽ nominatos in re propria conſiſtere poſſe, licet partes ſuper prędictis cõuenerint, quia pactis priuatorum ius publicum non immutatur. Et non dicitur ſuperfluere, cum lex ponat in principio aliã regulam, ad cuius comprobationem: vt dixi hic.§.ſubiungitur. Ex hac regula inferri poſſet ad multas notabiles quæſtiones, de quibus per Crotum in repeti.l.nemo poteſt. per illum text.in primis chartis.ff.de lega.j.

SVMMARIVM.

1 *Pœna poteſt exigi & retineri.*

2 *Retentio facilius permittitur quam petitio.*

3 *Pœna in foro conſcientiæ non poteſt retineri: intellige nu.4.5.8.& 9.*

Glo.fin.in c.fraternitatis.xij.q.ij.ornatur, & declaratur.

6 *Pœna in foro conſcientiæ ex parte vnius tantum poteſt retinere & nu.7.*

10 *Pœna ſtatuta in foro conſcientiæ quando exigatur ante ſententiam.& nu.11.*

L. XLVI. Caius.

QVOD a quoquam pœnæ nomine exactum eſt, id eidem reſtituere nemo cogitur.

CLARA eſt.& ſumitur ex legibus
1 per glo.alleg. Nota ergo † poſſe pœnam exigi, exactamque retineri. quod dictum ſecundo loco, carere videtur probabili dubio, cum facilius permittatur retentio, ꝙ̃ petitio detur.l.per retentionem.C.de vſuris.l.ij.cum not.per Bald.in iij.nota.C.de fideiuſſ.hocq; in ſimili not. Ang.& Alex. ac Deci.in l.precibus.in glo.fin.C.de impub.& alijs ſubſtitu.& Capra in q.not.in conſi.xix.incip.& ſi viſo. vbi concludit, ꝙ mulier quæ prohibetur petere, nõ pro-
2 hibetur retinere, † quia facilius conceditur retentio, ꝙ̃ petitio. patet etiam in excõmunicato qui retinere poteſt, licet prohibeatur petere.c.intelleximus. de iudic. iuncto c.cum inter.de excepti.& no.in l. amplius non peti.ff.rem rat. habe. Dici poteſt fuiſſe dubitatum poſt exactionem factam, forte reo nõ opponente exceptionem aliquam, an exactor compellendus ſit ad reſtitutionem.& reſpondetur ꝙ non.
3 Hæc regula ſecundũ Deci.procedit † in foro contentioſo, ſecus in foro conſcientiæ: vbi pœna retineri nõ poteſt, quia non debetur in eo foro.gl.famigerata.in c.fraternitatis.xij.q.ij.ad quam nonnulla hic cõgerit Deci.concludens punctum in hoc conſiſtere, an lex iuſta ſit vel iniuſta: quia ſi iuſta, vt quia pœna delicti nõ ſit exceſſiua, verum delicto commenſurata, peti et retineri poterit etiam in foro conſcientiæ. alias non. idem latius ſcribens concludit ipſe Deci.in c.j.colum.viij.in prima lect. & col.v.in ſecunda lectu.de conſti. Reduciturq; forus cõſcientiæ ad terminos iuris naturalis, & gentium: & quos natura non obligat, conſcientia non ligat: vt poſt Bal, Abba, Felyn, & alios, ſcribit ibi Deci.

Ex quorum dictis habes ꝙ glo.d.c.fraternitatis. communiter eſt approbata. & tradit etiam Corne. in conſilio infra allega. Alex.in l.ſi pœnæ.C.de condit.indeb. plenius Corſe.in ſingul.ſuis in verbo pœna.ſingulari incip. in foro conſcientiæ. in quo, vt ait, ſufficit ſimplex reſtitutio. & latius de his adhuc ſcribit Fely.in c.audiuimus. de ſimo.vbi rationes dicti præalleg. gl.& quaſdam limitationes aſsignat. quas etiam ſequitur Deci.in dicto c.j. In primis
4 ꝙ † diſceptatio deciſionis prædictæ gloſ. c.fraternitatis. procedit in pœnis legalibus.ſecus in conuentionalibus quæ etiam in foro conſcientiæ debentur, quia veniũt ex contractu,& verum ſpontaneumq; conſenſum habent: vt poſt Anchara.ſcribunt Fely.& Deci.in locis præallegat.& Deci. in conſi.ccxcviij.colum.j. Corroboratur, quia licet iuſta cauſa litigandi a legalibus pœnis excuſet,non tamen excuſat a conuẽtionalibus.glo.in l.non ſolum.ff.de rei vẽdica.Corſet.late in ſingul.in verbo pœna. Intellige niſi talis pœna conuentionalis contra iuſtitiam eſſet, vt quia excederet quadruplum, quia vltra ipſum quadruplũ non poſſet exigi, etiam ꝙ promiſsio iuramento firmata eſſet:vt pulchre per Anch. in cõſi.cxlviij.incip.apud antiquos. Se-
5 cundo † vt locum habeat in ſolutione pœnæ ex parte vtriuſque,quæ lucrum conferat damnum paſſo, ſecus ſi eſſet mera pœna ex parte ſoluentis,ſed nõ ex parte recipientis.exempli gratia,in ſatisfaciendo dãnum paſſo, ſine lucro damnificantis.Fely. in d.c.audiuimus.circa finem. vbi tempe-
6 rat,niſi † damnum leui,aut leuiſsima culpa datum eſſet, quia in foro conſcientiæ non teneretur illud reſarcire: ita ſingulariter Inno.in c.ſicut dignum. de homici.ſequitur Roma.in ſingulari 106. Aquen. in l.j. col.v.ff.de legi.Corſe.in ſingul.in verbo forum conſcientiæ.& Fely.in d.c.ſicut. intelligentes iſtud dictum quãdo damnum datum eſſet omittendo. Item intelligas
7 † niſi pœna maior eſſet ꝙ̃ damnum,ſecundum quoſdam:vt habes in ſumma Angel. in verbo pœna. verſi.xix.vbi tamen dicitur excuſari etiam perſonas eccleſiaſticas plus pœnæ exigentes,ꝙ̃ illatum fuerit dãnum, ſubſiſtente cauſa exactionis maioris pœnæ & iuris ordo ſeruatur, nec intentio eſt corrupta,vt hoc faciant,videlicet propter auaritiam, ſed propter iuſtitiam, tutius tamen eſſet illud plus pauperibus erogare, vt ibidem ſcribitur. Tertio limi-
8 tant, † niſi legalis pœna ſubrogata eſſet loco inæſtimabilis intereſſe impoſsibilis reſtitutionis, puta pro membro debilitato, aut præciſo: quia cum ablatum effectualiter reſtitui nequeat, ablati loco ſubrogatur pœna.vnde quemadmodum impeditur abſolutio non reſtituendo ablatum aptum reſtitui, ita non reſtituendo ſubrogatum loco illius:ita Fely.poſt Ancha.loco præalleg.
9 Quarto limita † prædictam gloſ.c.fraternitatis. ex parte debitoris: vt in foro conſcientiæ non teneatur ad pœnam:ſecus ex parte creditoris,qui cum bona cõſcientia eam petere exigereque poteſt: ita loquitur text.ille cum gloſ. ſecundum Corne.in conſil.xxviij.colum.fina. & conſil. lxix.colum. viii.volu.ij.& volum.iij.& conſi.ij.colum.penul. Et quamuis Deci.hanc diſtinctionem et limitationem improbet in c.j.colũ.viij.de conſtitu. quia ſi in foro conſcientiæ non debetur pœna: ergo nec exigi poteſt, cum in correlatiuis in vno diſpoſitum, cenſetur diſpoſitum & in alio.l.fina.C.de indic.vid. tollen. attamen Moder. Taurinen.in l.rogaſti.in.§.ſi tibi. colum.penul.ff.ſi certum peta.eam defendunt,quia regula.d.l.fin.locum non habet vbi ratio diuerſitatis adeſt prout in propoſito noſtro, quia ex parte creditoris nõ ſoluentis antequam exigatur non eſt mala fides.opinari enim poteſt creditorem non curare de exactione pœnæ,quatenus ſcilicet eſt vltra intereſſe, & ratione talis credulitatis non peccat: creditor autem licite exigit, quia hoc facit auctoritate legis ciuilis & canonicæ,ideo peccare non dicitur.c.qui peccat.xxiiij.quæſtio.iiij.& ita ſcribit ipſe Corne.in dicto conſi.lxix.circa fi.ſubiungens ꝙ ideo Archidia.Hoſtie. Ioan.Andr.Abba. Imo. & alij hanc partem firmant,ꝙ etiam in foro conſcientiæ pœnæ poſſunt exigi: & ꝙ.c.fraternitatis. loquitur de perfectione nõ ex debito.Pro qua opi.facit quia etiam leges ciuiles modo non ſint nutritiuæ peccati, attendi debent, & ligant etiam in foro conſcientiæ. & animæ cum fundatæ ſint in ratione naturali & dei omnipotẽtis auctoritate promulgatæ:vt per Iſer. in titu. de pace iuramen.firman.in.§.j.& pulchre Iaſ.in ſecunda lectu.l.nemo poteſt.col.xviij.ff.de leg. j.ideo nimirum ſi creditor ſalua conſcientia talem pœnã exigere, retinereq; põt.& ad prædicta.vide etiã Pari.in cõſ.xxxiiij. lib.j.& xix.lib.ij.

Poſtremo circa prædicta: vide Caietanum in ſua ſummula in verbo, pœna. vbi
20 ait, † ꝙ licet pœnam ſtatutam ſubire in foro conſcientiæ quis non teneatur niſi poſtquam ad illam a iudice condemnatus eſt, hoc tamen fallit in duobus caſibus, in cenſuris videlicet, teſtamentarijs: ideo & excommunicatus, & ſuſpenſus, & interdictus, & irregularis eſt, quiſquis contra latam a canone de huiuſcemodi ſententiam facit, abſque alia declaratione iudicis. Et
21 rurſus † vidua non caſte viuens cum mala conſcientia & damnata, perſeuerat domina & vſufructuaria, iuxta legatum mariti ſub conditione ſi caſte vixerit ſibi factum: vnde tenetur de conſumptis poſtquam non vixit caſte, etiam ſi nullus iudex humanus ad hoc compellat. Et iſtud ſubtiliter conſideratum non eſſe, ideo quia pœna teſtamentaria infligitur ſine executore, ſed eo ꝙ euenerit caſus in quo ſic diſpoſuit teſtatoris voluntas, ex quo ſola mulier habebat quicquid iuris in illis bonis habebat, vt latius ibi per Caietanum.

SVMMARIVM.

1 *Ex conſilio nemo obligatur: Niſi ſit fraudulentum. & nu. 2.*

3 *Ex conſilio ratione officij tenentur aduocati, medici, & ſimiles.*

4 *Hæc regula non procedit in conſilio doloſo, Nec in delictis nu. 6.*

5 *Religioſus franciſcanus ob conſilium doloſum datum pontifici, fuit in inferno damnatus.*

6 *Conſilium datum alias delictum commiſſuro, an & quomodo obligetur. Etiam in atrocioribus numero. 7. ſi ſpecialis pœna impoſita eſſet numero. 8. & in interdicto vnde vi nu. 9.*

10 *Mandatum differt a conſilio.*

11 *Debens iudicare ſecundum conſilium iuriſperiti, quando teneatur eum ſequi. & quid ſi conſultores diſcordant nu. 12.*

13 *Iudex peritus non tenetur cauſam iudicandam alteri committere: niſi ſtatuto caueatur, & tunc an debeant dari confidentes & ſuſpecti nu. 14.*

15 *Iudex eligens malum conſultorem, parti ad intereſſe tenetur.*

16 *Iudex peritus poteſt ſibi eligere conſultorem. Sed neutri parti ſuſpectum nu. 17.*

18 *Iudices imperiti debent ſuper punctis iuris cum conſilio ſapientum deliberare.*

19 *Confidentes dantur ſolum de iure ſtatutario: & ſententia prolata abſque conſilio requiſito eſt ipſo iure nulla.*

20 *Cauſa clara an committatur.*

21 *In tranſmiſſione cauſæ conſulendæ tranſmitti debent omnia acta.*

22 *Conſultor an teneatur in conſilio adducere iura & rationes.*

23 *Sententia lata ſecundum conſilium ſapientis, non tranſit in rem iudicatam.*

24 *Princeps non poteſt mandare officiali ſui vaſalli, vt procedat de conſilio talis.*

L. XLVII. Vlpianus.

CONSILII non fraudulenti, nulla obligatio eſt. Cæterum ſi dolus & calliditas interceſſerit de dolo actio competit.

SVMITVR ex. §. fi. l. ij. ff. mand. cum ſimilib. Et ponitur iſta regula etiam in c. nullus ex conſilio. de regul. iur. in vj. continet vtilem materiam in practica, ideo glo. in prin. §. tua tantum gratia, inſti. man. notari mandat bonam regulam. Deci. hic multa congerit & accumulat, de quibus prout expediens erit, infra dicemus.

1 Conſilium igitur † ſtans in finibus conſilij & nemini nocens obligatorium non
eſt: ſecus vbi conſilium fraudulentũ fuit, 2
etiam ſi damni dati impulſiua cauſa fuerit. ſecundum Bal. & Phil. Fran. in d. c. nullus. Ratio regulæ & concluſionis aſsignatur per iuriſconſultum in d. §. tua. & in. §. fi. inſtit. man. quia eſt vnicuiq; liberũ explorare apud ſe an cõſilium ſibi expediat, quod quidem conſilium eſt voluntatis pręceptum neceſsitatis. c. quod præcipitur. xiiij. q. j. Requirendumq; in dubijs conſilium eſt. xvj. q. ij. c. viſis, & x. diſtinc. c. fi.

& merito arguitur, qui conſilia ſapientum & recte ſuadentium recipere non vult. c. j. lxxxiiij. diſt. Ex qua ratione infertur,
2 regulam procedere, † etiam ꝙ ille cui datur conſilium non fuerit alias facturus, cũ militet eadem ratio, quia conſilium nõ neceſsitat, vt hic per glo. & Deci. & Philip. Fran. in d. c. nullus. de quo etiam per Ang. Are. inſti. man. ad fi. principij. & hoc probat clare tex. in d. §. fi. tam in ſui generalitate, ꝙ̃ in ratione aſsignata, immo ſi conſilium neceſsitaret, bona fide conſilium præſtans non obligaretur. ſecũdum Deci. hic. Quod probari videtur per iura præalleg. volentia indiſtincte ex malo cõſilio neminem teneri, niſi doloſe datum fuerit. intelligendo in contractibus, vt prædicta iura lo
3 quuntur, ſecus † in conſilio quando ratione officij datur, vt in aſſeſſore, medico, aduocato, procuratore, & ſimilibus ratione alicuius artis aut exercitij ſe peritos aſſerentibus. qui & ſi contra conſcientiã nihil fecerint, ſi tamen per imperitiam malũ conſiliũ dederint, tenetur de damno dato, maxime in foro conſcientiæ, vt hic per Deci. & latius Phil. Franc. in d. c. nullus. col. j. & per omnes in l. ij. per illum text. ff. quod quiſq; iur. Deci. conſi. viij. col. ij. Felyn. in c. j. col. xij. de cõſti. in c. tua nos. de homi. & in c. ſicut. colum. penul. eod. ti. vbi poſt Abb. exclamat aduerſus conſulentes principibus extorſiones, ꝙ ratione talis obliqui conſilij ad reſtitutionem in conſciẽtia tenẽtur. Cui ſententiæ adſtipulatur Angelica in verbo conſilium in fi. dum quærit, quid de proponentibus in cõſilijs aliquid quo proximus iniuſte damnificatur, ſeu ꝙ fiant iniuſta decreta & ordinamenta? Et reſpondet ad reſtitutionem in ſolidum teneri, quando damnum tale datum non fuiſſet niſi mediante propoſitione tali: hocq; vltra mortale peccatum, quod id proponentes commiſerunt. Et no. ꝙ aduocatus, qui videt clientulum iniuſtam fouere cauſam, tenetur illi cõſulere et dicere cede liti, quia malam cauſam foues. alias in foro cõſcientiæ tenebitur de omni damno ſecuto: ita Soci. in l. quidam exiſtimauerunt. ff. ſi certum peta.
4 Secundo regula non † procedit in conſilio doloſo, vt litera hic cantat. & etiam in d. c. nullus. vbi Philip. Franc. plenius ꝙ̃ Deci. hic nota. Exempla ſunt in l. quod ſi cum ſcires. cum l. ſeque. ff. de dolo. Et de
5 † conſilio doloſo alias Bonifacio Pontifici maximo dato per quendam religioſum Franciſcanum, qui propterea in inferno dãnatus fuit, refert pulchre & eleganter Dantes Florentinus Poeta celeberrimus i Cantu xxvij. Inferni. Dum ait.

Franceſco vene ad me com'io fui morto
per me. Ma vn de neri Cherubini
Gli diſſe, nò'l portar, non mi far torto.
Venirſen'de qua giu, tra noi meſchini
Perche diede il conſilio fraudulente
Dalquale in qua ſtato gli ſono a crini
Che aſſoluer non ſi puo, chi non ſi pente.
Ne pentir, e voler, inſieme poſsi
Per la contraditione, che no'l conſente.

6 Tertio non † procedit regula in delictis: diſtinguendo tñ, an is cui conſilium datur alias facturus erat, vel ne: quia ſecundo caſu pari tenetur pœna, primo autem mitiori pœna punitur. l. nõ ſolum. §. ſi mandato. ibi, ſi perſuaſerim alicui alias nolenti. ff. de iniur. & in c. ſicut dignum. ibi, ſed non ita ſeuere. de homi. & eſt cõis & receptior ſententia. vt hic per Deci. & per Phil. Fran. in d. c. nullus ex cõſilio. Fely. in c. j. col. iij. de offi. delega. & etiam in d. c. ſicut. in iij. col. & ſecundum gl. d. c. nullus. nõ tenet ei cui dedit conſilium, ſed ei contra quem datum eſt, & ipſius maleficij nomine, ſed in conſcientia tenetur etiam illi quem ſuo malo conſilio & perſuaſione peruerſa corrupit. vt habetur in ſumma Ang. in verbo conſilium. in prin. labitur tñ ibi auctor dicẽs, ꝙ ſi datum fuerit conſilium ſine ope, alias facturo, quem nõ teneri. §. ope. inſti. de obli. quæ ex delic. naſ. in delictis enim tenetur, non tñ tantum, nec eadem pœna, diſtinguẽdo prout diximus ſupra, & ideo puniri debebit pœna, tñ mitiori iudicis arbitrio. ita intelligi debet tex. in d. §. ope. prout ad illum tex. poſt Ange. ſcribit hic Deci. & in c. j. col. vj. de offi. deleg. vbi poſuit ea quæ hic repetendo tranſcripſit. quibus adde ẽt Ang. Are. inſti. de oblig. quæ ex deli. naſc. in. §. interdum furti. in vlt. no. & in fi. commenti. vbi dicit, ꝙ ideo conſultor vel hortans ad furtum, nõ tenetur furti, quia furtũ verbo non committitur. l. ſi quis vxori. §. neq; verbo. ff. de furt. tenetur tñ, & ſic per iudicem extraordinarie puniri poterit.
7 Diſtinctio prædicta † locum non habet in atrocioribus, in quibus conſulens indiſtincte pari pœna punitur. c. fœlicis. de pœ. cle. j. eo. ti. Nihilominus Fely. in d. c. j. col. iij. & in c. ſicut. col. iij. ſupra alleg. ſub dubio forte iura prędicta reſtringẽda eſſe ait. ad conſiliũ alias nõ facturo datum, per d. c. ſicut, vbi delictum non minus atrox

erat q̃ in præalleg. iuribus. Deci.hic in ij.
col.nititur deſcendere prędictam limitatio-
nem,quia.c.ſicut.in ſimplici homicidio lo
quit:iura pro limitatione adducta loquun
tur in homicidio qualificato, cardinalis,
vel archiepiſcopi, & cõſequenter in atro-
ciſsimis.ſed non ne homicidium, vt dixit
Fely.atrociſsimum eſt delictum, certe ſic,
licet illa qualitas cardinalatus vt epiſcopa
tus adhuc magis delictum exaſperet, hor-
rendumq; faciat? præterea tex.in d.clem.
j.de pœn.in princ.loquitur de percutiente
vel banniente epiſcopum, & de dante ad
præmiſſa conſilium ꝙ pari pœna puniun-
tur.quis tamẽ diceret homicidium quam-
uis ſimplex prædictis in atrocitate delicti
non æquiparari.idem Deci. in præalleg.c.
j.col.vj.alterius fantaſiæ fuit, ꝙ conſulẽs
eadem pœna præciſe nõ puniatur,quia nõ
tantum deliquit vt principalis, ſed extra-
ordinarie arbitrio iudicis, qui tamen debe
bit arbitrari de grauiori pœna, q̃ in alijs
prętcrquam in caſibus a iure expreſsis. Et
ſic in effectu reſidet cum opinione Fel. Et
hæc melior & verior mihi videtur, niſi
in caſibus a iure expreſsis. eandem & pa-
rem pœnam infligẽtibus,prout in l.utrum.
ff.de parricid.in l.quiſquis.C.ad l.Iul. ma
ieſta.in c.fœlicis.in princ.de pœn.in vj.&
8 in cle.j.illo co.ii. Secundo nõ † procedit
prędicta diſtinctio,vbi ſpecialis pœna a le
ge conſulenti imponitur, quia attenditur
tunc talis ſpecialis lex, de qua conſtat.l.
vnica.C.de raptu virg.cum dictis Saly.&
Deci.hic.& in præalleg.c.j.col,vij.in ſe-
ptima limitatione de offi.deleg.poſt Fely.
ibidem in iij.col.Et videtur de indubita-
bili quando ita lex pedem figit. Tertia
9 limitatio † eſt de interdicto vnde vi. De-
ci.ſequi videtur Roma.cõtrarium tenentẽ
per tex.præalleg.c.ſicut.idem facit in d.c.
j.vbi Fely.hanc limitationem prius repro
bauit,quia ſatis ſpoliare dicitur qui conſi
lio ſuo aliquem ſpoliat.cætera ad iſtud ꝓ-
poſitum dicas:vt hic per Deci.& in d.c.j.
poſt Fely.ibi,& in d.c.ſicut.

Poſtremo in materia conſilij nõnulla in
10 actu practico vtilia notabis,& primo, † ꝙ.
mãdatum differt a conſilio.mãdator enim
obligatur mandando,ſed non cõſulens cõ-
ſulendo.l.ij.ff.mand.not.gl.in præalleg.re
11 gula nullus.ad fi. Et debens † procedere
vel iudicare cum cõſilio iuriſperiti vel ta-
lis,tenetur quidem requirere,ſed nõ ſequi:
ſecus ſi dicatur,de conſilio, vel iuxta, aut
ſecundum cõſilium,quia ſequi tenetur: vt
per Cy.Bart.& alios in l.id quod pauperi-
bus.C.de epiſc.& cler.ſummam Angel.in
verbo cõſilium.verſi.ſeu.§.quarto.& Phi
lip.Franc.in dicta regula nullus.col.fi.vbi
ponit,ꝙ ſi præpoſitiones prædictæ,de, &
cum,adijciantur cõſenſui aut volũtati,non
differunt,& ſemper requiritur ꝙ cõſenſus
& voluntas interueniat,per iura ibi alleg.
Eſt enim aliud cõſilium, aliud cõſenſus.c.
cum olim.de arbi.c.cum in veteri.de elec.
c.j.ne ſede vac.lib.vj.vbi vero conſilium
vel conſenſus ſuſpicioni ſupponitur, quid
ageñ.ſit.docet Fely.in c.edoceri.col. pen.
de reſcrip. An cõſilium pro ferẽda ſen-
12 tentia datum,ſequẽdum ſit:Et quod † cõſi
lium diſcordantibus cõſultoribus proban-
dum ſit ac tenẽdum:videbis per Phil.Frã.
in dicta regula nullus ex conſilio. Pau.de
Ca.in conſi xv.colum.ij.in antiquis.Bar-
ba.in conſi.lxxxviij.col.fin.libr.iij.Fely.
plenius in c.cum venerabilis.in vlti.char.
de excep.ſcribentes in l.ſi cõuenerit.ff.de
re iudi.& in l.duo iudices.vbi Iaſ.col.fin.
co.ti.Cur.in l.j.colum.xj.ff.ſi certum pet.
Ang.in.§.j.col.ij.inſtitu.de ſatiſda.tut.vbi
dicunt iudicem conſultoribus diſcordanti
bus,poſſe vno cõſiliorum reiecto aliud ac-
ceptare,licet minoris partis, modo ſanius
ſit,ſecũdum Francum loco præallega.vide
etiam Fel.in c.ſciſcitatus.col.vj.de reſcri.
pract.Papien.in forma lib.appell.a diffi.in
verbo petens.Pau.de Caſt.cõſi.lxxxviij.
pro declaratione col.j.in antiquis. & Spe-
cu.in tit.de requiſitione cõſilij. in quibus
13 locis volunt,ꝙ † ſtatuto cõſuetudineque
circũſcriptis,iudex cauſam per ſe iudican
dam alteri committere nõ tenetur conſulẽ
dam,modo ipſe peritus ſit.alias ſecus, tam
de iure, q̃ de conſuetudine laudabili.Ioã.
And.in addit.ad Specu.proxime alleg. Et
14 vbi † ex forma ſtatuti conſilio ſapientis
committitur cauſa,id fieri nõ debet niſi da
tis per ambas partes ſuſpectis & confida-
tis:ſecundum Bal.in l.j.C.de rela. & in cõ
ſil.ccclxx.libr.j.immo nec conſilium nec
ſcriptura mitti debet,niſi confidato. Bald.
in additio.ad Specu.proxime alleg. per.§.
quod ſæpe.in auctenⁿ de trien.& ſemiſ.vbi
ex illo tex. id colligit glo.ſequitur Firmi.
in reper.in ver.conſultor.ad fin. dices poſt
Bald.conſultorem nõ eſſe per iudicem eli-
gendum,niſi citatis prius partibus ad dan-
dum ſuſpectos & confidentes: quibus da-
tis poteſt iudex alium non datum pro con
fidente eligere,dummodo pro ſuſpecto da-
tus non ſit,allegat Ioan. And,Phil,Peruſ.

& alios. Sed quod de ſuſpectis & confidentibus, Bald. & præalleg. dicunt, de iure non procedit, niſi ſtatuto vel cõſuetudine aliud caueatur, aut diſponatur: vt per Pau. de Caſt. in l. obſeruandum. ff. de iudi. ideo tex. in c. ſtatutum. in. §. aſſeſſorẽ. de reſcri. in vj. vult, ꝙ delegato aſſeſſore indigente, aſſumi debeat vnus neutri partium ſuſpectus. & ibi gloſ. colligit practicam, quæ in iudicijs frequentatur dum ſuſpecti traduntur: & ſecundum Ioan. And. & Gemin. ibi, aſſeſſor qui ſuſpectus nõ eſt, aſſumi poteſt, quamuis non ſit de confidentibus in quos forte non conueniũt partes. ibidem etiam not. cum gl. Phil. Fran. non eſſe dandos cõfidatos, ſed ſuſpectos. ſecundum Bald. ibi. ſi tamen darentur, iudex non arctaret, ſubdit, ad eligendum confidatos, verum ſatis eſt eligere non ſuſpectos. ſecundum Ioan. And. immo vt ſcripſit, inquit, Inno. iudex non tenetur in eligendo conſultorem par-
15 tes ſequi, & ſi † malum conſultorem eligat, parti ad intereſſe tenetur. prædictis adde Lanfrã. de Oria. in repeti. c. quoniam contra. in verbo interlocutiones. col. iij de proba. vbi poſt Bal. in l. ij. C. de ſenten. ex pericu. recit. determinat iudicem poſſe ſibi conſultorem iuriſperitum pro cauſa decidenda aſſumere, qñ ex ſe peritus nõ eſt ratione ſcientiæ iuris, vt ſunt poteſtates villarũ, & arbitratores qui idiotę ſunt. Si autem propter iuris peritiam electus eſſet iudex, vt ſunt vicarij poteſtatum & ſimiles, talis iudex non poteſt partes ad eligẽdum conſultores compellere, quia de ſe cõqueratur ſi neſciat. l. ij. ff. quod quiſque iur. & vbi cogit iuridice partes ad eligendũ conſultorem, poteſt pariter cogere ad ſoluendum æqualiter ſalarium conſultoris. arg. §. fin. l. iiij. ff. fini. regundo. niſi ad inſtantiam vnius partis tantum conſilium peteretur, quia altera pars in expẽſis contribuere nõ
16 teneretur. plus refert. voluiſſe Inno. ꝙ † ẽt inuitis partibus poſsit iudex ſibi conſultorem eligere, quod non placet Angel. in d. l. ij. & ſi conſultor ſuſpectus eſſet, forte ob inimicitiam, poteſt, ait, vt ſuſpectus recuſari, aut peti alium adiũgi: ſtatuta tñ hodie, dicit, prouident. Sed dictũ Inno. de aſſeſſore vel conſultore eligendo nõ requiſitis partibus, & fortius requiſitis ſed non conſentientibus, verius eſt & communiter approbatum, per d. §. aſſeſſorem: vt ibi tenẽt Archi. Ioan. And. & Phil. Fran. Hoſtien. in ſumma eiuſdem tit. Barba. in c. ſuper quæſtionum. ad fi. §. verum. de offi. delega. vbi etiam per Fely. declarantem qñ conſultorẽ eo modo aſſumens, de illius imperitia factoq; teneatur. Vides itaq; iudicem de iure poſſe ſibi cõſultorem eligere, ſeu alteri dummodo non ſuſpecto cauſam conſulẽdam committere: ideo in. §. aſſeſſorem dici
17 tur, † delegatum tali aſſeſſore indigentem debere neutri parti ſuſpectum aſſumere: nõ dicit ꝙ faciat ſuſpectos & confidentes ſibi dari, ſed ꝙ ſuſpectum non aſſumat ad libitum, ergo poteſt illum aſſumere, ꝙ ſi ſuſpectum elegerit recuſationi locus erit, ꝓpterea recte faciet ſi ſuſpectũ non aſſumat: ita intelligitur. §. aſſeſſorẽ. qui licet loquatur in delegato, procedit tamen etiam in ordinario, & de iure ciuili, cum lites ſine ſuſpicione procedere debere clari iuris ſit. l. apertiſsimi. C. de iud. & de tribus modis, quibus conſilium requiritur a iudice. vide Pau. de Caſt. in d. conſi. incip. pro declaratione. Et ꝙ iudex non peritus in iure, procedere debeat de cõſilio iuriſperiti per eum aſſumpti: ponit etiam Bal. in l. ſolet. in . §. legatis. ſupra de offi. procon. & lega. di-
18 cens † poteſtates terrarum aliosq; imperitos iudices debere ſuper punctis iuris cum conſilio ſapientum deliberare, & non ex ſuo capite procedere. Adde glo. & doct. in l. ij. C. de ſen. ex peric. recit. ꝙ in re dubia cum ſapientibus debet iudex conſilium habere. omnia enim recte cum conſilio geruntur. l. non dubium. C. de repu. facit tex. no. in l. ſi auiam. C. de ingen. man. vbi ſi cũ peritioribus tractatũ habuiſſem, facile cognoſceres. de quo tex. vide Spe. in ti. de aduoca. in. §. nunc vt dixi. col. ij. Barb. in c. propoſuiſti. col. v. de probatio. & Deci. in l. iuris ignorantia. ad fin. C. qui admitti. Quod
19 igitur fieri videmus † ſæpe dando ſuſpectos & confidentes, quorum cõſilio in cauſis proceditur, in iure communi fundatum non eſt, ſed ſtatutario vel conſuetudinario: & ſententia tunc prolata abſq; conſilio requiſito ipſo iure nulla eſt, etiam ꝙ prolata eſſet ſecundum caſum legis: vt per Alexã. in conſi. lix. col. j. lib. iiij. Mod. Aſten. poſt Bal. in tracta. de for. chart. xxxvj. col. iiij. & chat. lix. col. iij. Et de conſilio quod requiſitum fuit, debet in actis apparere aliter ꝙ̃ per aſſertionem iudicis, ad hoc vt valeat ſententia. Bald. in l j. C. ne liceat in vna eademq; cauſa tertio prouo. Ioan. Milis in repertorio. in verſicu. ſententia. col. penulti. Vt vltra præalleg. vide Alexã. in conſi. cxlv. libr. v. & clxxv. colum. fin. in eo; & lxij. lib. ij. & in l. ſi ſic ſtipulatus.

ff.de verb.oblig.Calcā.in conſi xliiij.col. ij.Fely.in c.ſi quæſtiones.de ſimo.Mode. Aſten.loco præalleg.fol.lij.col.ij.vbi po-
20 nunt,an † talis commiſsio deciſionis cauſæ ſapientis cōſilio ex forma ſtatuti, fieri debeat,quando res clara eſt,vel iudex iam præparauit ſententiam.Et vtrum nulla ſit ſententia,qua iudex pronunciat, prout in conſilio per talem ferendo.Alexan.conſi. clxxxv.ad fi.lib.ij.& quid agendum partibus in eligendo diſcordantibus, Bart.in .§.j.l.j.ff.de ven.inſpi.& Fely.in rubri.de treu.& pace. colum.iiij. Quod ſi partes cōſilio talis electi ſtare promiſerint, an reclamare appellareve poterint? Soci.conſi.xxiiij.q.j.vol.j.Fely.in c.cum venerab. col.xvj.verſic.fallit ſecundo.de excep.& Moder.Aſten.loco præalleg. Huiuſce-
21 modi vero † cōſultori cauſam conſulendam committens iudex, omnia acta tranſmittere debet alias infamatur ſi pars ledatur.l.ne cauſas.vbi Pau.de Ca.& alij not. C.de appellatio.Et poſtquam conſilio ſapientis commiſſa eſt cauſa, nouas probationes vel productiones admittere nō debet iudex.Bald.conſi.clxxvj.in fin.libr.j. Bar.in l.ex illo.C.de appella.& Are.in c. tam literis.col.j.de teſti. Recitet autem cōſultor in diſcuſsione articuli opiniones doct.inde ſuam ponat. Abb.in c.quærenti.in princ.ff.de offic.delega. Et an iura
22 †& rationes ī cōſilio adducere teneatur? Abb.in c.ſicut.ad fi.de re iudi.& in conſi. ij.Corne. conſil.lxxix.& cccj.lib.iij.Fely.in d.c.ſicut.colum.vij.vbi concludunt cōſilia deciſiua ſine iurium alleg. fieri debere,& ſi ad iuſtificationem cōſultationū contrarium ſæpenumero faciamus:vt Abba.& Corne.in præalleg.conſilijs fecere.
23 Poſtremo not.eſt, ꝙ † ſententia lata ſecundum conſilium ſapientis nō tranſit in rem iudicatam, quin habito conſilio eminentioris doctoris, & melius veritate cognita retractari poſsit.Ant.de Bu.in c.ꝓpoſuiſti.de proba.& licet articulus iſte diſputabilis ſit,pluraq; dici in eo poſſent: vt ibi per Felyn.& Deci.opinio tñ Anto. de But.cōis eſt.Deci.in cōſi.cclxxviij.ad fi. Crot.in tract.de teſti.fol.xv.cum ſeq.in ſecunda limitatione. vbi in cauſa matrimoniali idem eſſe dicit. accedant accumulata ab Hippol.de Marſi.in notab.cxxviij.& cxcv.& per ſcribeñ.in l.admonendi.ff.de iureiur.quamuis Curt.iunior ibi in v.col. nunquam ſibi placuiſſe opi.Ant.de Bu.dicat, in practicaq; illam minime ſeruari, quodq; talis ſentētia ex priuilegiatis probationibus lata non dicitur. Non inuoluam ſilētio pulchram cōſultationem Cur
24 iunior. in conſi.lj.conſulenti, ꝙ † princeps,ſeu dominus ſuperior,officiali ſui vaſalli mandare nō poteſt,vt in cauſis, vel in aliqua cauſa,procedat de cōſilio talis. turbaret enim iuriſdictionem vaſalli in cognitione cauſarum primæ inſtantiæ, quod minime licet.Salubris eſt itaq; practica Cancellariæ Sabaudiæ,ſecundum quam aliqñ mandatur magiſtratibus vaſallorum Excellentiæ Ducalis,vt procedant de conſilio iuriſperiti partibus non ſuſpecti, ſimpliciter nemine nominato, cum iſtud iuris ſit,vt ex prædictis liquet,ſed de his ſatis.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallus mei vaſalli, meus vaſallus nō eſt. Etiam quòd habeat bona mea in feudū. nume. 3. & quomodo procedat nu. 7.*

2 *Vaſallus feudum alienare non poteſt: ſecus ſubinfeudare æque idoneo, & quæ requirantur.*

Et ſtante generali conſuetudine in emphyteuſim concedere.

4 *Vaſallus vaſalli mei fidelitatem mihi iurare non tenetur, ſed vaſallo meo. Nec cōpellitur ſeruire mihi, ſed ei: & ipſe mihi nume. 5.*

6 *In alienatione feudi cuius conſenſus requiratur, mediati, vel immediati.*

8 *Homines baronis alicuius regis, non dicuntur homines regis.*

9 *Amicus inimici mei, quando habeatur vt meus inimicus.*

.§. SOCII mei ſocius, meus ſocius non eſt.

ISTA eſt famigerata regula quę ſumiē ex l.qui admittit.cū duabus.ll.ſeq.ff.pro ſoc.vbi no.exemplū datur. Et pariter homo hominis mei,meus homo non eſt:neq; libertus liberti mei, libertus meus eſt.l. modeſtinus.ff.de verbo.ſigni. Ex qua ſu-
1 mit ibi gl.arg. infertq; ad † vaſallum mei vaſalli,ꝙ meus vaſallus nō eſt:quod intelligunt doct.qñ eſt vaſallus vaſalli mei ratione alterius rei, ſecus ſi pro eadē re quæ ad dñm pertinet: vt hic per Deci.vel vt

dicit Bar.in l.claudius fœlix.ad fin. ff. qui potio. quando feudum conſtituitur reſpectu diuerſarum rerum,alias ſecus: vt etiam per Bald.pulchre in l.j.col.ij.C.communia de leg. vbi dicit vaſallum vaſalli mei, non eſſe vaſallum meum inſpecta obligatione cõuentionis: ſicut nec colonus coloni mei, eſt meus colonus: ſed inſpecta re meus dici poteſt.arg.l.ſolutum.in.§.vnde ſi domum. ff.de pign.act.quę omnia,licet Dec.taceat cumulauit prius Fely.in c.quæ in eccleſiarum.col.xxiiij.cum ſeq.in ſexta declaratio
2 ne.de conſtitu. ideo licet† vaſallus in toto vel in parte feudum alienare nequeat, põt tamen alij æque idoneo ſubinfeudare ſine licẽtia domini.§.illud.de prohi.alien.feud. per Fed.§.ſimiliter.in titu.de lege cor.ſecũ dum Fely.ibidẽ. & in d.§.ſimiliter. ponũt doc.quæ requirantur ad hoc vt talis ſubinfeudatio fieri poſsit.de quo per Guid. Papę in qõ.clxij.Iaſo.in titu.qui feu. da.poſ. char.vlt.& conſi.ccxxxv.lib.ij.Iacob. de ſancto Georg.in ſua feu.inueſtit.in verbo, ita etiam ꝙ ipſi vaſ.& in verſi.cum pacto, de non alienãdo.col.vj. & vij. & Curt. in tract.feu.in vlt.cauſa priuationis feu.in prima regula princ.fol.xxxix.& xl. vbi etiã ponũt,an attenta ſaltem generali cõſuetudine in emphyteoſim concedere. Hinc dicit Soci.in conſi.lxvj.col.ij.lib.iij. poſt Bald. ꝙ ſic reperietur vtile dominium ſuperius, & vtile dominium inferius, ſeu ſub illo: quia primus vaſ. non cedit alteri feudum, ſed concedit.faciunt quæ ſcribit Zaſius in libello feu. in x. parte. de feu. priuat. conclu.x. Quemadmodum ergo ſocij mei ſocius,vt hic dicitur ſocius meus non eſt.Ita vaſallus vaſalli mei,non eſt meus vaſallus, quod ſine dubio procedit quando ſecũdus eſt vaſallus ratione alterius rei q̃ feudi a
3 me procedentis,† ſecus ſi pro eadẽ re, vt ſupra dixi.Quã opi. ſequitur Guido Papę in q.ccccclj.in ſecũdo quæſito, ſubiungẽs nõ eſſe mirandum, ſi homines, de quibus ibi per eum,ſiat homines epiſcopi & regis, qa homo poteſt eſſe ſeruus plurium dicit. l. ſi ſeruus pluriũ.ff.de leg.j.Eſt enim, inquit, ſpecies ſeruitutis eſſe hominem alterius, non ꝙ ſit ſeruus,ſed quia punitur in perditione feudi ſi non iuuet dominũ: vt ibi per eum.Doct. tamen communiter contrarium volunt,ꝙ vaſ.vaſalli mei, nõ ſit meus vaſ. etiam ꝙ primus vaſ.ſecundum acquiſiuerit ex feudo vel parte feudi: vt poſt Specu. & Bal.ſcribit Soci.in d.conſi.lxvj.col.ij.ideo dicit notanter Bal.in c.cæterum.colũ.j. de

iudi.ꝙ ſicut debitoris mei debitor, non eſt meus debitor, quia cum eo nullum pactum habeo. Ita vaſ. vaſ.mei, non eſt vaſallus meus quia fidelitatem mihi nõ præſtat, ſed ſibi.ea propter tenet,ꝙ ſi feudatarius regis ex illo feudo plures alios acquiſiuerit vaſallus,inter quos de tali cauſa quęſtio vertatur,non cognoſcet rex,ſed regis feudatarius,a quo tales vaſalli feuda recognoſcũt. ſequitur Fely.in d.c.quæ in eccleſiarum. loco præalleg. & Iaſo. inter conſilia Bruni
4 conſi. viij.col fi. Ea propter † ꝙ talis vaſallus mei vaſalli fidelitatẽ mihi iurare nõ teneatur,ſed vaſallo meo:vt etiam per Bal. in d.l.j.col.ij.C.communia deleg. Brun. in conſi.cviij.colũ.v. adducentem Gofre. & Spec.ordine enim ſucceſsiuo ſibi inuicem præſtare,inquit,debent fidelitatem & ſeruitia ex eadem re, nihilque commune habet vltimus cum primo,arg. notatorum in l. ſi vſufructus.in prin.ff.vſufruc. quemadmo. caue. & in l.vltima.ff. ſi cui plus q̃. per l. falci.vbi legato vſufr.titio grauato per fideicommiſſum meuio reſtituere, Meuius titio cauet & titius hæredi,nõ autẽ meuius, ſic ẽt in l.cũ a te.ff.de vi & vi arma.vbi illo interdicto nequeo agere pro vi per eũ illi illato, qui vim mihi prius intulerat in eadem re,quaſi ex actuum & perſonarũ diuerſitate vltimus cum primo nihil habeat commune.facit.§.j.l.ſi in lege.ff. loca. vbi res poſterioris conductoris primo locatori non obligatur,ſed ſolummodo immediato, & ſic ordine ſucceſsiuo. Et per conſequens quo ad eum,cum quo nihil cõtractum fuit, nec aliqua ſubeſt obligatio, de vaſallo ſui vaſalli non pertinet ſe impedire, neque de ſubditis illius ſe intromittere.ſecundũ Hoſtien.ibidem relatum.quibus adde Iaco.de ſanct.Geor.in tract.feu.in verbo, ita etiam ꝙ ipſi vaſ.col.ij.& Franc.de Curt.in trac. feu.fol.xl.in prima regula princi.col.iij.& iiij.vbi poſt antiquos feudiſtas concludũt ſuperiorem dominum vaſallum ſui vaſalli ad ſibi ſeruiendũ non poſſe compellere,ſed requiret primum vaſallum,& primus ſecũdum,cuius ſubuaſalli auxilio, domino ſuo ſeruitia pręſtabit. Et pariter in alienatio-
6 ne† feudi non primi, ſed immediati domini requirendus erit cõſenſus:ſecundũ Cur. præalleg.ſed communis eſt ad oppo.vt per Iaco.in tract. præalleg. in verbo & cum pacto de non alienando.colum.vj.& vij. vbi limitat.& per Iaſo. in conſi. clxxx. lib. ij. Poteſt igitur in hoc pulchro articulo con-
7 cludi, †ꝙ vaſ.vaſalli mei,etiã ratione eiuſ-

dem rei feudalis, proprie dici nō poſſit vaſ. meus per rationes prędictas. itē quia id nulla lege probat̃, ideo &c. l. illam. C. de colla. & eſt hęc, vt ex prædictis liquet, receptior ſentētia. Large vero & ĩproprie vaſ. meus dici poteſt re, quæ mea eſt, inſpecta: vt dixit Bal. in ſuperioribus relatus, qui propterea ſubiunxit non teneri ad iurandum mihi fidelitatē, ſed vaſ. meo ſicque dño ſuo immediato. Ex quo incōuincibili elicit̃ arg. talem non poſſe dici vere aut proprie vaſallum dñi ſuperioris, cum talis teneatur domino ſuo iuramentum fidelitatis præſtare: vt in tit. qual. vaſ. iura. deb. dño fidel. & titu. ſeq. de for. fid. large vero & improprie ſic, ita procedat quod in locis præalleg. dixit Bald. Ex prædictis ſequitur ſecundū
8 Spec. & alios hic per Deci. relatos, ꝙ † homines baronis alicuius regis non dicuntur homines regis. idem tradit Curt. in tracta. præalleg. fol. iiij. col. iij. tales, inquiens, non eſſe homines regis, ſicut dicitur de ſubditis epiſcopi reſpectu archiepiſcopi. iij. qō. ix. nullus primas. & c. paſtoralis. de offic. ord. Alcia. ēt in d. l. modeſtinus. in fi. ſobrie loquens ſolum refert Deci. hic, & ſequitur, ꝙ tales regis ſubditi, proprie non poſſunt dici. improprie vero ſic, eo ꝙ verba per prius non per poſterius intelligenda ſint l. qui liberis. §. j. ff. de vulga. Infertur pari-
9 ter ex prædictis, † ꝙ amicus & domeſticus inimici mei, inimicus meus non dicitur licet illi de fide detrahatur quo ad me, Niſi cum inimico meo contracta eſſet amicitia in meam perniciem, tunc enim inimicus meus diceretur, & priuationis feudi iuſta eſſet cauſa: vt hic per Deci. ſequitur ſimpliciter Alciat. loco præalleg. vide Afflictum in deciſi. regni. cccvij. ad fi. & latius Curt. in præalleg. trac. feu. fol. xxxv. col. iij. in xv. cauſa priuationis feudi.

SVMMARIVM.

1 *Ira, & iracundia unde dicantur.*
2 *Facta uel dicta calore iracundiæ non valent. Limita nu. 4. 6. 10. 15. 17.*
3 *Ira dei eſt tranquilla iuſti ſuplicij conſtitutio.*
5 *Iracundia debet probari, quæ eſt difficilis*
7 *Pœna delicti calore iracundiæ facti, minuitur propter iuſtum dolorem. Limita nume. 9.*
8 *Occidenti fugientem, qui eum percuſſit, mitigatur pœna ordinaria.*
11 *Faciens iniuriam alicui calore iracundiæ, eam reuocare poteſt. Et intra quantum tempus nu. 12. 13.*
L. ſi vindicari. C. de pœn. declaratur, & ornatur.
14 *Actio iniuriarum quomodo aboletur.*
16 *Perſeuerantia quomodo probetur.*

L. XLVIII. Paulus.

QVICQVID calore iracundię vel fit, vel dicitur, non prius ratū eſt, quā ſi perſeuerantia apparuerit indiciū animi fuiſſe: Ideoque breui reuerſa vxor, nec diuertiſſe videtur.

EXTRACTA eſt ex l. iij. ff. de diuor.
1 Dicta † eſt autem ira, ab eo ꝙ a ſe it, & furit, qui iraſcitur. Vnde iram deponens ad ſe redire dicitur. hinc Teren. tandem reprime iram, & ad te redi. Iracūdia vero dicit̃, eo ꝙ irā incendat, ſecundum Feſtum, ſed ꝓ ira ſępe ponitur: vt per Cicer. lib. iij. Tuſcul. Iracūdia eſt vlciſcēdi libido. ſic poteſt hic capi. & nobis inuitis naſcitur, ideo nūquā rationi ſuccūbet, oēs enim motus qui nō voluntate noſtra fiūt, inuiti & ineuitabiles ſunt, vt horror, frigus, rubor, & ſimiles motus, vt per Senecam in libro de ira ad Nouatum, vbi quid ab iracundia diſtet ira docet.
2 Nota, ꝙ † quicquid calore iracūdiæ, vel fit vel dr̃, ratū firmūq; nō eſt, niſi acceſſerit ꝑſeuerātia, quę animi indiciū oſtēdat. Concordat l. iij. ff. de diuort. facit text. l. ſi filiā. ibi, ſi nō incōſulto calore. C. de inoffi. teſta. & in l. ſi nō cōuitij. C. de iniur. nā impedit ira animū ne poſſit cernere verū, vt ait ſapiēs: & vt dr̃ in c. productior. ff. de pœnitē.
3 diſt. iij. † ira dei nō eſt vt hominis, ideſt perturbatio cōcitati animi, ſed tranquilla iuſti ſupplicij cōſtitutio. in quo grauiter errauit Lactāt. in lib. quē de ira dei inſcripſit. nimirū igitur ſi quę eo tēpore agūtur non ſubſiſtūt. non. n. ſuus eſt ira percitus, vt de furioſo dr̃ in l. fulcinius. in §. adeo. ff. ex quib. cau. in poſ. ea. ideo ſicut qd furioſus dicit facitq;, ratū non eſt, l. furioſi, ſupra eo. tit. ita

nec qđ dicit, aut facit ita percitus. Illud
itaque laudabile eſt, in quo ratio totũ agit,
& furor nihil ſibi vẽdicat. reſtringẽda ſub
ratione poteſtas eſt, nec quid agendũ, priuſ-
quã cõcitata ad trãquillitatẽ mens redeat.
nã commotionis tpe iuſtũ putat omne qđ
fecerit. ideo Apoſt. inquit, nõ vos vindicã
tes chariſsimi, ſed date locũ irę. hoc eſt, de-
clinetis eã ne vos corripiat. c. illa. & ſeq.
xj. quęſtio. iij.

Exẽplificari etiã poteſt hęc regula vltra
exẽplũ iuriſconſulti, de diuortio in exhære
datione filij, voto, iuramẽto, cõfeſsione, ac-
cuſatione, profeſsione, acceptatione ſecũdi
beneficij, & ſimilibus: vt per Rom. quẽ hic
in apoſt. ad Bar. refert Alex & per Dec. ac
per Fely. in c. Matthęus. de ſimon. & Iaſ. in
l. ſi filiam. C. de inoffic. teſt. & Bauer. loco
infra allegando.

4 Intelliguntur aũt prędicta, qñ † iracũdia
talis eſt, quę mẽtis alienationem inducit,
alias ſecus. Ioã. And. Abb. & alij in c. du-
dũ. per illũ tex. de conuer. cõiug. Deci. hic
Bauer. infra alleg. Fely. in c. dilecti filij. col.
fi. de except. & plenius in c. ſicut. de iure-
iur. vbi poſt Inno. ait, ꝙ habẽtia cõſenſum
alterare, illũ ex toto vitiãt, & per errorem
actus fieri vr̃ l. nõ fatet. ff. de cõfeſ. nec cõ-
ſentit qui errat. aliud, inquit, ſi nõ eſſet tãta
iracũdia, quia ſubſiſteret obligatio, proba-
turq; intelligẽtia iſta per ęquiparationẽ ſu-
pra factã de irato ad furioſum, qui ſuus nõ
eſt. Ex quibus patet regulã & cõclu. loqui
de ira cõſenſum taliter alterãte, vt qs ſuus
5 non ſit: talis † vero iracũdię & furoris exi-
gitur probatio, quę difficilis eſt. ſecundum
Abb. quẽ refert & ſequitur Fely. in d. c. ſi-
cut. & tacito Fely. Deci. hic ad fi.

Secũdo intellige, vt per Bal. & Saly. in
6 d. l. ſi nõ cõuitij. † dicentes, quædã eſſe quę
iuris ſortiũtur effectũ, vt contractus, repu-
diũ, cõfeſsio, votũ, & ſimilia: & iſta per ira-
cundia impediuntur, quia nõ procedunt ex
animo, ſed ex animi alteratione d. l. iij. de
diuor. Quędã iuris nõ ſortiũtur effectũ, vt
maleficia, & tũc nõ curatur de iracũdia: ſic
intelligitur ſecũdũ eos regula nr̃a. quibus
aſſentiunt Roma. & Alex. præalleg. Fely.
in d. c. dilecti. col. fi. & in d. c. ſicut. Dec. hic
& Iaſ. loco pręallega. Si. n. in delictis excu
ſaret iracũdia, raro punitioni delictorũ fo-
ret locus, quod abſonum eſſe dicũt. Subiũ-
7 gentes tamẽ, ꝙ † licet talis iracundia non
excuſet, mitigãda tñ eſt pœna qñ ex iuſto
dolore ꝓuenit. l. ſi adult. cum inceſtu. in. §.
Imperatores. ff. de adult. cũ alijs hic alleg.
per Dec. Fely. & Iaſ. in locis pręalleg. & l
c. ſignificaſti. el. ij. de homicid. Are. in cõſi.
lxxx. Alex. conſi. lxxvj. vol. j. Hippoly. in
l. j. in. §. diuus. el j. col. pen. ff. de ſicar. & in
conſi. xxv. & cxxix. & alibi ſępe Deci.
conſi. ccccLxxxij. & in l. vt vim. col. iij. ff.
de iuſt. & iur. vbi poſt But. & Are. conclu
8 dit, ꝙ licet † prohibitum ſit occidere fugiẽ
tẽ qui te percuſsit, quia id potius ad vindi-
ctam ꝙ̃ ad defenſionẽ tenderet, ſi tamen id
feceris, de homicidio pœna ordinaria puni
ri te nõ debere, homicidij pœnã iuſto do-
lore diminuente. d. §. imperatores. cũ præ-
9 alleg. Niſi intellige † ex iniuſta cauſa ad
vindictã quis prouocatus eſſet, ex accuſa-
tione puta blaſphemiæ in ludo dictæ: pœ-
na. n. tũc nõ minuitur. c. inebriauerũt. xv.
q. j. vt per Abb. & Ioan. de Ana. in c. ij. de
maledi. & Iaſ. in d. l. ſi filiã. col. ii.

Tertio principaliter hãc regulã volentẽ
incõſultũ iracundiæ calorẽ carere vitio, ſe-
cundũ glo. in c. cũ te. de re iud. intelligit ibi
10 Imo. † vbi ſine pręiudicio aduerſarii actus
retractari põt. exẽplũ in d. l. diuortiũ. de di-
uor. & in caſu. c. ſi quis iratus. ii. q. iii. alias
ſecus: vt in actione iniuriarũ, quæ compe-
tit etiam pro iniuria illata ex iracundię re-
pentino calore. præſumitur. n. iniuriãdi ani
mus: & ſi reuocari poſſet, non reuocaretur
præiudicium & damnum iniuriam paſsi. d.
l. ſi non conuitii. & fuit doctrina Saly. ibi,
ſecundũ Fely. in d. c. cum te. col. iii. vbi hãc
declarationem extollit. Si quis igitur ſecũ
dum prædicta iniurioſa verba reuocaret,
iniuriarum actionem nõ euitaret. tex. tamẽ
d. l. ſi non conuitii loquitur ſolummodo
11 † de conuitio calore iracundiæ dicto, vt cõ
ueniri poſsit iudicio iniuriarum qui oblo-
quutus eſt: ſed an hoc procedat facta reuo-
catione, ibi non dicitur. & videtur ꝙ non,
cum per reuocationem ſatisfactum videa-
tur iniuriam paſſo. arg. l. nihil tam naturale.
cũ ibi no. ſupra eo. ideo Orianus in rep. c.
qm̃ cõtra. in ver. cõfeſsiones. col. j. de ꝓb.
poſt Ang. & Imol. dicit, ꝙ ſi eũ qui verba
protulit iniurioſa pœniteat, probata iracun
dia ne actione iniuriarũ cõueniri poſsit pro
derit per regulã noſtrã, niſi tale qđ eſſet qđ
pœnitẽtia reuocari nõ poſſet, vt qñ ad ope
rã facti fuiſſet deuentũ, ſequitur ſimpliciter
Marſi. in ſing. dcxxvi. vtile pro amico re-
putans: qui in aliquẽ iniurioſa verba protu
liſſet: & ſic obtinuiſſe in practica aſſerẽs. q-
bus adhęret Tho. Ferra. in ſua caut. xxxix.
cautelam eſſe dicens, vt antequam receda-
tur a loco dictæ iniuriæ, dicatur iniuriam

paſſo falſa eſſe quæ dicta ſunt, quodque dicentem dixiſſe pœnitet, quia talis reuocatio, ſiue ex iracundia, ſiue ex propoſito illata ſit iniuria, facit ceſſare actionem iniuriarum: vt ibi per eum. Deci. hic ad fi. de prædictis non faciens mentionem, quærit,
12 infra † quantum tempus inferens iniuriam excuſare ſe poſſit: reuocando, & pœnitendo, intellige, alias non excuſaretur. d. l. ſi non conuitij; & ſequens Lucam de Penna tenet, ꝙ facere id poſſit infra triginta dies: argu. l. ſi vindicari. C. de pœn. vbi ſi princeps ſeuerius in aliquem vindicari mandauerit, triginta diebus ab executione ſuperſedendum eſt vt interim videatur an per iracundiam mandatum fuerit, quia ſi per iracundiam ceſſabit ea temporis inter capedine ac interuallo. concordat. c. cum apud theſſalonicam. xj. q. iij. vbi aſsignatur ratio & cauſa, ob quas Theodoſius Imperator. d. l. ſi vindicari, promulgauit, de cuius intel. & materia vide etiam Fely. in c. iurgātium. col. ij. & in c. in cauſis. col. ij. de re. iudi. & in c. ſi quando. colum. ij. de reſcrip. Iaſo. in l. puniri. col. fin. C. ſi contra ius. Marſil. in l. j. in. §. ſi. col. xv. ff. de quæſtio. Neuiza. in ſylua nupt. col. pe. & Gramma. Neapol. in voto. xxxij. præſumitur itaque iracundiam durare triginta diebus, ideo nimirum ſi durante eo tempore verbum per iniuriam inconſulto iracundię calore prolatū reuocari poteſt. Quæ opi. cum non ſit ratione bona ſuffulcta, mihi nequaquam placet. nam diſpoſitio l. ſi vindicari procedit vbi agitur de vita hominis ex mandato principis perimendi, editaque ſpecialiter fuit ꝓpter facinus a Theodoſio apud Theſſalonicam perpetratum, ne ſibi vel ſucceſſoribus ſuis tale quid in poſterum contingeret. Et ſic parum quadrat in propoſito iniurię verbaliter dictæ, & ꝙ iracundia tanto tempore durare præſumatur. Prætereà iracundia nihil facit ad peremptionē actionis iniuriarum. tex. eſt in d. l. ſi non conuitij, ſed reuocatio & pœnitentia verborum per iniuriam prolatorū, quæ eſt poſt. xxx. dies, fieri poſſe videtur, cum ius ſimilis reuocationis. xxx. dierum ſpatio præſcribi non reperiatur iure cautum. Vnde ergo
13 credere † poſſe eum, qui iniuriam dixit aut fecit modo prædicto, pœnitere & reuocare quæ male dixit vſque ad litis conteſt. ſū per actione iniuriarum factam, nō aūt poſt. Ratio, quia poſt dictum tēpus perfecte & irreuocabiliter acquiſitum eſt ius iniuriam paſſo, etiam ad hæredem tranſmiſsibile. l. iniuriarum actio. vltima. ff. de iniur. ideo abſque ſuo conſenſu tolli non poterit. l. id quod noſtrum ſupra eo. ſed ante litis conteſt. cum perfecte & irreuocabiliter iniuriā paſſo ius quæſitum non ſit, per pœnitentiā videtur reuocari poſſe, eoq; modo ſatisfieri iniuriam paſſo. Tutius tamen erit ꝙ pœnitentia ductus incontinenti quis reuocet, quia ea quę incontinenti fiunt, ineſſe videntur l. lecta. ver. dicebam. ff. ſi cert. peta. bene itaque hic dicit iuriſconſult. ꝙ vxor quæ breui reuerſa eſt, diuertiſſe non videtur. faciunt not. in c. cū venerabilē. de except. vbi Pariſ. col. vij. poſt alios concludit, ꝙ repentina confeſsio, indeliberata, & ſeu calore iracundię facta, non præiudicat, reuocarique poteſt etiam de errore minime edocto: deliberatā vero de errore tantūmodo edocto, ita ꝙ melius vtiliuſque eſt dictam reuocationem incontinenti facere, q̄ poſt perſeuerantiam & deliberationem creditam. Actio † autem iniuriarum diſsimulatione aboletur, illique annuo ſpatio præſcribitur. §. fi. inſtit. de iniur. & d. l. ſi non conuitij. & pulchre per Felyn. in c. ſin autem. col. ſi. de reſcrip.
14

15 Quarto nō ꝓcedit hæc regula, vbi † poſt calorē iracundiæ perſeueraſſet quis in eadem voluntate. d. c. ſi quis iratus. ſecūdum Iaſ. in d l. ſi filiam. colū. ij. ad quod videtur tex. hic, ibi, perſeuerantia apparuerit. ceſſat enim tunc animi concitati perturbatio, & alteratæ mentis conſideratio præſentis regulæ fundamentum, vt viſum eſſe ſupra.
16 Quæ quidem † perſeuerantia per iterationē, quæ deliberationis ſignum eſt, induceretur, & excluderet allegationem iracundiæ. glo. in d. cap. ſi quis iratus. tradit poſt Bal. Fely. in c. ſicut. præalleg. col. fin. faciūt quæ de ſecundo iuſſu principis, limitando. l. ſi vindicari. ſcribit Iaſo. in l. puniri ad ſi. C. ſi contra ius. Felyn. & alij. in c. ſi quādo, per illum tex. de reſcrip.
17 Quinto & vltimo fallit hæc regula † in contractu facto cū eccleſia aut ad pias cauſas, quia valet non obſtante calore iracūdię d. c. ſi quis iratus. ſecundum Iaſo. in d. l. ſi filiam. col. ij. Roma. in ſing. & Alexā. hic in apoſtil. ad Bar. & Bauer. in tract. de virtu. iur. ver. lxxviij. Quod intellige in concitato, & aliqualiter perturbato: ſecus quando eſſet concitatio, quæ mentis alienationem induceret, ſecundum Deci. ſupra in prin. l. & Fely. in d. c. ſicut. & Bauer. loco præalleg. tunc enim geſta inconſulto calore iracundiæ non ſubſiſtunt indiſtincte, militat

enim eadem ratio indiſcretionis & cecitatis promittentis, vel contrahentis, ſecundum prædictos, quæ geſtorum nullitatem inducit.

SVMMARIVM.

1 *Ex maleficio ſerui non quæritur actio domino.*

2 *Acquiſita illicite per filium et monachum, patri & monaſterio non acquiruntur.*

3 *Idem de acquiſitis per vnũ ex ſocijs.*

4 *In generali conceſſione, non veniunt illicita.*

L. ſi pater. cum ſimi. ff. quæ in frau. credi. priuatur.

L. XLIX. Paulus.

Alterius circũuentio alii non præbet actionem.

Exemplificari multipliciter poteſt propter generalitatẽ & obſcuritatẽ eius. Prima intelligentia glo. ꝙ ob dolum nõ competat actio cum effectu, quia repellitur agẽs doli exceptione: nõ placet mihi, quia tex. hic vult, ꝙ nõ competat actio in caſu vero glo. cõpeteret quamuis per doli exceptionem excludatur. Secunda intelligentia de dolo mediatoris dante cauſam cõtractui, eumq; nullum reddẽte, ideoq; actionẽ nõ competere: pariter nõ placet, ſolũ.n. procedit in contractibus bonæ fidei, regula vero hęc generalis eſt ad oẽm circũuentionem. præterea. l. & eleganter. cũ materia loquitur de dolo contrahentis, noſtra vero de dolo & circũuentione tertij. Magis placet exemplum Decij hic per in l. quod ſeruus.
1 in fi. ff. de acquir. poſſeſ. vbi † ex maleficio ſerui non quæritur actio domino. & eſt ratio, quia in illicitis dominus nõ videtur cõſentire. arg. l. ſi pater. ff. de his quæ in frau. cred. & l. procurator. ver. ꝙ ſi indebitum.
2 ff. de cõdi. indeb. ideo ſi † filius vſuras exerceat, patri nõ acquirit & ſimiliter per monachum illicite acquiſita monaſterio non acquiruntur: vt poſt Bartol. & alios ſcribit Are. in d. l. quod ſeruus. col. fi. Exemplificari ẽt põt in §. pœnæ. l. ſi fratres. & in l.
3 quod antẽ ex furto. ff. pro ſoci. † vbi ex cauſis illicitis acquiſita, alijs ſocijs etiam omnium bonorum non acquiruntur, nec ſocietati conferuntur, neque ad ea actionem habent alij ſocij. Et ſicuti ex dolo & circũuentione propria nihil cõſequi quiſpiã debet. l. fin. cũ glo. ff. de dolo, ita nec ex dolo, aut circũuentione alterius. vt hic dicitur.

Notandaq; eſt concluſio quam breuiter hic voluit Dec. ꝙ in illicitis quis cõſentire
4 nõ cenſeatur, & in † quauis generali cõceſſione vel diſpoſitione non veniunt illicita, nec ea quæ in poteſtate concedentis vel diſponentis non ſunt. d. l. ſi pater. cum ſimilibus. quę videre poteris per Roma. in conſil. xcij. cxvj. ccix. cccxciij. col. ij. cccciij. & ccccxxxvj. col. iij. Barba. conſil. xxiij. col. j. vol. j. Corn. cõſi. lxiiij. vol. iij. Alex. conſi. ij. col. j. & liiij. col. fin. lxxv. colum. prima. & cxxix. colum. prima. ſemper. in iiij. volumi. & in v. volu. conſi. xxxiij. colum. fina. & liij. colum. ſecunda. Iaco. de ſancto Georg. in inueſtit. feud. in verbo, & dicti vaſ. col. ij. Aquen. l. ex facto. colũ. ij. ff. de vulg. Deci. in c. eccleſia ſanctę Marię. col. xx. de conſtit. & in l. j. in j. not. ff. de offic. eius. Lancel. Galiaulam in repe. l. centurio. col. xij. ff. de vulgar. quæ noſ. ad d. l. ſi pater.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, ſcientia, hic quõ accipiatur.*

2 *Futuro facinori quando quis teneatur obuiare. & nu. 3. De iure ciuili nu. 10. De iure canonico. nu. 11.*

4 *Poteſtas videns rixantes et nõ mittẽs familiam quando debeat priuari.*

5 *Mutus non obſtans, non manifeſtans, qui poteſt, & tenetur, quòd teneatur ad reſtitutionem male ablatorum:*

6 *Quis teneatur: nõ obſtans: nõ manifeſtans: qui ſint.*

7 *Sciens aliquem domum fracturum & furaturum, non obuians ſine damno, reus eſt furti.*

8 *Dominus quando teneatur de geſtis per ſeruos, famulos, & filios nu. 9.*

12 *In crimine læſæ maieſtatis punitur ſciens qui non reuelauit.*

Bar. in l. vtrum. ff. de parricid. an ſit uerũ.

13 *In crimine læſæ maieſtatis deficiẽtibus probationibus an quis cogatur ſubire duellũ.*

L. L. Vlpianus.

CVlpa caret qui ſcit, ſed prohibere non poteſt.

SVMPTA fuit ex ll. hic per glo. & Deci. alleg. Ex quorũ dictis apparet, tam de iure ciuili q̃ canonico hanc regulam procedere, immo & de iure diuino, vt infra dicetur. Quemadmodum accipi debeat verbũ
1 †ſcientia, ex fine iſtius regulæ ſatis patet, & clarius declaratur in l. in delictis. ff. de noxal. An cum cõſilio, vel ẽt ſi viderit tantum prohibere autem non potuerit. quid enim ſi contemnat ſeruus dominũ, vel cum trans flumẽ ſeruus ſit, videntẽ quidem, ſed inuito domino noxiam noceat? Rectius itaque dicitur, ſententiam eius accipiendã qui poteſt prohibere. poſſeq; illud quis non dicitur, quod eſt cõtra bonos mores. l. iii. §. idem cũ pollidius. ff. de vſur. aut quod cõmode facere nõ poteſt. l. nepos proculo ſupra titulo proximo. Quod ergo dicitur †te
2 neri quẽ futuro facinori obuiare, intelligitur quãdo poteſt ſecundum bonos mores, & ſine rubore, ac commode. Fely. in c. quãtę. col. i. de ſenten. excom. & in c. i. colũ. ii. de offi. deleg. Ad cõfirmationẽ pręſentis regulę facit alia. l. nullum crimen infra eodẽ. vbi videtur hęc repeti dum dicit, nullũ crimẽ patitur is, qui nõ prohibet, cũ prohibere non poſſit. Et ſi de ſuperfluitate opponeretur? Reſpõ. eum qui ſcit, ſed prohibere nõ põt culpa carere, ita procedit quod hic dicitur. ibi aliud determinatur, talem commiſſi criminis pœnã minime pati, ſiue non debere puniri, cũ culpa careat, vt hic dictũ fuit. facit tex. in c. cognoſcentes. de cõſtit. ibi, rẽ, quę culpa caret, in damnũ vocari nõ conuenit. A contrario aũt ſenſu in iſtis
3 regulis, aliud eſſe liquet †quando quis ſcit & nõ prohibet, cum põt intellige, & ratione officii tenetur: vt per Bal. & Flor. in l. ii. ff. de noxa. & Deci. ad ſi d. l. nullum. quod melius infra declarabimus. ſcrupulo enim ſocietatis occultæ non caret, qui cum poſſet manifeſto facinori obuiare, deſiit. xxiii. q. iii. c. non inferenda, & c. qui poteſt. & c. quantæ. ad fin. de ſentẽ. excommu. habens itaque in aliquem poteſtatem, ſi videat alteri eum vim inferre & non prohibeat, pro conſentiente & faciente reputatur, gloſ. in dicto cap. quantæ. valde ibi not. per Felyn. colum. i. & in cap. i. colum. ſecũda, de offic. dele. Ad ſingulare dictũ Bar. & Bald. & prius Cyn. in l. ii. ff. de noxal.
4 quod† ſi poteſtas vel officialis rixantes & ad arma ruentes videt, & familiam pro obuiando non mittat, deponi ob hanc cauſam licite non poteſt. niſi (ſecundum Fely. ibi) ad aliud faciendum familiam miſiſſet, aut familia potens non eſſet ad ſedandam talẽ rixam. Quę quidem declaratio optime probari videtur per iſtam regulam, culpa eum carere dicentem, qui ſcit & prohibere non poteſt. in caſibus enim a Felyn. conſideratis, licet officialis ſciret prohibere non poterat. Deci. hic licet de dictis Fely. non faciat mentionem, refert Bald. velle in d. l. ii. ꝙ non obuians maleficio vbi ad eum prohibere ſpectat, illud ipſum perpetrare videtur: quodque procurator dominum in pœnã incidere facit, quamuis ſpeciale mandatum non habeat, ſi dominus ſcit & patitur. Cõfirmatur prædicta concluſio, ꝙ ſciens & non prohibens teneatur quando poteſt & tenetur, ex his quæ theologi ſcribunt in
5 materia†reſtitutionis, quæ de neceſsitate ſalutis fieri debet, iuxta regulam, non remittitur peccatũ niſi reſtituatur male ablatum, ꝙ ad reſtitutionem talem obligeť mutus non obſtans, non manifeſtans, hoc eſt qui poteſt, & tenetur loqui, conſulendo, reprehendendo, pręcipiendo &c. talis enim quia cauſa eſt non directe ſeu poſitiue, ſed indirecte & priuatiue iniuſte acceptionis: ſicut incuria, ſeu ſomnus naucleri, cauſa eſt ſubuerſionis nauis: ideo ad reſtitutionẽ tenetur. Recte autem dicunt qui poteſt, & tenetur: quia potens ſi non teneatur, arguẽdus non eſt. patet in deo, qui cuilibet hominis peccato obuiare poteſt, ſed cum non teneatur, illi non imputatur aliquod noſtrum
6 peccatum. Et ne vacilles quærendo† quis eſt qui tenetur, ſcito dicunt illos ſolos eſſe, quibus ex officio præcipere, conſulereque incumbit. Et idem intelligunt in aliis duobus, non obſtans, non manifeſtans non obſtans, hoc eſt non præbens auxilium impeditiuum iniuſte actionis cum poteſt & tenetur, quia ſic eſſet indirecte cauſa priuatiua actionis inique. & propterea domini tẽporales, qui in terris eorum crebreſcentibus latrociniis non obſtant, damna paſsis ad reſtitutionem tenentur, quia poſſunt vt ex officio ad hoc tenentur, cum eſſe debeãt iuſti cuſtodes. Non manifeſtans, inuaſorẽ puta, vel tunc vel poſtea, ita ꝙ ſit cauſa iniuſte actionis vel detentionis. ideo teſtis quod poteſt non manifeſtans, quia ex officio eidem incumbit, ad reſtitutionẽ dam-

ni quod patitur proximus ob manifeſta-
tionem non factam tenetur. Et licet re-
gulariter verũ ſit, in prædictis caſibus, mu-
ti non obſtantis, & non manifeſtãtis, ꝙ il-
li ſoli, quibus loqui obſtare, aut manifeſta-
re ex officio incumbit, comprehendantur:
verũtamen quoque eſt etiam illos compre
hendi, qui ex occurrenti vrgentis neceſsita
tis articulo manifeſte tenentur, & poſſunt
7 abſque damno & periculo ſuo: † vt ſi quis
ſciat aliquẽ inuaſurum domum titij, raptu-
rũque ſeu fracturum, & niſi ſignificet ſeque
tur damnum, cum poſsit abſque periculo et
damno prouidere: ſi non facit, reus eſt fur-
ti: ſicut homicidij reus eſſet, ſi eo modo ſci-
ret homicidium futurum, prouidereq; poſ-
ſet & non faceret. Caieta. referens theolo-
gos in ſua ſummula in verbo reſtitutio. Et
8 propterea † ſi ſeruus dño ſciente & nõ pro-
hibente cum poſſet, hominem occiderit, te-
netur dominus quia ipſe occidiſſe videtur.
d.l.ij. de noxal. Quod pariter videtur proce
dere in ſeruitoribus & famulus quia factũ
ab illis domino ſciente & non prohibente
imputatur dño, ſecundũ Deci. in d.l. nullũ.
per deciſionem Bart. in l. de pupillo. in. §. ſi
quis ipſi prætori. in x.q. ff. de no. oper. nũ.
ſecus ſi inſcio dño vel prohibere nõ valẽte
delictũ cõmiſſum fuerit: tũc.n. ſecundũ cõ
munẽ & verã concluſionẽ de talibus fami-
liç & ſeruitorũ delictis nõ tenetur dñs: vt
per Cor. in cõſi.xl.lib.j. Fely. in c. Petrus.
de homici. vbi late hãc materiã tractat. fir-
mãs qđ extollit Deci. in d.l. nullũ. de nobi
li tenẽte ſeruitores malæ vocis, cõditionis
& famç, vt de illorũ delictis teneatur, nec
audiat ignorãtiã allegãs, cũ debuerit cõſi-
derare ea facile euenire poſſe, & per ſimiles
perſonas cõmitti. Dicunt ẽt Iaſo. & Mod.
Pap. in l.j.C. de ſer. fug. per deciſione Bart.
in l. ſi ſeruus ſeruum. in. §. proculus. ff. ad l.
aquil. ꝙ ſi famulus alicuius ignem mitteret
in domum conductam, dominus non tenere
tur niſi habuiſſet ſeruos noxios, ac male cõ
ditionis, quia tũc in culpa eſſet tenendo in
domo ſimiles perſonas, ꝓpterea obligaret̃.
per tex. in d. §. proculus. quod not. Are. ta-
men in c. conſtitutus. in viij. not. de teſti. te
net ſcientiam, & patientiã dñi nõ inducere
mandatum, licet delictum prohibere potue
rit: & ꝙ iſta non ſit ſufficiens probatio cõ
tra dominum ſi criminaliter agatur: vt ibi
per eum. communis tamen vt dixi eſt ad
9 oppoſitum. De delicto † autem commiſſo
a filio vidente patre & nõ prohibente nec
clamante contra filium, tenetur pater ipſe.
Curt. Senior pulchre. In conſi. xlj. ſup pro-
ceſſu. facit quod ſcribit Pau. de Caſt. in cõ-
ſi. ccccxxij. quia ſcio in nouis, de delicto ci
uium, quos communitas prohibere potuit,
vt pręſumptio ſit contra communitatem.

Præterea ad declarationem dictarum re-
gularum de duobus quæ per gloſ. tangunt̃
videndũ eſt. An de iure ciuili delicto tenea
tur quis obuiare & aliũ ſi põt defendere: et
ſimiliter quid de iure canonico cõis opin.
10 doc. eſt cũ gl. hic, ꝙ † nõ teneat̃ quis obuia
re delicto, & aliũ defendere ẽt clamãdo vel
reuelando. Deci. hic & in c.i. de offi. deleg.
& in l. vt vim. col. pe. ff. de iu. & iur. Fely.
in d.c. quantæ. & plenius in d. c. i. colũ. ij.
Aquẽ. in repe. d.l. vt vim char. vlti. ponũt
ibi Felyn & Aquen. regulã cum aliquibus
lim. quibus addi põt alia, qñ cõmode & ſi-
ne ſui periculo quis ſit & prohibere põt vt
ſi nõ fecerit teneatur. vt per Dec. hic. & in
d.l. vt vim. col. pe. & hæc concluſio cõiter
vr̃ iſto caſu per doct. approbata, vt patet
ex relatis per Dec. in pręditis locis. faciũt
quæ theologi ſuperius relati tradunt. ſi qs
tñ obuiare deſierit, cũ poſſet, in atrociori-
bus nõ puniret̃ pœna qua punitur faciens,
ſed mitiori & extraordinaria. ſecundũ Fe-
ly. in prædictis locis. Sed in ſecreto iuris
excluſio, vbiq; per Deci. approbata, ꝙ de
iure ciuili teneat̃ quiſpiã de delicto, cui cũ
poſſet non obuiauit, per regulas prædictas
verior videtur: ſumpto arg. a contrario ſen
ſu: iũctiſque prædictis, quod vbi commo-
de & ſine periculo obuiare quis poteſt, ad
id ſecundum communiter ſcribentes obli-
getur. nec alius eſt iſtarum regularum con-
trarius ſenſus ſi ponderes vim verbi, poſ-
ſe, iuxta ſuperius relata, ſed quicquid ſit at-
tentis lim. per Felyn. & Aquen. præalleg.
ad concluſionem aſsignatis quibus caſus
importantes includuntur, non eſt in his fa-
cienda magna vis.
11 De iure vero canonico † tenetur quis de-
licto obuiare: vt hic per glo. & Deci. iuri-
bus per eos allegat. & per Felyn. prius in
d. cap. quantç. & in dicto cap. i. colum. i. de
offic. deleg. vbi plus dicit, ꝙ de iure canoni
co tenetur quis obuiare prçiudicio proxi-
mi, ipſo proximo etiam inuito a quo poteſt
repetere expoſita. exempli gratia, expen-
ſas in infirmitate alicuius factas: iuxta
gloſ. lxxxiij. diſtinctio. in ſumma. declaran
do tamen. vt plene per Felyn. in locis præ-
alleg. vbi ẽt vult in dubio potius negligẽ-
12 tiam ꝙ dolũ præſumi. Quid autem † de
ſciente & non reuelante tractatum aut per-

ditionem contra principem ſeu patriam an indiſtinčte teneatur? Bart. in l.vtrum.ff.de parricid.tenuit ꝙ ſic;& multi ſecuti ſunt: vt per Firm.in ſuo repertorio in verbo ſcire.nu.14. Bald. alijq; complures dixere animam Bar.propter illud dictum in inferno cruciari, neque talem ſcientiam puniri debere niſi ſciens probationem delicti habuiſſet. Et iſta opi.contra Bar.communior veriorq; videtur;vt hic per Deci.& Fely. in locis præalleg. Aquē.in rep.d.l.vt vim ſol.vlt.& in l.qui accuſare.in princi.C. de eden.vbi pro hac ſententia adducit tex. in clem.ij.cum glo.in verbo valeat.de hæret. & per Car. Alex.in c. ſi quis papa. lxxix. diſt. Hippol.de Marſil.in not.clxiiij. Moder.Mediol.in l.iiij.in.§.cato.in iiij. not.ff. de verbo.obli.& Ripam in tract. de peſte. fol.xcij.in vlt.col.xj.q̄onis. Ego autem fœdere diſtinctionis has concordarem opi. vt communis procedat in via ac per modū accuſationis, quam non tenetur inſtituere etiam in crimine læſæ maieſtatis ille q probare non poteſt: ſecus autem ſit per viam ſimplicis admonitionis prīcipi vel reipub. præbendæ:ita etiam ſentire videtur Alcia. loco præalleg. Et licet doct.generaliter cō tra Bar.dicant, ꝙ talis cōſcius reuelare nō tenetur, æqua tamen videtur prædicta diſtinctio.pro qua etiam facit, quia ĩ foro cō ſcientiæ ille qui poteſt obuiare delicto, ꝓximum præmonendo vt caueat, ſi non facit,peccat & tenetur in foro conſcientię & animę. Abb.in c.j.col.fi.de reſt. ſpol. & ſi neceſſariam diceremus copiam probādi re uelationi prædictæ, nunquam locus eſſet, cū ſecrete tractentur & ordinentur ſimilia. Amico ſemper conſulerem ne ſe in periculū conijceret, verū principi vel reipu.ſcientiam eius detegeret atq; nudaret non accuſando quempiam, ſed ſecrete admonendo vt a tali inconuenienti cauerent reuelando quicquid ſciret de tali re,quod ſi facere nō poſſet, excuſaretur, per hanc regulam cum alijs præalleg.& tradita per Curt.in tract. feud.fol.xxxvij.in xxvj. cauſa priuationis feud. Non omitto multos (quemadmodum de amiclis dicitur perijſſe tacēdo) etiā illuſtres & famigeratos viros temporibus noſtris,qui principibus et dominis ſuis tractatus contra eos factos non reuelarunt, quorum nomina & cognomina ſi vellē dicere poſſem. Ex prædictis etiam apparet,
11 ꝙ † in crimine læſæ maieſtatis deficiētibus probationibus non cogitur quis ſubire duellum,alias teneretur accuſare reum offerendo ſe probaturum in duello. De qua quidem materia duelli aliqua dicentur in l. fauorabiliores infra eo.

SVMMARIVM.

1 *Defendere quis non dicitur, ſi defenſio non duret.*

2 *Momentanea in conſideratione legis non ſunt.*

3 *Matrimonium contractū in articulo mortis valet.*

4 *Verbum, reſtituere, hic quomodo intelligatur. & nu. 5.*

6 *Verbum, capere, & accipere, quomodo accipiantur.*

L. LI. Caius.

NOn videtur quiſquam id capere, quod ei neceſſe eſt alii reſtituere.

CONCORDANT iura alleg.per gl.& Deci.hic.facit.l.cum dotem.ff.ad legē fal. & multa quæ allegaui in l.non videtur cœpiſſe,quæ eſt xiij.ſupra eod. Probari etiam aliter poteſt quod hic dicitur, quia vt clari iuris eſt, verba cum effectu intelligenda ſunt. ſed quod alij reſtituendum venit parum vtilitatis affert, nec † dicitur quis de-
1 fendere,ſi defenſio non duret.l.ij.ad fin.ff. ex quibus cau. in poſ.ea. ideo nimirum ſi tale quid capi non videtur. ponderaq; verbum,videtur,in regula poſitū,quod fictionem denotat: quaſi dicat capit quidem conſiderato facto,ſed attento effectu reſtitutionis alteri faciendę fingitur non capere,hic præſentis regulę verus ſenſus eſt. Sicq;
2 etiam patet, † momentaneā acquiſitionem in conſideratione legis non eſſe, ad idem l. fin.in fi.C.de bon.quæ libe.& ff. de ſolut. l.qui ſic. De qua materia an & quando,ea, quæ momento durant,in cōſideratione habeantur. vide Bald.in l. cum quæſtio.in fi. C.de lega. Roma.in cōſi.cclvj.& ccxcix. Barba.conſi.xii.nume.25.lib.j. Are.cōſi.l. col.iii.& lxiiii.col.iiii.in fi.& colum.fina. Alex.conſi.xliii.colum.fin.lib.iiii. & in l. ſingularia.colum.fin.ff.ſi cer.peta. Socin. conſi.liii. col. fi. volu.iiii. Rimin.in l. traditionibus.colum.j. C.de pac. Iaco.in tract. feu.in verbo, & fœminis colum.ij. Iaſon, in l.

in l.non tantum,C.de leg. Deci.in l.cum prætor,per illum tex.infra eo. & in l.ſi tibi pecuniam.circa fi.ff.ſi cer.peta.Curt.in tracta.feu.fol.xliij.verſi.ſed circa præmiſſa. & in tertia parte.fol.iij verſicu.xxvij. quæro.cum verſi.ſeq.Deci.in c.in præſentia.col.xxxvj.verſi. iſta tñ concluſio . de proba.Aquen.in tit.qui feu.da.poſ fol.x.
3 ad fi.vbi ponunt,de † matrimonio duraturo temporis momẽto,per exiſtẽtem in articulo mortis,puta contracto,an ſubſiſtat?

Et quemadmodum ex prædictis patet, & hic declarat Deci.licet de præalleg. nõ
4 faciat verbum,regula iſta † intelligitur qñ illico & incõtinenti quis alij reſtituere tenetur:ſecus ſi ex interuallo ita ꝙ medio tẽpore vtilitatem cõſequatur,quia medij tẽporis cõſideratur interuſurium.l.ſulpitius. ff.de donat.inter vir.& vxo.cum alijs hic per Deci.alleg.& in d.l.ſi tibi.
5 Rurſus intellige † & declara, vt per gl. in l.dolo facit.ff.de excep.doli.& per Iaſ. in l.ſi donaturus.in.§.ſi quis indebitam.in iij.& iiij.not.ff.de condi.ob cau.& ſubtiliter per Are.in l.cum filio.col.vj.& vij. ff.de leg.j.& Soci.in l.rem quę nobis.col. antepe.de acquiren. poſſ.faciunt quæ Deci.ſcribit in conſi.ccccxxiiij. Et differunt
6 † capere,& accipere.l.aliud eſt capere.ſupra tit.j.& declarat hic Deci.quem ſequitur Alcia.in d.l.aliud.ſed utplurimum iſta cõfunduntur,tam in iure,ꝙ̃ penes poetas, & oratores.Et niſi iuriſconſultus eam differentiam ibi conſtituiſſet, vix audiretur qui id dicere vellet.

SVMMARIVM.

1 *Defendere quis non dicitur tribus modis.*

2 *Interrogatorijs per iudicem factis recuſans reſpondere, poteſt puniri.*

3 *Verbum defenſio, quomodo intelligitur tam in contractibus,quam in principe et nume.4.& 8.*

5 *Armorum vſus priuatis eſt interdictus.*

6 *Promittens defendere caſtrum,intelligitur vbi vis iniuſta infertur.*

7 *Defenſio cum moderamine, & factum ad defenſionem,quando dicatur.*

8 *Defendere me promittens, curare debet ne me offendat.*

L. LII. Vlpianus.

NON videtur defendere non tantum qui latitat:ſed & is qui pręſens negat ſe defendere: aut non vult ſuſcipere actiones.

Svmpta fuit ex.ll.per gl.alleg.Edictum vero prætoris poſitum in l.ij.quibus ex cau.in poſſ.ea.vnde extrahitur hæc regula,optime interprætatur Cic.in commẽtarijs cauſarum in xij.oratione pro Publ.
1 Quintio. No.duobus † modis dici quem nõ defendere.Primo quando latitat:vt hic per Deci.declarantem quid ſit latitare: materia trita eſt. Et pondera ꝙ hic verbum, videtur,refert veritatem cum pro veritate nõ defendat qui latitat.Secũdo modo dicitur non defendere, qui actiones & defenſionem ſuſcipere recuſat,pariter præſens,ꝙ reſpondere nõ vult,dicitur prætorem contẽnere & contumax eſſe.l.de ætate.§.qui tacuit.cum not.ff.de interrog.actio. & xj. q.iij.c.certum. ſecundum Deci.hic. quod
2 nota † contra recuſantes interrogatorijs ſibi per iudicem in criminali cauſa factis reſpondere,vt iudicem contẽnere dicat:& ideo puniri poſſit,& cogi reſpõdere. facit l.vnica.cum ibi dictis per me ſupra ſi quis ius dicen.non obtemp.Tertio non dicitur defendere , qui in ſuſcepta defenſione non perſeuerat.d.l.ij.ad fi.& no.etiam hic Deci.nec mirum,quia nihil actum eſſe dicitur, cum aliquid ſupereſt agẽdum.l.pe.in fi.C. ad ſilla.nõ enim qui inceperit,ſed qui vſq; in fine perſeuerauit. (vt in Euãgelio dici-
3 tur)ſaluus erit. Et eſt † defenſio, vt hic ſubiungit Deci.generale verbum vtranq; defenſionem iuris & facti comprehendẽs. ideo promittẽs aliquem defendere, vtrãq; defenſionem promiſiſſe cenſetur , ac ſi expreſſe dixiſſet de iure & de facto:quod intelligitur,vt ea quæ ſunt facti in iudicio faciat,vt comparere,teſtes producere,expẽſas ſoluere,& alia in facto conſiſtentia: nõ autem intelligitur ꝙ armata manu defendat.præterquam in principe quempiã ſub defenſione ſua recipientem:vt hic per Deci.& prius per Iaſon.in l.ſtipulatio iſta.in prin.in vlti.col.ff.de verb.obli.& hanc lõgam eſſe quæſtionem dicit Fely.in c.ego. col.iij.de iureiur.& in c.olim,colum.fi.de

accuſa. & ego latius poſui in prohe. ff. forū. in princ. Communis eſt, vt ibi dixi, & ex
4 prædictis liquet, ꝙ † promittens defendere de iure et de facto in materia cōtractuū, nō teneatur cum armis defendere, ſed tantum ea quæ facti ſunt in iudicio facere. natura enim iudicialis defenſionis talis eſt ēt in principio: vt per Iaſ. & alios præalleg. Extra vero materiam cōtractuum, in principe ſub ꝓtectione & defenſione ſua quēpiam recipiente, venit defenſio cū armis, ſecus in priuata perſona: vt per ſcribentes in d. l. ſtipulatio iſta, & in alijs locis prædi
5 ctis. Quæ opi. confirmari poteſt, quia † armorum vſus priuato legitur interdictus. l. vnica. C. vt arm. vſus. lib. xj. vnde cū hoc in eius poteſtate nō ſit, non debet promiſſum cenſeri, per ea quæ diximus ſupra in l. alterius circūuētio. in fi. Et in hac ditione Sabaudiæ puniuntur priuati quempiam ſub protectione & ſalua guardia recipientes, & ſimiliter ſe ſubmittentes: vt in tertio libro ducalium decretorum ſub rub. de
6 guadijs & prohibitione. & † promittens caſtrum alicuius defendere, intelligitur qñ vis iniuſte fit, ſecundum Alex. vt hic Deci. refert. Hinc etiam dicit Imol. in l. quidā cum filium. col. vj. de verbo. oblig. ꝙ ſi is, cui talis legitur facta promiſsio, delictum committit, propter quod contra eum dirigitur exercitus, ad defenſionem non tenetur. plura cumulaui in loco præallega. vbi poſui etiam de eccleſia, quę pro aliquo defenſionem promiſit, ꝙ cum armis defendere non debet neq; tenetur. Quæ vero di
7 catur † defenſio cum moderamine: vide per Bald. in l. j. col. xvij. C. de confeſſ. Abba. in c. j. colum. vj. de reſtitu. ſpol. omnes Moder. in l. vt vim. ff. de iuſtit. & iure. Et quando dicatur factum ad d f. nſionem, & magis ad defenſionem ꝙ̄ ad vindictā. tradit Deci. ī cōſ. cccclix. dciij. & dclxxviij.
8 Ille aūt † qui me defendere promiſit, ne me offendat curare debet. tex. eſt not. in l. altius. ff. ſi ſer. vendi. & in l. frater a fratre. ff. de condi. indeb. vbi Alex. & alij notant ponentes, an contra ſe ipſum & deſcendentes ſuos talis eo caſu teneatur: de quo etiā per Felyn. in d. c. olim. col. iij. plura alia in materia defenſionis, ponit remiſsiue Firm. in reperto. in verbo defendere, & in verbo defenſio.

S V M M A R I V M.

1 *Soluens ſciēter indebitum, cēſetur donare.*

L. LIII. Paulus.

CVIVS per errorem dati repetitio eſt: eius conſulto dati donatio eſt.

Svmpta eſt ex l. j. ff. de condi. indeb. diffuſamq; & difficilem materiam cōditionem indebiti cōtinet: quam ordinarie examinant ſcribentes in l. cum quis. C. de iur. & fac. igno. in l. indebitum. C. condi. indeb. & in l. j. ſupra eo. ti. de conditio. indeb. vbi Iaſ. poſuit omnia quæ hic ſcripſit Deci. & plura alia, ideo ibi videndum. Satis igitur erit præſentem regulā
1 intelligere, ꝙ † ſi conſulto & ſcienter indebitum ſoluerit, cenſetur donare: ideo repetere nō poteſt, cum in re ſua quilibet ſit moderator & arbiter vulg. l. in re. C. man. Et quod ſemel placuit, amplius diſplicere non debet. c. quod ſemel. de reg. iur. in vj. nec donatio ſemel facta, reuocari poteſt, niſi ex certis cauſis: vt in tit. C. de reuoc. dona. propterea nimirum ſi taliter donatū repeti non poteſt, nec reuocari.

S V M M A R I V M.

1 *In conceſsione caſtri cum iuribus ad eum ſpectantibus, veniunt molendina in aquis caſtri exiſtentia ſi ſunt concedentis.*
2 *Hæc regula quando non procedat.*
3 *Verbum conferre, & transferre, quid ſignificent.*
4 *Dare quem non poſſe quòd non habet, quomodo intelligatur.*
5 *Baptiſmus poteſt conferri a pagano, qui illum non habet.*

L. LIIII. Vlpianus.

NEMO plus iuris ad aliū transferre poteſt, quàm ipſe habet.

Svmpta fuit ex l. traditio. ff. de acqui. rer. domi. & eſt principij illius l. ſummarium, quę fuit creatura Vlpiani, ſicut & materia. Ponitur etiam hæc regula in vj. decret. & habet plures concordantes: notandumq; eſt ſummarium Bar. facere ſumptū ex l. ſi vniuerſę. C. de lega. Dum ſummat, mal da chi non ha, hoc dicit (ait) la

1 cãpana di ſan Piero. Et ſi princeps † concedat mihi caſtrum cum omnibus iuribus & pertinentijs ad ipſum caſtrum ſpectantibus, veniunt molendina in aquis caſtris exiſtentia, modo ſint concedentis: ſecus ſi eſſent priuatarum perſonarum, quia conceſſa tunc non cenſerentur: ſecundum Bal. & Alua. in ti. de capi. qui curiam ven. per §. primum. l. publius. ff. de condi. & demõſtra. Et in generali conceſsione lucratiuo titulo facta, non venit niſi ius quod concedens habet, per regulam noſtram, dicit ibidem Bal. & ſequitur ſimpliciter Iacob. in tract. feu. in ver. de caſtro. ad fi. j. col.

2 Haec regula † patitur multas limita. de quibus in gl. & melius in d. c. nemo. in vj. Bal. & Ang. Are. pro declaratione praeſentis regulę differentiam faciebant inter † cõferre, & transferre. vt poſsit aliquando quis dare conferreq; quod non habet, vt in epiſcopo beneficia cõferente, quorum nec dominium nec poſſeſsionem habet, ſed ſufficit ꝙ conferendi ius habeat, transferre vero non poſsit. Deci. hic reprobat per text. in §. j. inſti. quib. alie. licet. vbi creditor dominium pignoris in alium trãsfert, quamuis penes eum nõ eſſet ob voluntatem debitoris, ita ꝙ dominium a domino transferri videtur. In iudice vero & epiſcopo, qui concedunt quod nõ habent, accidit hoc ratione officij, & quia iuris fictione habere videtur. & ſufficit ꝙ vere vel interpretatiue quis habeat ſaltem in potẽtia ſi nõ in actu, patet in canonicis qui epiſcopum eligunt, & in cardinalibus ſummum pontificem eligentibus. Differẽtia Bal. de verbo

4 transferre, poſſet procedere † habita conſideratione ad perſonam volentis transferre, quia ſi penes ſe nõ ſit, a ſe ad aliũ transferre non poteſt. dicitur enim translatio de perſona ad perſonam, vel de loco ad locũ. c. j. & per totum tit. de transla. epiſ. ſed cõſiderata perſona alterius tertij, poteſt quis ad alium transferre quod non habet ab illo, videlicet tertio ad alium cui concedit, aut dat, Hinc dicit Iaſ. in l. j. in. §. ĩ operis. in fi. ff. de no. opẽ. nunc. ꝙ regula, quae habet, neminem poſſe mutuo dare quod non habet, procedere quando nec actu nec habitu nec potẽtia rem quis habet, ſed ſi vno ex praedictis modis res haberetur, transferri poſſet, Abb. poſt Pau. de Bleaza. in c. cura. de iure patr. ea propter cũ dominus potentiam habeat, vt in re ſua ſeruitutem imponi, pati, poſsit, nunciando verbo nouum opus, transfert in aduerſarium quaſi poſ. ſecundum Bar. & Iaſ. in loco pręallega. Et philoſophice loquẽdo dicit Bal. in l. ſi quã illuſtris. ad fi. C. ad orfi. cum tibi do libertatem, formo te in libertate, quia intellectuales formae imprimuntur, nec tamen de ſubiecto informante diminuitur aliquid, vt quando imperator dat legitimitatem, & ſicut i naturalibus videmus, ꝙ ſol format in materia colores quos non habet. & hoc neſciuerunt gl. noſtrae declarare dicit Bal.

Poſtremo ad declarationem iſtius regulae, vide gl. not. in c. romanus Pontifex. de

5 conſe. diſt. iiij. vbi † a pagano, qui ſine baptiſmate eſt, baptiſmus conferri poteſt. reſpon. glo. lege permittente, & iuris auctoritate poſſe quem dare & transferre quod non habet. quam glo. reputat not. Barb. in c. quanto. col. pe. & fi. de conſuet.

SVMMARIVM.

1 *Iuris executio non habet iniuriam.*

2 *Animus nocendi tertio quando arguatur.*

3 *In ſuo quis aedificare poteſt, & tollere aedificia vſque ad coelum.*

L. altius. C. de ſeruit. & acqua. declaratur, & ornatur.

L. proculus. ff. de dam. infect. quomodo intelligatur.

4 *Caminum aedificari in domo non poteſt; quando fumus nocet vicino, niſi conſtituta ſit ſeruitus nu. 6.*

5 *Neceſſarij fornix exiſtens in area vicini, debet refici per vicinum.*

L. LV. Caius.

NVLLVS videtur dolo facere, qui ſuo iure vtitur.

MELIVS ꝙ per gl. exemplificari poteſt in. ll. hic per Deci. allega. & prius per glo. in l. ſi donaturus. in. §. ſi quis indebitũ. ff. de condi. ob cau. ex quibus ſumpta eſt regula iſta. Et dicit tex. not. in l. j. in. §. deniq;. ff. de aqua plu. arcẽ. ꝙ qui in agro ſuo fodiens fontem vicini auertit, de dolo non tenetur ſi non animo nocendi vicino, ſed agrum ſuum meliorem faciendi id egit. bene que hic dicit iuriſconſultus non videri ſic agentem dolo facere: quaſi dicat in dubio, & iuris praeſumptione nullus videtur id dolo facere. Hinc etiam dicitur in

.§.j.l. iniuriarum.ff.de iniur. iure publico vtentem,non videri id facere iniuriæ infe-
1 rendæ cauſa,† quia iuris executio non habet iniuriam.& generaliter vt dicitur in l. iij.ff.de libe.homi.exh.qui aliquid faciendi iuſtam cauſam habet, non videtur dolo
2 malo facere.niſi enim † ex magna,& euidenti caliditate nõ datur actio de dolo,qui non præſumitur niſi probetur.l.i.ad fin.ff. de dolo.l.quotiens.§.qui dolo.ff.de probatio.ſecus ergo qñ manifeſte,ſeu per coniecturas appareret,ꝙ animo nocẽdi id principaliter fit vt ex prædictis patet: de quo per Roma.in conſi.liiii.& lxviii.Fely.& alios in c.ſin autem.de reſcri.Parpal.in repeti.l.ſi quis maior.in vi.q.colum.fi.C.de tranſa.& Deci.in conſi.ccxlv.colum.pen.

3 Qua ratione † poteſt in ſuo quis ædificare,& ad cœlum vſq; altius ædificium ſuũ tollere,etiam ꝙ vicini lumina obſcurẽtur. l.proculus.ff.de dam.infe.l.altius. vbi omnes not.C.de ſer.& aqu.niſi animo nocẽdi vicino principaliter faceret: vt per Deciũ hic.& in l.domũ. ad fi.infra eo.Vbi limit. aliam ponit,niſi in ſuo ędificans aliquid in alienam immittat,per tex.not.in l.ſicut.in .§.ariſto.ff.ſi ſer.ven.de qua materia plura ſcribit Alex.in conſi.clxxiiii.libr.ii.& in conſi.lv.col.ii.vol.iiii.& conſi.ix.libr. vi.Iaſo.conſi.xcviii.lib.i.& conſi.cl. lib. ii.Deci.conſi.cci.Curt.iun.conſi.lxxx.Iaſo.in l.quo minus.col.v.ff.de flu.& Hipp. de Marſi.in ſuo not.cliiii.Eſtq; valde no. tex.in d.l.proculus.ad quæſtiones in dies occurrentes, ꝙ ſi in vicino agro tuo foſſa vel cuniculo aquam meam euoces mihiq; abducas, te nõ teneri etiam ꝙ de dãno infecto promiſeris: limitando tamen,vt per Pau.de Caſt.in conſi.v.col.fi.in antiquis.

4 Ex prædictis colligitur,†non licere in domo propria caminum ædificare ſeu fornellum,ex quo poſſit procedere fumus vicino nociuus,quia immitteret in alienum, quod prohibitum eſt.d.§.ariſto.vt per Cępo.de ſer.vrb.præd.in c.de fornace,de neceſſariis,de balneo,& de fumo. & in quibuſdam apoſt. hic ad Deci.comperio. Et dum in his locis dicitur,illicitum eſſe aliqd per quod in domum vicini fetor exeat in ſuo facere,dicebatur præteritis diebus per plures doct.in quadam cauſa diu ventila-
5 ta,ꝙ † habens in muro communi neceſſarium, cuius feces virtute conuẽtionis antiquæ deſcendebant in aream vicini, vbi fornix ſeu truina facta fuerat ne feces exirent, apparerent-ve, aut fetor proueniret, quę fornix inde corruerat,ita ꝙ vicino nocebat fetor,reficere fornicem tenebatur & reparare ne malus odor vicino obeſſet.Ego fui contrariæ opinionis,quia conuentus ad vſum deſtinatũ re vſus erat, & penitus carebat culpa: Et ſupra allegata procedunt, vbi quis in ſuo faceret omni obligatione & ſeruitute circũſcripta.nam iſto caſu non poteſt facere ſi malum odorem in alienum immittat:ſecus vbi ædificaſſet quis ĩ ſuo, vt in quæſtione prædicta, & alter ſe obligaſſet in ſolo ſuo ad feces & materiam recipiendum, quia ſibi prouideat ſi vult ne ei noceat fetor:alias habet quid ſibi imputet,idq; cõſiderare debebat a principio & tempore cõſtitutę ſeruitutis recipiendi in aream ſuam prædicti neceſſarii feces.talis enim materia mihi ſecum non affert odorem:ideo ſibi imputet ſi nõ vult prouidere.arg.l.ſi vt certo in.§.ſed interdum.& l. ſi.ff.commo.& videtur caſus in præall.§. ariſto.l.ſicut.ff.ſi ſer.vend.dum tex. dicit, non licere ex inferiori parte in ſuperiorem fumum immittere,niſi eius rei talem ſeruitutem admittat,quando ergo eſt conſtituta ſeruitus, licet odorem etiam malum in alienum immittere,quamuis id obſit vicino:& ita per Mag.conſilium Ciſmon.principis noſtri iudicatum fuit. Et ad declarationem d.§.ariſto. vide Socin.in conſilio cxxxix.lib.i.

SVMMARIVM.

1 *Dubium quotuplex ſit.*
2 *Benigniora ſequi in dubijs, an ſit pars iuſtitiæ.*
3 *Hæc regula quando procedat.& nu.5.*
4 *Clericus amplexans mulierem quomodo contra eum præſumatur.*
6 *Dubia res quæ ſit,quomodo efficiatur, & an ſola negatio rem dubiam faciat.*
7 *Quæſtio in ambiguis an dirimenda ſit ſorte, vel gratifie.locus ſit.*

L. LVI. Caius.

SEMPER in dubiis benigniora pręferenda ſunt.

1 Dvbivm † quoddam eſt probabile, aliud eſt ſcrupuloſum,hic de probabili loquitur, cum ſcilicet ad vtranq; partem

rationes ſunt quaſi æquales : cui dubio ſe exponere graue eſt peccatum, vbi eſt mortale.ſecundum Archidi.Florenti.in prima parte ſummę ſuper regula in dubiis. Scrupuloſum, dicit, eſt vbi ex leui ſuſpicione timet quis in aliquo actu peccatum eſſe, vbi non eſt:& iſtud deponēdum eſſe, ait. bonarum tamen mentium eſt ibi culpam agnoſcere, vbi culpa nō eſt, id eſt timere, non tamen aſſerere.c.ad eius.v.diſt.clem. exiui. ad fi.primæ col.de verb.ſig.

Gloſ.& Deci. hic concordantes citant. & eſt not.tex.in c.eſtote miſericordes. de regul.iur.in antiquis.vbi glo.adduxit omnia, quæ ea tacita tranſcribit hic Deci. Accedat etiam Aug.in lib. de cōcor.euangeliſtarum exponens illud Matthæi. nolite iudicare,& nō iudicabimini:hoc,inquit,loco nihil aliud præcipi exiſtimo, niſi vt ea facta quæ dubium eſt quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur. de factis enim mediis quæ poſſunt bono & malo animo fieri, temerarium eſt iudicare, maxime vt condemnemus.ſequitur Ioan.Picus in Apologia ad fin.i.q intelligens pariter dictum Augu. de his quæ dicuntur, & ita ſpeculatiuis id applicās cōcludit, ꝙ in his dictis quæ poſſunt bonum & malum ſenſum habere, temerarium ſit iudicare, maxime condemnando. Et ad prędictorū declarationem quædam elegāter ſcribit Robertus de litio in quodā ſermone.xlix. Signariq; debet tex.l.proxime.ff.de his quæ in teſt.delē.per dictam gl.allegatus:in re, inquit, dubia benigniorem interpretationē ſequi nō minus iuſtius, ꝙ̃ tutius eſt.ad idē.§.fi.l.ea quæ in partes.infra eo.ideo in dubiis melius eſt de miſericordia reprehēdi, ꝙ̃ de ſeueritate.c.alligant.xxvi.q.vlt.benignitas igitur commēdetur.vide tex.not.

2 in l.ſi bene.ff.de vſur. Et an ſit † iuſtitiæ pars, ponit Thom.ſecunda ſecundæ. quæſtio.lxxx.articulo primo.faciūt quæ ſcripſi in Epiſtola de vita & regimine boni principis, ſub cap.de benignitate & humanitate principis. Et licet text. hic dicat,

3 ſemper† in dubiis, tamē a proprietate verborum nō eſſet recedendum ſecūdum Deci.plura allegaui in l.ſemper in obſcuris.et in l.ſemper in ſtipulationibus.ſupra eo. ii. vbi multas alias coiecturas poſui ad quas recurrendum eſt antequam ad hanc regulam:vt in d.l.ſemper in obſcuris diximus. Et bene iuriſcōſul.hic dicit in dubiis:alias

4 ſecus eſt. Hinc eſt,ꝙ licet † clericus mulierem amplexans cauſa benedicēdi id facere præſumatur, hoc intelligitur quando pro ſiniſtra parte vehemētior non eſt præſumptio, quæ ex conſuetudine & qualitate perſonarum colligi poteſt: tunc enim in deteriorem partem faceremus interpretationem.Abb.in d.c.eſtote. per c.ii.diſtin. xiiii. In meliorem vero partē quid accipi,pōt multipliciter intelligi: vt ibi decla-

5 rat Abb.dicēs inter cætera, regulam† iſtā non procederet in cōcernentibus periculum animarum, quia debet tūc interpretatio fieri in meliorē.i.in ſecuriorē partem. illa enim melior eſt. glo.c.vnici.de ſeruti. Fel.plene in c.auditis.col.antepe.de p̃ſcr. Hipp.de Marſi.in no.ſuo cli.& ccxviii.

6 Poſtremo†quia de dubiis hic tractatur vidēdum eſſet, quæ res dicatur dubia: quō efficiatur dubia : an & in quo differat ab ambiguo,& obſcuro. de vltimis dixi in l. ſemper in obſcuris.ſupra eo.Quando autē res dubia dicat,& an ſola negatio rem dubiam faciat.tradit Iaſ.in l.i.ff.de trāſa.Soci.in rub.ff.de reb.dub.& Fely.in c.ſi clericus laicum.de foro compe.& in c.iii.de teſti.cog.Diuturna vero cōſultatio & magna cōſilia requiruntur in dubiis, ſecūdum

7 Phil.Ethic.iii. Vtrū † autem in ambiguis quæſtio dirimenda ſit forte , vel gratificationi locus ſit:Et partibus concordare nolentibus,an & quomodo ſe intromittat iudex.vide Ripam i l.quominus. colum.xi. cum ſeq.ff.de flumi.

SVMMARIVM.

1 *Aequitas non patitur quòd eſt exactum iterum exigi.* Amplia nume.6.7.& 8. *& intellige nu.*10.

2 *Bona fides quæ dicatur.*

3 *Executio ſententiæ ſemper per exceptionē ſolutionis impeditur.*

4 *Duas gabellas,nec duplicem collectā, quis non tenetur ſoluere.*

5 *Eccleſia,quæ a poſſeſſore exigit ſuum , an poßit etiam a prælato exigi.*

8 *Verbum exigere quomodo intelligatur.*

9 *Prohibitum exigi , recipi , vel dari , an a ſponte ſoluentibus capere liceat.*

L. LVII. Caius.

BONA FIDES non patitur. vt bis idem exigatur.

DESVMPTA fuit ex l.ſtichum.§.
dolo.ff.de ſolu.& ex.§.cōdemnato.vbi gl.
no.l.iij.ff.de tab.exhi. Facit l.bona fides.
ff.depoſi.bona fides,inquit iuriſconſultus,
quæ exigitur in cōtractibus,ſummam deſi
1 derat æquitatē † quæ quidem æquitas nō
patitur quod eſt exactum iterum exigi,qa
exactione debiti ſemel facta,ſolutione eius
quod debebatur ſublata eſt omnis obliga-
tio.inſti.quibus mod.tol.oblig.in princi.
vnde exactio ſemel facta,cōtra ius et ęqui
tatem rurſus iterabitur: & recte hic dici-
tur bonam fidem id non pati. Et archiepi-
ſcopus Florē.in prima parte ſummæ ſuper
2 c.bona † fides.exponit, id eſt conſcientia,
& æquitas bona,contra quod facere vſu-
rarios dicit, qui cum receperint capitale
ſuum,illud iterum exigūt dum vſuram pe-
tunt,quod eſt quaſi capitale aliud. Poni-
tur præſens regula etiam in c. bona fides.
de reg.iur.in vj.vbi gl.& doct. de quibus
Deci.hic mētionem non feciſſe miror.Fa-
cit quia licet plures rei debendi ſint inſo-
lidum obligati, vno tamē ſoluente omnes
liberantur.l.iij.§.ſi.ff.de duo.reis.cum ſo-
lutione eius quod debetur omnis tollatur
3 obligatio.Pariformiter cōtra † executio-
nem ſentētię vel inſtrumenti ex forma ali
cuius ſtatuti habentis executionem para-
tam, exceptio ſolutionis ſemper opponi
poteſt,ſecundum ſentētiam a doct. commu
niter receptam,quia bona fides nō patitur
bis idem exigi.Deci.hic & in c.ex parte.
el ij.col.ſi.de off.deleg.& in cōſi.cxix.co
lum.j.et in l.non eſt nouū.ad ſi.C.de eden.
vbi no.ponit de excep.ſolutionis,quę mul
tum fauorabilis eſt,ne bis idem ſoluere q̄s
cogatur.ad idem vide Pau.de Ca.in l.j.co
lum.iij.C.de iur.& fact.igno. Alex.conſi.
lxxxv.& cxiij.col.ij.lib.v.& conſi.xx.
4 lib.vj. Hinc etiam eſt,†ꝙ duas gabellas
de eodem cōtractu non tenetur quis ſolue
re.Bal.in.§.ꝙ ſi nemo.colum.iiij.l.j.ſupra
quod cuiuſq; vni.no.Nec duplicem colle-
ctam pro eiſdem bonis poteſt cōmunitas,
etiam a diuerſis,exigere. Bar.in l.j.col.v.
C.de mulie.& in quo loco lib.x.& Deci.ī
conſil.cclxxxv.col.ij. Facit etiam hæc
5 regula ad quæſtionem,an † ſi eccleſia ſuū
a poſſeſſore fuerit conſecuta, idem poſſit
etiam a prælato conſequi: & an res cum
pœna ſimul peti poſſit,de quibus per glo.
& ſcribentes in d.c.bona fides.
6 Proceditq; iſta regula†prohibitum eſſe
bis idem exigi, non ſolum ab eodem, ſed
etiam ab eo qui cauſam habet ab exacto,
vel cōtra exactum habiturus eſſet regreſ-
ſum.l.emptor.C.de euict.l.fina.in fi.C.de
vſur.rei iudi.ſecūdum glo.hic Dy.& Phi.
Fran.in d.c.bona fides.nec mirum quia in
effectu ab eodem bis idem exigeretur.
7 Rurſus hæc regula † ſibi locum vendi
cat etiam in pœnis: vt ſemel exactæ, iterū
non exigātur.l.omnes.C.de pœ.glo.& do
cto.in d.c.bona fides.& in obligationibus
ex maleficio, vel quaſi, quia de eiuſdem
hominis facto ſæpius quæri non debet.l.
ſi cui.§.iiſdem.ff.de accuſa.quod procedit
ſiue per viam accuſationis,ſiue inquiſitio-
nis ſemel fuerit cognitum,aut per viam di
ſpenſationis fuerit abſolutio conceſſa: vt
hic per Deci.ſed quia materia eſt diffuſa et
incidens.vide Ro.in cōſi.ccxiij.ccxxiij.
ccclxxv.& cccclxiij.Pau.de Caſt.in con
ſil.cxix.in antiquis.Barb.in c.cum ſit ge-
nerale.col.iiij.& pluribus ſeq.de foro cō-
pe.& in conſi.xxxj.col.ij.lib.iiij.Aret.in
conſi.lviij.colum.pe.& fina.Alex.conſil.
xj.in quinto dubio.lib.j.Fely.in c.at ſi cle
rici.in prin.in iiij.col.de iudi.Deci.in cō-
ſi.cxxxvij.& in d.c.at ſi clerici.in princ.
in vij.col.& Archiepiſcopum Flor.in pri
ma parte ſummæ ſuper regula bona fides.
vbi ait,ꝙ ſicut deus nō iudicat bis in idip
ſum, ſic & qui ſemel iudicatus & punitus
eſt, pro illo peccato iterum puniri nō de-
bet.Et eum, cui culpam per pœnitentiam
remiſit deus,ad gehennam pro illa non pu
nit,quia peccata non redeunt, nec quo ad
culpam,nec quo ad pœnam,vt ait Thom.
ſed ſi deus hic peccatorem punit, & non
emendetur non ſoluit debitum, ideo deus
punit etiam in inferno,quia nō eſt ſolutum
8 debitum.Nota etiam,ꝙ† licet proprie exi
gere ſit ab inuito extorquere.l.fideicom.
§.ſi rem.cum glo.ff.de lega.iij.l.ij.C.ſol.
matrimo.& c.exigit.de cēſib.lib.vj.adeo
vt procurator habēs mandatum ad exigen
dum a ſponte ſoluentibus ſolutionem reci
pere nō poſſit,ſecundum Spe.quem ſequi-
tur Phil.Fran.ſtatim allegādus.tn̄ hæc re-
gula locum habet etiam cum debens rem
non coacte,ſed ſponte perſoluit debitum,
quia ſatis eſt ꝙ ab ipſo inuito exigi pote-
rat,cum debitor eſſet,ideo ſi ſemel ſoluit li
cet ſponte,nō eſt ab eodem iterum exigē-
dum,quia id non patitur bona fides, ſecun
dum Ioan.And.in d.c.bona fides. Quod
ſecūdum Phil.Fran.ibi,abſq; dubio proce
dit, qn̄ ab inuito quis vellet exigere,ſed a
volēte ſponteq; ſoluente, ſecus eſſe dicit,
quādo ſcienter ſolueretur indebitum, quia

eſſet donatio, aliter ſi errore ductus ſolueret, quia repeti poſſet. l. j. ff. de condi. inde. & l. cuius per errorem. ſupra eo. Et ſi dicas ſi ſpõte ſoluit nõ exigitur, quod eſt ab inuito extorquere? reſponde ꝙ licet proprie exigere ſit ab inuito, tñ etiam a volente quis dicitur exigere. §. fin. l. ſi pupilli. ff. de neg. geſt. l. verbum exacte. ſupra ti. proxi. tradunt Aret. Iaſ. Aquen. & alij Mod. in l. nõ ſolum. ſupra ſolu. ma. vbi bonis rationibus, & legibus communiter reprehẽdunt deciſionem Spec. ſupra relatam. Sed
9 in alia materia qñ † prohibitum eſt exigi, recipi, vel dari, an a ſpõte ſoluẽtibus capere liceat. vide Ioan. de Ana. & Fely. in c. j. in c. dilectus. el ij. de ſimo. & in d. c. j. in fi. dicit Fely. attendenda eſſe verba conſtitutionis, & tñ ꝙ prohibitum dari propter bonum publicum, eſt ẽt prohibitum recipi a ſponte dantibus: vt ibi per eum & per ſcribẽtes in c. ſtatutum. in verſi. inſuper. de reſcrip. in vi. & ibi dicit in vlt. col. Gemi. attendendam eſſe cauſam & rationem conſtitutionis, tenens propterea ꝙ ibi ſecuto iudicio poſsit iudex ab offerente ſponte aliquid recipere fraude penitus ceſſante, quia cauſa prohibitionis fuit, vt iudicium pure & ſine corruptione iudicis procederet: vnde ceſſante cauſa corruptionis, cum pronunciatũ ſit, ceſſare pariter debet legis prohibitio, ponderat quoq; tex. ibi qualitercunq;, excludentem quẽcunq; modum munerum: & nõ dixit qñcunq;, ita ꝙ non videtur voluiſſe niſi tempus quo iudicium durat. Poſtremo hanc regulam intellige
10 in † his, quorum cauſa vnica exactione finitur: ſi vero obligatio vnica ſolutione nõ finiatur, exempli gratia in exactione debiti vxoris ad virum, & ecõtrario, regula locum nõ habet. Idem ĩ procuratione, quam eps viſitas primo anno exigit, ſecundo. n. anno iterum viſitas iterum illam licite exigit. gl. in d. c. bona fides. Vbi Fran. dicit in ſecundo not. procedere hanc regulam niſi aliquid debeatur ex diuerſis cauſis, quia vnius exactio non impeditur tũc per exactionem alterius. l. fundum cornelianum. ff. de noua. niſi cauſę lucratiuę eſſent, quia procederet tunc regula. l. omnes. ff. de act. & obli. ſecundum Ioan. And. ibidem.

SVMMARIVM.

1 *Actio peculij ex maleficio vel quaſi non datur in patrem, & quæ ſit ratio.*

Limita nu. 2. 3. & 6.

4 *Locupletior factus quando quis dicatur, & ponitur cautella ad probandum numero 5.*

7 *Seruus in delictis public. punitur ut liber.*

L. LVIII. Vlpianus.

Ex pœnalibus cauſis, nõ ſolet in patrem de periculo actio dari.

Sumpta fuit ex. §. ſi filiusfamil. l. j. ff. de his qui deiece. vel effud. & ex l. iij. in. §. ex cauſa furtiua. ff. de pecu. Et quẽadmodum declarat hic Deci. poſt Bart. in
1 l. j. col. ij. ff. de pecul. ratio quare † ex maleficio vel quaſi actio de peculio in patrem non datur eſt, quia deficit voluntas patris propter quam obligari vr̃ quatenus eſt in peculio. adde Ange. Are. inſti. de noxal. in prin. & in. §. ſi. col. j. & inſti. de actio. in. §. actiones autem. & in. §. præterea. vbi ponit materiam actionis de peculio.
2 Limitatur hæc regula, † niſi filius in iudicio ſe defenderit riteq; cõdemnatus fuerit, tunc enim pater de peculio cõueniri poteſt, non ex delicto filij, ſed ex quaſi cõtractu filij in iudicio celebrato: vt ſcribit Barto. in d. l. iij. in. §. idem ſcribit. quod not. reputat Are. in d. §. ſi. col. j.
3 Secũdo limitatur iſta † regula, niſi quatenus pater locupletior ex tali delicto factus fuerit, ſecũdum glo. hic per tex. clarũ in d. l. iij. in. §. ex furtiua, id enim tũc dictat
4 ratio & omnis æquitas. Et dicitur † tunc locupletior factus qñ probatur rem vel fructus ad aliquem perueniſſe, niſi ipſe de mala cõſumptione probet, ſecũdum Decium hic. & quamuis taceat fuerũt omnia dicta Iaſ. in l. nẽſennius. in. §. fundum. ff. de re iudi. vbi poſtea, vt etiam hic fecit Deci. allegat Franc. Curt. ſeniorem in cõſil. lxxij. princeps. col. iiij. ſequẽtem opi. Ang. in cõſil. clx. incip. domina Catherina alias pro deciſione. tenẽtis cõtrarium. Et per bonas rationes probat veriorem eſſe opinio. Ange. & cum Iaſo. & Deci. in ſi. referant opi. Curt. & trãſeant illam approbare videnť.
5 Sit igiť † cautus ĩ actu practico aduocatus, dicũt præalle. vt deducat, probetq; bonæ fidei poſſeſſorẽ, vt fructibus cõſumptis locupletiorẽ factũ, & ſpẽm locupletationis deducat, quia nõ ſufficit deducere & probare ꝙ in ſuos vſus conuertit, cum non ſe-

quatur ex hoc eum factum eſſe locupletio rem. potuit enim ſplẽdidius vixiſſe. & opinionem Ange. ſequitur etiam Curt. inrior in conſi. xxviij.

6 Limitatur tertio † hæc regula in caſu. §. fi. l. iij. ff. de pecul. & in. §. penul. l. quoties. ff. ad municip. quia ratione officij publici pater obligatur pro filio, magis, ꝙ ſit in alijs: vt hic per Deci. ad fi. & ſubtiliter per Are. in conſi. xcij. viſa conſultatione.

7 † Vltimo no. ꝙ ſeruus in delictis publicis ligatur, caſtigatur, & punitur, vt liber. §. omnibus. cum not. per Bart. in l. hos. ff. de accuſa. & per Ang. Are. inſti. de noxa. in prin. in j. col.

SVMMARIVM.

1 *Factum hæredis cenſetur factũ defuncti.*

2 *Promittens pro ſe, etiam pro hærede promiſiſſe videtur. Idem pro facto ſuo numero 11.*

3 *Ex perſona hæredis qualitas obligationis non immutatur.*

4 *Vſuræ marito promiſſæ, debentur hæredi, etiã quòd maritus in vita non exegerit.*

5 *Habens executionem paratam etiam ad carceres contra defunctum, quando comprehendat hæredem.*

6 *Agens vt hæres titij, tenetur ſe hæredem illius probare, & quomodo probetur numero 7.*

8 *Ius petendi ſupplementum legitime tranſit ad hæredem filij.*

9 *Hæres grauati diſponere poteſt iuxta licentiam a teſtatore grauato datam.*

10 *Hæres non poteſt aſſerere verum non eſſe quòd defunctus dixit.*

11 *Hæc regula intelligitur adita hæreditatem. Et per fictionem nu. 12. & alijs modis nu. 15. & 21.*

13 *Statutum repellens vſurarium publicum ab agendo, an comprehendat hæredem.*

14 *Hæres ex contumacia defuncti non excommunicatur.*

16 *Hæres repræſentat defunctum, quomodo intelligatur.*

17 *Remedium. c. reintegranda. iij. q. j. quando competat hæredi.*

18 *Donatio facta abſenti, non poteſt ratificari per hæredem. limita nu. 19.*

20 *Hæres quandoque ſpeciali aliqua ratione plus iuris habet, quam defunctus.*

L. LIX. Vlpianus.

HAEREDEM eiuſdem poteſtatis iuriſque eſſe, cuius fuit defunctus conſtat.

SVMPTA eſt ex l. hæres in omne
ius. ff. de acqui. hære. & l. cum hæredes. ff.
de acqui. poſſ. & l. nihil aliud. ſupra titu. j.
facit l. ii. in fi. C. de fruct. & lit. expen. cum
ſimilib. Et ob talem in omne defuncti ius
ſucceſsionem hæres repræſentat perſonã
defuncti, cum quo fingitur eſſe eadem perſona.
§. j. in auten. de iureiur. a mor. præſt.
1 Propterea dicimus † factum hæredis cenſeri
factum defuncti: & teſtamentum defuncti
ac hæredis, vnum idemq; reputari. Et
ſermo hæredis, cẽſetur ſermo defuncti. Et
aliquo in inſtrumento nominato, cenſetur
etiam nominatus eius hæres, qui defuncti
factum impugnare nõ poteſt & per eundẽ
2 hæredem ratificari poteſt. Pro ſeq; † promittens,
etiam pro hęrede promiſiſſe videtur,
ad quem hæredem tranſit pactum cum
defuncto factum, vt de prædictis hic per
Deci. & in conſi. cclxij. col. ij. & cclxxxj.
in ſecundo dubio. & prius per Soci. conſi.
ccxciij. pręſens cõſultatio. lib. ij. cum alijs
quæ allegaui in repe. l. ij. in iij. q. nu. 45. C.
de pact. inter empto. & vend. Hinc dici-
3 mus † ex perſona hæredis conditionem,
id eſt qualitatem obligationis nõ immutari.
l. ij. §. ex his. ff. de verb. obli. nec ob contractũ,
qui ex aditione oritur, hæredis obligatio
cẽſetur diuerſa ab obligatione defuncti,
ſed eadem numero: cum eadem perſona
fingantur, propter quam fictionem hæc regula
vult hæredem eiuſdem eſſe &c. ſcdm
Ancha. in conſi. xxvj. in q. ad fi. cõſulentem,
ꝙ ſicuti legatum a teſtatore factũ cõpenſatur
in portione legatario debita ex diſpoſitione
ſtatuti: ita legatum factũ a ſubſtituto:
& idem voluit in conſil. vij. col. ij.
Per hanc regulam conſuluit etiam De-
4 ci. in conſil. cccccclxxj. ꝙ † vſuræ marito
pro oneribus matrimonij promiſſæ, hæredi
etiam debentur licet defunctus in vi-

ta non exegerit. quia eadẽ reputatur perſo
5 na Hinc etiam eſt, ꝙ ſi†obligatio contra
defunctum habuerit executionem paratam
etiam ad carceres, pariformiter illam habe
bit contra hæredem. Bar. & alij in l. poſtu-
lante. ff. ad treb. conſtito prius ꝙ ſit hæres,
ꝙ̃ fiat executio intellige. Bal. in l. per diuer
ſas. C. mand. in j. q. Soci. conſi. ciij. lib. j. vo
lens ſufficere in proceſſu executiuo id ap-
parere. Pau. de Caſt. in conſi. ccxcix in an-
tiquis. dicens non valere præceptum hæ-
redi factum, niſi iudici prius conſtet illum
eſſe hæredem. de quo. vide etiam Are. in l.
j. col. pe. ff. ſi cer. pet. & Fely. in c. quia. v.
col. pen. & fi. de iudi. Et generaliter not.
6 †ꝙ agens tanꝗ̃ hæres alicuius, ſe talem
probare debet, etiã ꝙ non opponãtur: alias
ſuccumbit, Et pariter cõueniens aliquẽ vt
hæredem ſempronij ſi vult obtinere, pro-
7 bare debet illum eſſe hæredem, & an†ſuf-
ficiat probare eum hæredem inſtitutum, &
defuncti bona tenere? de his omnibus vide
Pau. de Caſt. in conſi. ccxiiij. & ccxcix. in
antiquis. Alex. in conſi. xvij. col. ij. & con
ſil. xxxiiij. colum. ij. & conſi. xcix. lib. iij.
& clxxxiij. & clxxxv. lib. vj. Barba. con
ſil. lxxiij. col. vj. vol. iiij. Deci. conſil. lxj.
colum. j. & conſi. ccccxlv. nu. 53. & 449.
8 col. ij. & 471. & 491. hinc eſt etiam, ꝙ†. ſi-
cuti filius ius & facultatem agendi habuit
ad ſupplementum legitimæ, ita etiam habe
bit eius hæres. Iaſo. in l. ſcimus. in prin. C.
de inoff. teſt. & in l ſi arrogator. colũ. vij.
9 C. de adop. Et ſi†aliqs inſtitutus fuerit hę
res & de reſtituendo hæreditatem graua-
tus. data ſibi licentia diſponendi de libris,
mille puta: licet de illis expreſſe non diſpo
ſuerit, hæres eius diſponere de illis poterit
& detrahære, prout conſuluit Bal. nouel. &
ſequitur Curt. Iun. in conſil. iiij. colum. iij.
quia ſatis cenſetur primus diſpoſuiſſe re-
linquendo rem venientibus ab inteſtato.
Facit quia ſicut emphyteota per non ſolu-
tionem partis a tota re cadit: ita & hæres.
glo. in l. communi diuidundo. ff. communi
10 diui. Similiter non†poteſt hæres defuncti
mendacium allegare, aſſerendo verum non
eſſe quod defunctus dixit. Bar. in l. rẽ alie-
nam. in iii. not. C. de pig. Bal. in l. cum res.
colum. iii. in fi. C. de proba. Adeoq; prę-
11 dicta vera ſunt, ꝙ ille†qui pro facto ſuo tã
tum promittit, non excludit hæredem, qui
eadem cenſetur perſona cũ ipſo promitten
te: vt hic per Deci. poſt Bar. & alios. & la-
tius per eundem in cõſi. cclxxxj. quę opi.
teneri poſſet vbi præceſſit contractus, de
cuius natura ſit vt pro omnibus quis tenea
tur: alias ſecus. vt per eum & latius ſcripſi
in repe. l. ij. in iij. q. C. de pac. inter empt. &
ven. faciunt quæ ſcribit Are. in l. hæres in
omne. ff. de acquir. hære. Prædicta tamẽ
intelliguntur adita hæreditate. l. iij. §. ſi qs
ita. cum ibi not. per Imol. ff. de hæred. inſti.
l. ſi ſeruus cõmunis meuij. ff. de ſtipul. ſer.
vt hic per Deci. ad fin. cõmenti. adde tex.
in l. cũ hæredes. in prin. ibi, adita hæredita-
te. cum not. ff. de acquiren. poſſ. & quæ ſu-
pra dixi de hærede conueniendo & diſtin-
guendo, quod fieri nequit niſi prius conſti-
to ꝙ ipſe ſit hæres.
12 Limitatur prædicta†procedere iuris fi-
ctione conſiderata: ſecus inſpecta veritate,
cum certum ſit ea inſpecta perſonas eſſe di
uerſas: & ideo in materia in qua verba pro
prie vereq; capi debent hæres non reputa-
tur eadem perſona cum defuncto. l. qui ro-
mæ. §. augerius. ff. de verb. obli. vt hic per
Deci. & Anch. in cõſi. ccxliiij. quia quęſt.
13 vbi diſputat, an†ſtatutum vſurariũ publi-
cum ab agendo repellens, etiam illius hęre
dem repellere intelligatur? quod dicendum
prima facie videbatur per prædicta, ꝙ ea-
dem cenſetur perſona cum defuncto. Con-
trarium dicit Anchar. quia ratio repellen-
di actorem vſurarium publicum, non comi
tatur eius hæredem. ergo ceſſante ratione
l. vel ſtatuti, ceſſabit lex & ſtatutum. Et
quod de vnitate perſonæ dicitur, eſt, inquit,
per fictionem: non autem per veritatem: &
ſtatuta caſum fictum non comprehendunt:
14 vt ibi per eum. ideo &c. propterea†ex cõ
tumacia defuncti non excommunicatur hę
res: vt per Alex. & Are. in l. grege legato.
15 ff. de leg. j. Quinque†limitationes ad prę
dicta ordinaui in repe. l. ij. in xcij. q. C. de
pac. inter empt. & vendi. alias addunt Lã-
cel. Galiaula & Alciatus in. §. ex his. l. ij.
ff. de verb. oblig. vbi etiam enumerant ca-
ſus hic per Deci. poſitos, in quibus pote-
ſtas conceſſa defuncto, ad hæredem nõ por
rigitur. De caſu l. fi. C. de reuoc. don. nõ ex
pedit fruſtra denigrare papirum. vide late
& declara, vt ibi per Ripam in ſua repe. q.
16 lxj. cum duabus ſequentibus. Et dicta†re
preſentatio defuncti non fit, niſi pro ea par
te pro qua eſt quis hæres: pro alia poteſt
hæres facto defuncti contrauenire. gloſ. &
Bal. in l. cum a matre. C. de rei ven. & per
ſcribentes in locis præalleg. & per Alexã.
in conſi. xxj. col. ij. & xxxij. ad fi. in tertio
volu. vbi ponit alios caſus in quibus hæ-
res contrauenire poteſt facto defuncti. Et

in præſenti materia pulchra videtur mihi conſideratio Are. in conſi. cxxiij. in cauſa col. ij. dicētis, hæredē reprēſentare pſonam defuncti, in iure actiuo & paſsiuo formato in pſona defuncti, quod ad ipſum hæredem transfunditur d. l. cum a matre. & l. j. ac ij. C. de hære. act. ſed in iure non creato actiue aut paſsiue tempore mortis in perſonā defuncti, hæres non poteſt, inquit, defunctū repræſentare, quia penes illum nunquā fuit talis obligatio: vnde impoſsibile eſt repræſentare quod in eo non fuit, inferendo ad deciſionem quæſtionis ibi relatæ. Hinc eſt,
17 ꝙ† licet remedium, c. reintegranda, iij. q. j. competat tantum ſpoliatis & a poſſeſsione deiectis, vt verba canonis indicant, & non competat illi qui nunquam poſſedit: vt plene per Barb. in cōſi. lviij. col. pen. vo. ij. & in conſi. lxxxiij. col. j. lib. iiij. & Soci. conſi. xlix. col. fi. vol. iiij. vbi poſt Bal. et alios ait, ꝙ hæres qui non fuit poſſeſſor rei, ſi eo remedio ageret non obtineret, ſed ſuccumberet: aliud tamen eſſet quando intentaretur ex perſona defuncti, quia tale ius, ſicut cætera, ad hæredem tranſit. Soci. plene in l. rem quæ nobis. colū. vij. ff. de acquir. poſ. Intelligendo vt pulchre per Corn. in conſil. cccxxix. col. vij. lib. j. qñ ille qui defunctus eſt ī vita ſpoliatus fuiſſet: alias ſecus. quæ intelligentia optime probatur per dicta Are. loco præalleg. quia niſi defunctus ſpoliatus fuiſſet, ius recuperandi poſſeſsionē non fuiſſet in perſona defuncti formatū, ideo ad hæredem tranſmiſsibile non eſſet. Quando autē virtute ſtatuti vel decreti in hęredem continuaretur poſſeſsio, aliud eſſet. Deci conſi. lxxxiiij. & dlxxxviii. col. iij. Curt. Iun. in conſi. cviij. & cxxvij. col. fin. Iaſ. conſi. lxxxv. lib. iij. & conſi. cxlvj. & clij. lib. iiij. Matth. de afflic. in deciſio. regni. clxvij.

Notandū etiam eſt, ꝙ licet factum nomine defuncti per hęredē ratificari approba-
18 riq; poſsit, vt dictū ſupra fuit: donatio† tñ abſenti facta, quę niſi acceptetur nō valet, ſi per defunctū acceptata non fuerit, per hęredē ratificari nō pōt, quia hic agitur de cōſenſu in vita præſtando, qui morte extinguitur. l. j §. ſceuo'a. ff. ſi quis teſt. liber. Et cum ſit perſonaliſsimus, ad hæredem non tranſit: ideo nimirū ſi ratificare non poteſt. Pau. de Caſt. in conſi. cxcv. viſis his. colū. iiij. & per Alciat. in d. §. ex his. colū. j. & Mod. Taur. in l. fi. col. vij. C. de pact. Si ta-
19 men, vt quādoque fieri vidi† actus factus fuiſſet, pro titio puta, hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis: tunc hęres ratificare, approbareque poſſet tanquā nomine ſuo factū. Ali-
20 quando tamen† plus iuris habet hæres, ꝙ defunctus habuiſſet, ſpeciali aliqua ratione, vt ex iuſta cauſa ignorantiæ ratione ſucceſsionis in ius, & locum alterius, ſecundū doct. in d. §. ex his. & ſcripſi in l. qui in alterius ſupra eo.
21 Poſtremo limita† hanc regulam non procedere in caſu. l. ij. C. ſi in frau. patr. vbi gl. rationem aſsignat.

SVMMARIVM.

1 *Præſens & non contradicens conſentire videtur. Et quid in abſente. nu. 2. & nu. 4.*

3 *Præſentia donatarij cū taciturnitate, An inducat donationem cauſa mortis validum.*

5 *§. ſi vero l. ſi quid argentū. C. de dona. quo modo intelligatur.*

6 *Pactum tacitum, eſt proprie verum pactum.*

7 *Conſenſus tacitus, eſt proprie conſenſus.*

8 *Ratihabitio retrotrahitur, & mādato comparatur. Amplia nu. 9. 15. 16. Limita nu. 19. 20. 21.*

10 *Statutū loquens de vero actu, nō cōprehendit ratificatum.*

11 *Ratihabitio mādato comparatur per fictionē, non vere. Et quo ad effectū, non quo ad ſpeciē actionis nu. 14.*

12 *Mādatū nō retrotrahitur in actu cōpleto: quia verba ſunt inepta. Idē in actu ignorato nu. 18.*

13 *Ratificatio & conſenſus differunt.*

17 *Ratificatio inducitur etiam facto.*

L. bonorū. ff. rē rat. habe. ornatur. nu. 20.

22 *Ratificatio non fit ex inualidis: Niſi defectu conſenſus.*

23 *Solēnitas an eadē requiratur in confectione, & refectione.*

24 *Ratificans quando contrauenire poſsit.*

25 *Promittens de rato pro pupillo quomodo & quando intelligatur.*

26 *Promittens de rato pro alio cum pœna, quando obligetur.*

L. LX. Vlpianus.

SEMPER,qui nō ꝓhibet pro ſe interuenire, mādare credit.Sed & ſi qs ratū habuerit quod ge ſtum eſt:obſtringitur actione mandati.

1 SVMPTA fuit ex ll.p gl.alleg.p̄ſēs†ita
que & nō cōtradicēs credit̄ mādare:qa cō
ſentire vr̄ cū de eius vtilitate agat̄.gl. i l.q̄
patit̄ ſupra mā.tradit Alex.in cōſil. lxxx.
co.iij.lib.iiij.Corſ.in ſing.ſuis i verbo cō
promiſſum. Ruyn. in l.ij.fol.pe.ff. de leg.j.
Deci.& Mod.Pap.i rub.C.de pact.& or-
dinarie examināt ſcribētes.in l.q̄ dotis. ff.
2 ſol.ma. Et qa†rō adhibiti conſenſus pp̄
vtilitatē ꝓueniētē pariter militare vr̄ in ab
ſen e,qa ſi actus fiat in vtilitatē abſn̄tis da-
ta ſciē:ia abſq; cōtradictione cōſenſus præ
ſumit̄,ideo Deci. hic hāc regulam gn̄aliter
ꝓcedere vult tā in p̄ſente q̄ in abſente,ſed
in additionibus nouiſsime per ipſum Dec.
factis ad rub.C.de pac.in vlt.col.maturius
cō ſiderādo cōtrariā opi.firmat, dicens talē
ęquiparationē tolli poſſe, quia pn̄s cōtradi
cere pōt:abſens nō, cū ignoret:vnde i pn̄te
duo cōcurrūt ex qbus arguit̄ cōſenſus, qa
tacet & de vtilitate eius agitur, in abſente
vnū tm̄,qa de ſua vtilitate agit̄,qd̄ ad indu
cendū cōſenſum nō ſufficit. patet qa abſen
ti nō fit donatio abſq; nūcio vel epiſtola l.
abſenti.ff.de dona.ꝙ ſi ęq̄paratio p̄dicta ve
re eēt,īduceret̄ donatio,cū de abſētis agat̄
vtilitate,& ſequuntur ibi Mod,Pap.col.j.
3 Ex p̄dictis infert̄ ad not.qōnē. in†don.cā
mortis.hodie ſtipulatio non eſt neceſſaria,
ſed ſufficit pactū nudū.gl.not.et approbata
in.§.meuio.l.cū pr̄. ff.de leg.ij.an p̄ſentia
donatarij cū taciturnitate cōſenſum indu-
cat,& ipſius donationis validitatē? Vide-
bat̄ ꝙ ſic,qa cū agat̄ de vtilitate donatarij
p̄ſentis,cōſentire cenſet̄,per p̄dicta: & per
cōſequēs interueniſſe pactū vr̄,& ita cōſu-
luerūt Ang.& Soci.relati per Deci. hic.&
in rub.C.de pact.& i l.ſeniū.col.pe. C.qui
teſta.fac.poſ.& i cōſi.ccxlv.col.fi.in qbus
locis ſequēdo Are.tenuit & cōſuluit cōtra
riū:Quia & ſi eo caſu pręſumatur cōſenſus
pactū inducit̄,non tm̄ expreſſum & ꝓprie,
cū verba ex parte donatarij nō interuene-
rint ſed pactū pręſumptū.Ideo l. ſi quis ar-
gentū.C.de dona.in donatione antiqua iu-
ra corrigēs, vt pacto nudo ꝑficiat̄,intelligi
debet in pacto expreſſo,nō in pacto p̄ſum-
ptę donationis, vt minus, q̄ poſsibile ſit,
antiqua corrigātur iura.Eandē opi. tenuit
Ioā.Crot. in rub.ff. de ver.obli.in ij. lectu.
inducēdo p̄cipue tex.§.j.l.j.ſupra de pact.
vbi cōſenſus eſt de eſſentia pacti.verba.n.
in diffinitione poſita intelligēda ſunt pro-
prie,cū diffinitio quidditatē & eſſentiā rei
diffinitę denotet.Bar.in l.j.ff.de acqr.poſſ.
Sed cōſenſus in diffinitione pacti poſitus
ꝓprie nō verificat̄ in volūtate expreſſa.§.
volūtatē.cū ibi not.l.ij.ff.ſolu.mat. iō &c.
Et l.labeo.cū l. itē quia.ff.de pact. & l.ij.
C.eo,ti,loquūtur,inqt,in pacto legali & ta
cito,qd̄ nō requirit alicuius p̄ſentiā. Sed
recedēdū nō eſt ab opi. Ang.& Soci. q̄ ve-
ra eſt & cōiter approbata., quicquid Deci.
alijq; pręalleg. dixerint & cōſuluerint: vt
per Ruy. in d.l.ij.fol.pen.ff.de leg.i.Mod.
Taurin.in rub.C.de pact.& in l.rogaſti.in
.§.ſi tibi.col.xj.& xij. ff.ſi cer.pet. vbi cō-
tra cōem Deciū loqui dicūt,quodque cōtra
eū in practica iudicaret̄. Et idē tenuit prius
Galiaula in repe.rub.ff.de verb,obli.colū.
xj.cum ſeq.vbi ſcripta Decij in rub.C. de
pac.ſolūmodo refert,eumq; repręhēdit plu
res in illis partibus Gallię tūc cōtra opin.
Decij cōſuluiſſe dicēs. quā opi.cōtra Dec.
latius proſequitur & defendit Curt.Iun. in
rub.C. de pac. Sub vmbra igit̄ ſubtilis
4 Are.pernitioſe errarūt Deci.& Crot.†prę
ſens.n.& tacēs cū de ſuo cōmodo agat̄,cō
ſentire vr̄.ſicq; paciſci.l.tale pactū. i prin.
ff.de pac.not,Bart. & alij in l.j.C. de pact.
Itē quia taciti & expreſsi par eſt virtus l.
cū quid. ff.ſi cer.pet.nec iure probatur ex-
preſſum cōſenſum in pacto requiri, ergo ta
citus ſufficit. Ad rōnes Are. ꝙ ex pūtia
non inducatur pactum, ſed pollicitatio.
5 Secundo†ꝙ l.ſi quis argentum.locum non
habet in tacita donatione: vt per eum.
Reſpondetur ſecundum Ruyn. & præ-
alleg.ꝙ immo inducitur proprie pactum, li
cet tacitū ex parte faciētis, Bar.quę,& cæ
teri pro alia ratione Areti.allegati, loquun
tur,vbi cauſa donationis in pacto nudo nō
exprimitur, ſed præſumitur: quod ſpeciale
eſt, et contra regulas iuris l. cum de inde-
bito.ff.de proba l.ſi cū aurū.ff.de ſolu. ex
pacto enim nudo nō orit̄ actio,ne circa idē
duo ſpecialia cōcurrāt. cōtra.l.j. cum not.
C.de dotis promiſ.ſed Ang.loquit̄ quando
cauſa & titulus donationis exprimit̄, quo
caſu ſpeciale nō eſt, ꝙ p̄ſens tacenſque ad
ſui commodum cōſentire dicatur,immo eſt
ſecundū regulas iuris per prędicta: ea pro-

pter ex tacito illo pacto oritur actio, quia hoc ſolum ſpeciale inducitur. Ex prædictis ſatisfactũ apparet oppoſitionibus De-
6 cij de † pacto præſumpto. & in l. interpreta to, non ex diſpoſitione contrahentiũ: quia immo vt dixi, eſt verum pactum, & ſecundum proprietatem vocabuli, Et vt ſcribũt Moder. Papi. in dicta rub. C. de pact. & alij ſuperius relati. conſideratio Decij confunditur per prædicta. cum. n. taciti & expreſſi par ſit virtus: & præſumptiones legum liquidiſsimæ probationes dicantur. l. licet imperator. ff. de leg. j. l. ſi quis locuplex. ff. de ina. teſt. licet in quaſi contractu ſufficiat conſenſus tacitus, non tamen repugnat quinetiam in vero contractu tacitus nõ ſufficiat. l. qui patitur. & d. l. cũ quid. Ex quo itaque præſens pro conſentiente habetur, cum de ſuo commodo agatur, ſtandum erit regulæ, ꝙ vbi duorum adeſt conſenſus ſiue tacitus ſiue expreſſus, reſultet pactum, in quo vendicabit ſibi locum. d. l. ſi quis argẽtum. attento ꝙ ſolum hoc ſpeciale inducitur. vt dictum fuit. Ad motiua Croti re-
7 ſponde, ꝙ † conſenſus tacitus, eſt proprie conſenſus: per prædicta. Non obſtat. §. voluntatem. quia ibi non agebatur de mero & indubitato tacentis commodo, ideo præſentia non inducit verum conſenſum, nec apparet ꝙ de illius ageretur incommodo, ideo conſentire fingitur, vt ibi. cætera, vt per ſcribentes in locis præalleg.

Secundo principaliter not. ex iſto text.
8 † ratihabitionem retrotrahi & mandato cõparari. concordat l. fi. C. ad maced. l. licet. ff. de iud. c. j. de homici. & c. pen. de ſen. excõ. lib. vj. c. ratum. et c. ratihabitionem de reg. iur. eo. lib. vbi glo. doct. hanc materiã exa-
9 minant. Eaque comparatio † inducitur ẽt, ſi ratihabitio tacite interueniat, ex curſu longi temporis puta. Bar. & Bald. in l. j. C. qui admit. dicentes tamen, ꝙ in caſu illius glo. non trahitur retro vt ratihabitio, ſed vt animi declaratio a. l. præſumpta. vt per eos. ideo glo. not. in l. quo enim. ff. rem rat. hab. dicit ratihabitioni par eſſe non improbare. faciunt quæ ſcribit Fely. in c. j. ad fi. de treu. & pace. Et bene dicimus mandato comparari. idem enim non ſunt, ſed ſpecies oppoſitæ: ſicut fictio, & veritas. Vnde
10 ſi † ſtatutum loqueretur de vero actu hominis, ratificatum non comprehenderet. argu. l. quid ergo. in prin. ff. de infam. ſecundum Bal. & Phil. Franc. in d. c. ratihabitionem.
11 Mandato † igitur comparatur per fictionẽ non per veritatem; quia conſtat ab initio ſpecificum mandatum vere non interueniſſet: vt not. Bar. in l. ſi is qui pro emptore. col. v. ff. de vſucap. Alex. conſi. lxxviij. colum. pen. lib. v. repetito in conſi. xxvj. lib. vj. Iaſo. in l. ſi quis mihi bona in. §. iuſſum. colũ. pe. ff. de acqui. hære. & in d. l. ſi is qui pro empt. col. xxxij. cum ſeq. ver. nũc tranſeo. vbi late de habilitate vtriuſque extremi a quo, & ad quod, quæ in ratihabitione prædicta requiruntur, vt ſoliitum operetur effectum. In alio etiam ratihabitio ope-
12 rari poteſt poſt actum perfectum: ſecus † in mandato vbi verba inepta & inconuenientia eſſent: vt pulchre declarat Alex. in conſil. cxlvj. col. iij. lib. v. & in l. iulianus. col. j. ff. qui ſatiſd. cog. vbi Ang. illum text. ſingul. reputans, alibi ita aperte, dicit, non reperiri, ꝙ quamuis mandatum retro non trahatur vt ratihabitio, iſtud tamen procedit illo superueniente in actu nondum completo, licet cœpto, quia retro trahitur, ſequitur Fely. in c. nõnulli. in. §. ſunt & alij. col. iiij. extra de reſcrip. dicens idcirco, ꝙ licet ſuperueniens mandatum impetrationem reſcripti non conualidet: ſi tamen ſuperuenerit dum impetrans eſt in expeditione ipſius impetrationis iam cœptæ ſed nondum completæ, conualidabitur actus. Et ſimi-
13 liter † differt ratificatio proprie ſumpta, a conſenſu: & vnius appellatione, alterũ non venit. glo. quam ibi multum no. Phil. Frã. in d. c. ratum. hinc eſt ꝙ cõſenſus ſequi poteſt incontinenti & ex interuallo. Iaſo. vbi limitat, in d. §. iuſſum. col. pen. Et ratiha-
14 bitionem † mandato comparari, intellige quo ad effectum, non quo ad ſpeciẽ actionis, vt in caſu l. noſtræ. quia vbi quis ratũ habet, non oritur actio mandati, quicquid hic dicat glo. ſed negotiorum geſtorum l. ſi pupilli. §. item quæritur. ff. man. ſecundum Bar. hic & Iaſ. in d. §. iuſſum. col. pe. & ſcribentes. in d. c. ratihabitionem. quæ mandatum non eſt, ſed illi æquiparatur, & per fictionem: cum conſtet, vt diximus, ab initio non interuen iſſe, Niſi præſentis negotia gererentur, quia tunc mandati competeret actio, vt hic ſenſit glo. & ſcribentes in d. c. ratihabitionem. & probatur in præalleg. l. qui patitur. ff. mand.
15 Et procedit regula iſta † etiam in requirentibus ſpeciale mandatum: per l. quod ſi de ſpeciali. ff. de minor. vt hic per Deci. Iaſ. loco præalleg. Alex. conſi. lxxviij. col. pe. lib. v. vbi quaſdam reſtrictiones ponit. & etiam in conſi. cxlvj. eod. lib. vbi agit de matrimonio per patrem nomine filij cõ

tracto, vt per filium ratificari poſsit. prædictam concluſionem cõprobat etiam Deci.
16 in conſi. cclxxxj. Procedunt† etiã prędicta in delictis: vt hic per Dec. Adde tex. clarum in l. j. in. §. ſed & ſi cum quis. ff. de vi arm. & in c. i. de homi. in vi. & in c. pen. de ſenten. excom. eo. lib. vbi dicitur, ꝙ ſi ratificem delictum quod meo nomine geſtum non eſt, ratificatio non valet quamuis peccem. Adde Alex. in cõſi. cxlvi. in v. volu. & pulchre in l. iulianus. col. i. ff. qui ſatiſda. cog. dum ponit quomodo in delicto iam conſummato fieri poſsit ratificatio, & tradunt glo. & Bar. in d. §. ſed & ſi cum qs. Saly. in l. non ideo minus. in x. oppo. C. de accuſ. & Iaſ. in pręalleg. §. iuſſum. in pe. co.
17 Et talis† ratificatio non ſolum verbis, verum etiam facto inducitur, & fit. Deci. hic inferens, ꝙ per ſolutionem expenſarũ factarum in lite per ſyndicum illegitime conſtitutum, geſta ratificari videntur. Et ex perceptione fructuum, ratificatio poſſeſsionis probatur. Et per reſponſionem vel receptionem cenſus, ratificatio contractus. Et ex actione ex aliquo contractu intentata, ipſius contractus ratificatio, vt hic late per ipſum Dec. & in cõſi. lviii. cclxii. ccccxix. cccclxxxvi. & dlxxxvi. & in l. non vult heres eſſe. ſupra eo. Alex. in conſi. cxxvii. & clxxv. ad fi. lib. v. & Ioan. milis in repert. in verbo prælatus, & in verbo ratificatio. dum ponit de pręlato penſionem recipienti pro aliquo tempore locationis factę per prędeceſſorem ſuum, an videatur lo
18 cationem ratificare. Et ſi poſtea † ꝗ̃ meo nomine agere cœpiſti, procuratorem meum te conſtituam, omnia per te geſta ratificaſſe videor, niſi geſta ignoraſſem: quia ad ignorata ſiue incognita ratificatio non trahitur. Alex. in d. l. iul. & in conſi. cxii. & cxlvi. lib. v. Bar. & alii in l. fi. C. de epiſ. & cle. & in l. licet. ff de iud. Curt. Iun. in conſi. lxiii. & Mod. Taurin. in auct. ſi quis in aliquo. col. fi. C. de eden.
19 Limitatur prędicta cum regula, vt† procedant quando id quod ratificatur ratificãtis nomine geſtum fuit: alias non ſubſiſtit ratificatio c. ratũ. de reg. iur. in vi. niſi quo ad ratificantis prędiudicium. l. ſi fundus. in §. i. ff. de pign. vt hic per Deci. & Philip. Frã. in d. c. ratum. Accedat tex. cũ ibi not. in c. pe. de ſentẽ. excom. ꝙ licet ratificatio delicti, quod meo nomine & conſenſu non fuit perpetratum, non valeat, peccat tamẽ eo modo ratificans. Item poteſt id, quod nomine meo geſtum non eſt, ratificari tanquam ſic geſtum, licet non tanquã meo nomine geſtum, vt per glo. Bart. & alios in l. i. in verbo ratam. C. qui admitti.
20 Secundo limitatur regula, † dummodo ratificatio fiat intra tempus, intra qđ actus qui ratificatur fieri potuiſſet: alias ſecus, ꝑ tex. in l. fin. ff qui s ordo in bo. poſ. ſer. & l. bonorum. ff. rem ratam hab. declarando, limitandoq; aliquibus modis: vt per Deci. hic & in l. i. C. qui admi. & in cõſi. cclvii. cccclx. Anch. in conſi. cxxvii. & ccccix. col. ii. Raph. Commen. in conſi. cxvi Cor. in conſi. xlvi. col. fi. lib. iii. Alex. conſi. cx. vol. i. & conſi. lxxviii. colũ. pen. & conſil. lxxxi. col. ii. & conſi. lxxxviii. colum. pe. lib. v. Aquen. in l. quod meo. colũ. i. ff. de acqui poſ. Iaſo. in d. l. is qui pro emptore. colum. xxxvii. Afflic. in deci. regni. xxx. quę omnia bene not. ad materiam d. l. bono
21 rum. Alias † quinque limit. ad hanc regulã aſsignat hic Dec. Vſque ad tredecim ſubordinauit. Phil. Fran. in d. regula ratihabitio. vide etiam Bal. in l. falſus. col. ii. C. de fur. & in l. ſi vxorem. colum. i. C. de condi. in-
22 ſer. volentem, ꝙ† vbi nil geritur, ratificatio nil inuenit vbi figat pedes: & ꝙ a falſo procuratore in audientia principis factũ ratificari non poteſt. & idem de electione falſi pretoris, & falſi commiſſarii. de quibus vide Fely. ĩ d. §. ſunt et alii. col. ii. & iii.
Vbi tamen actus nullus eſt defectu conſenſus, ſemper ratificari poteſt per adhibitionem conſenſus. & ideo ſententia pro falſo procuratore lata, a domino ratificari poteſt. ita Are. in c. cauſam quę. col. iiii. de foro compet. ratificatio enim vitium in actu priore ſeu contractu exiſtens purgat: vt late per Curt. in tract. feu. in ſecunda parte.
23 charta. viii. col. ii. & iii. Et an† eadẽ ſolennitas, quę in confectione actus requiritur, in refectione pariter exigatur. ponit Aret. in conſi. cxxviii. cum ſeq. & Marſi. in pract. cauſarũ crimin. in. §. reſtat. nu. 10.
24 An autem† ratificans, aliquo modo contra venire poſsit? Paul. de Caſt. in conſil. lxx. col. iii. in antiq. Barb. in conſi. lxx. & lxxvi. vol. iii. & Deci. in conſi. lx. col. fin.
25 Et pro pupillo† de rato promittens, intelligitur cum erit adultus. Bar. in l. actor. col. ii. ff. rem rat. hab. Sed Bald. in l. ſi maritum. C. de ſol. in fi. dicit, ꝙ promittens de rato pro minore, intelligitur cum erit ætatis legitimę, quę eſt poſt vigeſimumquintum annum. l. fina. C. de his qui ven. ętatis impet. & requiritur preterea interpellatio & certificatio: alias non committitur mor-

26 ra,vt per Deci.in conſi.ij. Item†promittens de rato pro aliquo ſub pœna & cũ iuramẽto,pœnam non incurrit illo ratificare nolẽte,dũmodo promittẽs quãtũ in ſe erat fecerit:vt per Abba.in c.gemma.col.iij.de ſponſa.Niſi promiſiſſet ratificari facere realiter,& cũ effectu,ac ſine defectu,aut alias tantũ nomine pœnę ꝓmiſiſſet, vel tãtundẽ de ſuo alias donaſſet, ſiue caſum & debitũ propriũ feciſſet,vt in practica adinuentum per peritos eſt:vt per Are.& alios in l. ita ſtipulatus la granda.ff.de verb.obli. Fulg. in conſi.clx.col.iij. Alex.cõſi.cxxvij.col. j.lib.v.Cor.conſi.lxj.fol.vlt.volu.iij.Are. conſi.lxxij.col.fi.Soci.conſi.xliiij.col.j.& cclxxxviij.col.xv.cũ ſeq.& Deci.in conſi.cccxiii.cccxxiij.& ccccj.

SVMMARIVM.

Intellectus legis diſcutitur.

1 *Prohibitus facere,prohibetur reficere quãdo res eſt pœnitus deſtructa.*

2 *§ ſi ſublatum.l.ſeruitutes.ff.de ſerui. vrba.prædi.declaratur, & ornatur.*

3 *Reficere domum ſuam non licet, quãdo aliquid innouaretur.*

L. LXII. Vlpianus.

DOMVM ſuam reficere vnicuique licet, dum non officiat inuito alteri in quo ius non habet.

IVRISCONSVLTVS hic de induſtria obſcure loqui videtur. Et hanc regulã non poſſe procedere dicendũ videretur: quia in meo quicquid volo, etiam ꝙ alteri noceam,facere poſſum l.altius.C.de ſer.& aqua.& l.nullus videtur dolo facere. vbi dixi ſupra eo. propterea glo.hic in poſitione caſus vacillat:nec quæ ponit conueniũt aut quadrant verbis legis loquentis de refectione,non de eleuatione domus.Minus placet exemplum Decii exemplificãtis in c.conſuluit.de iudę.quia loquitur de ſynagoga,non de domo,prout facit regula iſta. pręterea ille tex.ſolũ probat differentiam quę inter facere,& reficere eſt: ꝙ prohibitus facere,non prohibeatur reficere:in quo non erat laborandũ in mutuando exemplũ a canone,cũ talis differẽtia ĩ finitis legibus probet,vt in l.i.in.§.ſi quis ędificium.ff.de no.oper.nunc.& in l.iii.in.§.reficere cum ſimi.ff.de itinere actuq; priuat. ſed verbis iſtius.l.non conuenit:ibi,non officiat inuito alteri in quo ius nõ habet.neq; enucleat ſenſum iſtius tex. Vnde ego a verbis,eorũq; proprietate non diſcedens, ponerẽ caſum in locatore domus,qui domũ ſuã,quæ reparatione indiget, reficere nõ prohibet, modo nõ officiat cõductori in eo in quo ius non habet reficiendi ſcilicet:qñ nõ eſſet neceſſe,demoliri puta, ſed melius ædificare vellet:iuxta tex.no.in l.qui inſulã.in prin. ff.loca.& in l ſi duo,in.§.cũ inquilinus.ff. vti poſſ.& in l.domum.C.loca.

1 Prohibitus†ergo facere,non prohibetur reficere,niſi res pœnitus deſtructa fuiſſet, quia tunc reficiens proprie facere diceret, de nouoq; cõſtruere:vt hic per Dec.latius per Fely in d.c.conſuluit.de iudę.& de cõſti.in c.cum acceſsiſſent.col.fi.Iaſ. in l.j.in §.ſi quis ędificium.ff.de no.oper.nun. & in l.quo minus.col. pen.& fin. ff. de flum. & Moder. Aſten. in tracta. de refectione.

Deci.hic contrarium tenet: per text. in dicto cap.conſuluit.vbi Iudæi, qui prohibentur nouas ſynagogas ędificare erigere, reedificareque ſynagogam pœnitus deſtructam non prohibentur.Item quia remanente ſolo rei, remanent reliquiæ & veſtigia prioris ædificii,propter quæ reparatio facilis permitti debet:vt hic per eum.& per eundem in d.c.cum acceſsiſſent.col.fin.

Sed reſpon.ꝙ licet ſolũ vel area ædificii
2 pars ſit.†l.ſeruitutes.§.ſi ſublatum. ff. de ſer.vrb.prædi. ſi tamen domus vel res penitus ſit deſtructa, & inde reficiatur ſolum non fit quin domus nouiter refecta, noua dicatur domus:vt ibi vult text.& declarat ibidem Paul. de Caſt.& in l. inter ſtipulantem. in.§.ſacram. ſupra de verbo. obligatio.eſt etiam text.in l.domum.ff.de contrahen.emptiq.Ideo prohibitus facere,iſto caſu prohibitus erit reficere, cum proprie dicatur facere: vt per Moder. Aſten. in præalleg.tracta.de refectione.fol.i.& ii.licet de Deci.hic verbum non faciat.

Ad intelligentiam autem,& declarationem illius.§.ſi ſublatum.vide Corn.in conſil.lxxv.lib.iii.& in primo.volumi. Soci. conſi.cxxxviii.cum duobus ſequenti. Ad text.dicto cap.conſuluit.reſponde tu,ꝙ nihil facit.prohibet enim iudęis nouas ſynagogas conſtruere vbi prius non habuerunt. ſicq; mirum non eſt ſi etiã deſtructas pœnitus in eiſdem locis reficere,cõſtruere,

ſeu facere poſſunt, quia eademmet cõſtitu-
tio hoc & patitur, & cõcedit. Cetera i ma-
teria refectionis, dicas, vt per Modernos in
præalleg. tract. de refectione

Secundo intelligitur regula ſecundũ gl.
3 & Deci. hic † niſi reficiẽs immitteret aliqd
in alienum. per l. ſicuti. in. §. ariſto. ff. ſi ſer.
vendi. Sed tũc reficiẽs non ſtaret in termi-
nis mere & propriæ refectionis innouãdo.
primã formam ędificij, d. c. cõſuluit. ſicque
pro limitatione pſentis regulę parũ conue
nit loquentis de mera refectione, ſed latius
de hac materia ſcripſi in d. l. nullus videtur
dolo facere. ſupra eo.

SVMMARIVM.

1 *Quæ hæreditas hic diffiniatur.*
2 *Bonorum poſſeßio quid ſit. Et quid differat ab hæreditate.*
3 *Hæreditas proprie tantum dicitur ante aditionem. & nu. 5.*
4 *Renuntiatio, quam facit filia patri, an ipſam excludat ab hæreditate fratrum.*
6 *Hæreditatis petitio, & interd. quorũ bonorum, quando hæredi detur.*
7 *Hæreditaria bona quæ dicantur.*
8 *Hæreditas an ſit iure gentiũ aut ciuili.*
9 *Hæreditas non concernit locum, quomodo intelligitur.*

L. LXIII. Vlpianus.

HÆreditas nihil aliud eſt, quã ſuc
ceſsio in vniuerſus ius quod de
functus habuit.

REPETITA eſt hec lex ad verbũ in
l. nihil aliud ſupra ti. j. Vbi gl. triplicitẽ op-
ponẽdo hãc regulã declarare nititr. & Alci.
in ſuis iterpretationibus inſiſtit dictæ Bar.
Are. Iaſ. & aliorũ in rub. ff. de acqr. hę. vbi
mẽm iſtius regulę examinarũr, referendo.
Diffinitur, itaq; hic, ſ. d m Bar. et cõiter ſcri
1 bẽtes palleg. † hæreditas iacẽs, put eſt ius
quoddã intellectuale, defuncti pſonã repræ
ſentãs in oĩbus iuribus actiue et paſsiue qd
ius hrditas nuncupat, & mediãte hrditatis
aditione inde acqrimus. ſicq; nõ de ſucceſ-
ſione hois, ſed de ſucceſsione iuris intelligi
tur. Nec de iure ſuccedendi, ſucceſsioneve
ipſa, aut actu ſuccedẽdi: ſed de illo iure, qđ
poſt mortẽ defuncti ante hereditatẽ aditam
loco defuncti ſubrogat, illiuſq; perſonã re-
fert: vt et declarat Dec i cõſ. ccccxxxviij.
col. ij. Et quãuis Alcia. in d. l. nihil. hãc de-
clarationẽ reprobare conet, vix ſibi pſua-
dens, q ſucceſsio intelligi poſsit, ideſt ius
ſuccedẽs, verũ referri debeat ad bona & iu
ra per defunctũ relicta, & per hæredem me
diãte aditione hereditatis acquirẽda: tamẽ
non eſt a cõmuni opi. diſceden. pro qua vr
tex. in l. hęreditatis appellatio. & in l. pecu
nię verbũ. inſupra de verb. ſigni. vbi ex-
preſſe dr, q hęreditas eſt nomẽ iuris: ſicuti
bon. poſſ. Et ab ipſis hęreditarijs rebus diſ-
fert. vnde qui hęreditatẽ alienat, cuictis ali
quibus rebus hęreditarijs nihil pſtat l. ij. in
prin. & i multis aliis legibus eiuſdẽ tit. ff.
de hęre. vel act. vẽ. nõ eſt igitur mirum per
ſucceſsionẽ, intelligi in diffinitione prædi-
cta de iure illo intellectuali, qđ ſuccedit, de-
functiq; perſonam reprę ſentat, et ſignificat
ius vniuerſale de futuro acquireñ. mediãte
aditione. l. i. cũ glo. ff. de rerũ diuiſ. & dicit
Iaſ. in d. rub. de acqr. hęre. col. i. Bar cõiter
a ſcribẽtibus approbari: Errareq; mihi vr
Are. ibidẽ col. i. reprę hẽdens Bart. per l. iii.
ff. de bo. po. per quã apparet ſcdm Aret. in
hac ſucceſsione eſſe cõmoda & incõmoda:
ergo nõ ſolũ actiue, vt dixit Bar. verũ etiã
paſsiue intelligit. nam reſpon. q facit pro
Bar. qui expreſſe intellexit de iuribus acti-
ue & paſsiue, ſed vtit verbo ſuccedat acti-
ue, vt declaret & demõſtret intelligi de ſuc
ceſsione iuris, ſed noluit excludere actio-
nes paſsiuas: alias ſucceſsio nõ reprę ſenta
ret defunctũ in oibus iuribus q̃ defunctus
habuit, vt expreſſe dixit Bar. De diffini-
2 tione † vero bon. poſſ. de qua i d l. iii. in. §.
bonorũ, late poſt ſcribẽtes dixi in rub. C. q
admitti. & de differẽtiis & cõueniẽtiis in-
ter hęre. & bon. poſſeſsionẽ: interq; hęredẽ
& bon. poſſeſſorẽ, dicã infra in l. prętor bo
3 norũ. Et hæreditas † dr antec fit per hæ
redẽ adita, poſtea nõ dicit amplius proprie
hæreditas, ſed confunditur cũ patrimonio
hęredis l. ſed ſi plures. §. ſi filio. ff. de vulg.
& inſtit. de hęre. qual. & diffe. in prin. vbi
tex. optimus. Et cum ius tale hęreditatem
appellamus, impropria locutio eſt. vt hic
per Deci. circa fi. cõmemi. inferentẽ ad de-
terminatiõnẽ no:. qõnis. de qua & aliis. vi-
de Iaſ. in dicta rub. ff. de acquir hęre. Iaſo.
Aquẽ. & Mod. in l. i. in. §. veteres. ff. de ac-
qui. poſ. Alcia. in d. l. nihil aliud. Dec. in cõ
ſil. ccccxxxiii. col. i. vbi poſt Benedictum
4 Caprã vult, † q ex pſona fratris, & ex no-
uo iure, filia, quę pris hrditati renunciauit

ſuccedere poſsit etiam ſi per fratrem patris hæreditas adita non fuiſſet: & dicit etiam Alex.in conſi.xlix.ad fi.in iij.volu.ꝙ hæreditas adita, large hæreditas dici poſsit: ſecundum etiam communem vſum loquēdi: & ſimiliter quando ex mente contrahentis vel diſponentis ex aliquibus coniecturis conſtaret voluiſſe intelligere de hæreditate adita, vt etiam per alios ſcribentes in locis præalleg. Et tamen hæres defuncti perſonam non repræſentat, niſi poſt aditam hæreditatem, vt dixi ſupra & in l. hæredē ſu-
5 pra eo.tit. Sunt qui arbitrentur† ſolā aditionem non facere, quin proprie dicatur hęreditas, ſi non fuerit appræhenſa hæreditariarum rerum poſſeſsio. Are. ſubtiliter in dicta rub.ff.de acqui.hære. Sed contrariū firmauit Pau.de Ca. quem hic ſequitur Deci. quia per aditionem ſolam, dominiū & omnia iura in hæredem tranſeunt l. cum hæredes.ff.de acquir.poſ.ideoque ſtatim deſinit eſſe hæreditas, quia bona ſunt hæredis qui adiuit, & contra Aret. tenet etiam Iaſo. in præalleg.rub.de acquir.hære.& in d.§.veteres. & Alciat.in l. nihil.in ſuperioribus
6 adducta. Aduertas tamen,† ꝙ licet adita hæreditate deſinat hæreditatis nomen, (proprie loquendo) donec tamen hęres adeptus fuerit rerum hæreditariarum poſſeſsionem, competit petitio hæreditatis & interdictū quorum bonorum, non autem poſt apprehēſionem poſſeſsionis: vt hic ꝑ Dec. & prius per Iaſ.poſt alios in d.§.veteres.in v. colū.
7 Quæ autem† dicātur hæreditaria bona, vel ex hæreditate, ſeu tanꝗ̄ hæreditaria, vel quaſi hęreditaria: ponit Are.in l. gerit. in j.not.ff.de acqui.hære. Alex.cōſi.xlix. vol.iij.& Barb.cōſi.xxxvij.col.iiij.li.iij.
8 Sed an† hęreditas ſit de iure ciuili aut gētium: & in foro conſcientię an defuncti perſonam reprę ſentet? ponit Alciat. in d.l.nihil.& prius Iaſo.in rubri. ſupra de acquiren.hæredi.

Vltimo no.ꝙ per hanc legem cum ſimilibus.dicit Sali.in l.cunctos populos.char.
9 vlti.C.de ſumma trin. † ꝙ hęreditas non concernit locum, ſed eſt ſucceſsio in vniuerſum ius defuncti: ideo excluſi per ſtatutum a ſucceſsione alicuius, excluſi erunt in omni loco: prout dicitur de eo cui iudex bonis interdixit l. is cui.ff.de verbo. oblig. Et ſimiliter in iure accreſcendi, quod locū habet etiam in diuerſis patrimoniis in locis ſeparatis exiſtentibus, propter vnitatē iuris hæreditarii vniuerſalis: vt per Rom. in conſil.lxxxj. incipiente ꝙ dicti, & per Ioan.Crotum in repe.l.re coniuncti. colū. xlvj.ver. vigeſimo quæritur. Sed labitur Sali.nam hæreditas tanquam quid incorporale, non concernit locum: ex hoc tamē non ſequitur quin ob patrimoniorum diuerſitatem, diuerſis legibus, ſeu ſtatutis ſuppoſitorum, ſicque varias qualitates habentium, diuerſimode fieri non debeat patrimoniorū diuiſio & ſeparatio, ſecundum diuerſitatem ſtatutorum, ſeu iuris communis & ſtatutorum, quibus hæredes ſubijciuntur, vt pulchre per Alex.in conſi.cxxviij. conſideratis, col.iij.lib.j.

SVMMARIVM.

1 *Moram non incurrit, qui ſine dolo malo litigat ſe defendendo.*
2 *Intellige ut hic.& nu.3.*
4 *Quanto maior committimus moram in deū: tanto maior eſt pœna peccati.*

L. LXIIII. Iulianus.

QVi ſine dolo malo ad iudiciū prouocat non videtur morā facere.

SVMPTA fuit ex ll.per glo. alleg. Facit etiam tex.l.nō poteſt videri improbus. cum not.infra eo.

1 Nota,† nō eſſe in mora qui ſine dolo malo litigat ſe defendendo. Et intelligitur pręſens regula quando ſic litigandi iuſtam cauſam habuit: vt quia in ius alterius ſucceſsit, vinculum obligationis ignorans: vt per glo. facit l. qui in alterius ſupra eo. propterea talis de interitu non tenetur, nec ad vſuras, nec ad alia ad quæ tenetur moro-
2 ſus: iuribus per glo.alleg. Secus† eſt a contrario ſenſu, ſi iniuſte litigat: vt dicit text. cum glo.in l.nemo.la.j.in.§.j.ff. de verbo. oblig. vbi morā facere dicitur, qui mauult iniuſte litigare, quam reſtituere: & ideo dē interitu, dicit tex.tenetur. Eſt igitur ſalubre quamprimū in mala fide & mora quærere conſtituere cōueniendum, iuxta ea quę in d.l qui in alterius.circa practicā Bar. ad l.ſi quis inficiatus ſcripſimus.
3 Rurſus intelligitur regula iſta† antequā mora ſit commiſſa, ſed poſt non purgatur mora ſi quis litigare vult. Deci. hic poſt Pau.de Caſt.in l.fina.per illum text. ff. de condi.fur. vbi aliud eſſe, dicit, rem hoc caſu offerre: aliud iudicium, ſed iſta intelli-

gentia

gentia ſatis ſub prima includebatur & cõprehendebatur, dum dictum fuit de iuſte litigante intelligi regulam, ſecus ſi iniuſte: ſed qui in mora conſtitutus eſt iniuſte litigat, ideo &c. diciturq; hic agendo moram potius augere, quàm purgare. c. fi. cum ibi plene not. de conſuetu. Et eorum quæ ſcribit Hiero. in commento ſuper Hiere. quanto,
4 † inquit, maior eſt numerus temporũ, quibus obliuiſcimur deum, tanto maior eſt pœna peccati, quod nec longitudine ſeculorũ potuerit edomari.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, temere, quid ſignificet.*
2 *Verbum, negotijs, quid ſignificet.*
3 *Lex ad ea, quæ facile & frequenter eueniunt, refert ſe tantum.*
4 *Hyppocrates cur de podagra non ſcripſit, & Solon de parricidio.*
5 *Dependentia a voluntate principis impoſſibilia cenſentur.*
§. j. l. iiij. ff. de fideicom. liber. ornatur.
6 *Lex conſtituitur etiam de caſibus raro contingentibus: tam per tam naturam, quã facto hominis & nu. 8.*
L. Antiqui. ff. ſi pars hæred. pet. declaratur, & ornatur.
7 *Proles legitima vſque ad quæ tempora cõſideretur.*
9 *Hæc regula quomodo intelligitur.*
10 *Mulier, licet virago, nec poſtulare, nec tutorem conſtituere poteſt.*

L. LXV. Iulianus.

EA QVAE raro accidunt, non temere agendis negotiis computantur.

SVMPTA fuit ex. ll. per glo. alleg. Suboſcurus tamẽ eſt iuriſconſultus hic in
1 verbis regulæ. In tex. ibi † temere, proprie ſtulte, & inconſulte exponitur. l. cum quem temere. ff. de iudi. hinc Terẽ. ne qd temere agas. Aliquando ſine cauſa, vt penes eundem Teren. Haud temere nonnunquam pro, fere, vſurpatur: vt per Quint. ibi, illud ingeniorum velut præcox genus non temere vnquam peruenit ad frugem. Hic, temere, capi põt primo modo, & vltimo: quòd ea quæ raro accidunt, agendis non computantur negotijs: temere, id eſt inconſulte, ſed conſulto, quia valet ad ea quæ ſæpe & frequenter eueniunt leges ſe referũt. Poteſt etiam ſecũdum vltimam expoſitionem ſtare, quòd raro accidentia fere non computantur &c. nam aliquando, vt infra dicam, cõputantur. In eodem tex. ibi agen
2 dis † negotijs. gl. intelligit. i. legibus quæ de agendis negotijs loquuntur: ſed violat tex. Tu melius exponas non recedendo a verbis iuriſcõſulti, quòd ſimilia quæ raro accidunt nõ facile computantur agendis negotijs, per leges ſcilicet, quas futuris negotijs formam dare certum eſt. l. leges & conſtitutiones. C. de legib.
3 Not. ergo, † quòd lex ad ea quæ raro eueniunt, non refert ſe, ſed ad ea quæ facile & frequenter. ſ. l. iij. cum duabus ſeq. ff. de legi. Et quod raro fit, ſicut etiã vetus ſapientia docet, non obſeruant legiſlatores: ſed quod fit plerũq; & reſpiciunt & medẽtur. vt in auct. vt ſine prohib. ma. in. §. quia vero multum. & in l. antiqui. ff. ſi pars hę red. pet. Hinc Bal. in d. l. iii. ait, quòd ſicut vna hirundo non facit ver. nec vna pulchra dies æſtatem, ita nec vnus caſus legem. Idcirco
4 † Hyppocrates (ſi Plinio credimus) de podagra nihil ſcripſit, quia cum ætas frugalis eſſet, eum morbũ futurum non putauit. Neq; Solon, qui Athenẽſibus leges dedit, parricidij ſupplicium ſtatuit, quòd eũ caſum euenire poſſe non credidit, vt Cice. in orationibus ſcripſit. Hinc eſt etiam, quòd ſi dico aliquem eſſe mortuum, quem conſtat natũ fuiſſe iam annis centum præteritis, demõſtrando filium illius qui ſit annorum centum, onus probandi mortem mihi incumbere videbatur, quia contingere põt, vltra annos centum aliquem viuere, quia nõnulli reperiuntur annorum viginti ſupra centum, ſed quia hoc raro contingit, lex non præſumit ipſum viuere: & ſic præſumptio de qua in l. ij. ff. quemadmo. teſta. aper. ad hunc caſum non extenditur. Pau. de Ca. in d. l. iij. ff. de leg. hocq; vt arbitror. ideo eſt, quia licet per naturam eueniat, rariſsime tamen euenit. Conſona eſt prędictis alia concluſio, quòd in conſideratione non habet, quod de iure ſpeciali fit, & conceditur. l. iiij. §. j. ff. de fideicom. liber. cum dictis per
5 Deci. hic in fi. etiam dicentis † depẽdentia a voluntate principis, iure quodã ſpeciali cenſeri ac impoſsibilia, niſi ſcilicet cõſue-

ea ſint concedi.§.fi.l.apud Iul.ff.de lega.j. De quo vltra not.ibi per ſcribentes. vide Are.& alios in l.id quod apud.ff.eo.tit.& Soci.in l.quidam relegatus.in vlt.nota.ff. de reb.dub.Præterea ad tex.d.l.iiij.in.§.j. cum not.per Barto.adde Roman.in conſil. lviij. Alex.in conſi.xv.colum.fi.& in cõſi.lv.volu.v.& in l.eleganter.in princ.ff. de condi.indeb.Are.in conſil.clxj.colum. ii.Iaſ.in l.de pupillo.in princ.in ii.colum. ff.de no.oper. nuncia.in l.ſi infanti.in fin. C.de iure deliberan. Aquen.& Deci.in l. poſtquam liti. col.fi.C.de pact.Deci.in c. clerici ad fi.ii.colum.de iudi.& in l.ii.C. qui admitti.

6 Interdum tamen † etiam de caſibus raro contingentibus lex conſtituitur:ut in d. l.antiqui.Ad cuius declarationem & limitationem.vide Alciat.lib.ii.diſpu.ca.viii. Rimi.in l.poſthumo.ad fi.C.de contratabul.Aul.Gell.in noct.Attic.c.ii.libr.x.

Et alius caſus eſt in l.ſi maior.C.de le-
7 git. hæred. vbi † ſoboles nata ex vxore quinquagenaria, proles eſt legitima patri ſuo,eidemq; ab inteſtato ſuccedit, quamuis rarum ſit & miraculoſum fœminam illius ætatis parere: vt habetur etiam in l.ſi ſterilis.in princ.cum glo.ff.de acti.empt. & per Fulgo.in conſi.ccxii.vbi tam in maſculo ꝙ in fœmina generationis tempus circa annum ſexageſimum,ait,præfigi.Verumtamen Plin.lib.vii.c.xiiii.de naturali hiſtor.refert compertum fuiſſe maſculum vſq; ad annum lxxxvi.generaſſe. Eſt etiã alius caſus in l.ſeptimo menſe.ff.de ſta.homi.declarando: vt per Pau.de Caſt.in l.iii. ff.de legi. Et ratio prędictorum caſuum
8 eſt,ſecundum Ang.in d.l.iii.quia†per naturam illi caſus eueniunt:quæ natura ſemper eſt certa,nec vllo hominis facto mutari poteſt.vnde naturæ caſus etiam rariſsimus inſpici debet,& ſequuntur ibi Mode. Sed ꝙ idem eſſe debeat,licet caſus talis raro poſsit euenire, aut per rerum naturam non ſoleat,ſed facto hominis:text.eſt in l. fina.C.de conſul.libr.xii. vbi patriciatus dignitatem conſecutus paterfamil. efficitur,& a patria poteſtate liberatur ne imperialis dignitas minui videatur ſi filiumfamil.in patrem haberet:& ſi hoc rarum ſit, vt in honorem patriciatus filiumfam.prouectum quis videat, tamen ne tale quid in parte temporis eueniat, & ſine legibus inueniatur,hæc a nobis (ſubiungit tex.)ſancita ſunt.ergo lex reſpicit caſum etiam raro euenientem, non natura, ſed fortuna ac facto & fauore hominum.Propterea Cicero in oratione illa quam pro Sexto Roſc. habuit.poſtquam dixit cur Solon de parricidiis legem non tulerit,ſubiunxit:Quanto maiores noſtri ſapientius, qui cum intelligerent,nihil eſſe iam ſanctũ quod non aliquando violaretur, audacia ſupplicium in parricidas ſingulare excogitauerunt,vt quos natura ipſa in officio continere non potuiſſet, magnitudine pœnæ maleficio ſubmouerentur.

9 Sapientius igitur videtur,ꝙ † lex etiã raro euenientes caſus determinet:ſed quando rariſsime, ſeu miraculoſe huiuſcemodi caſus euenirent,non eſt mirum ſi curam de illis nõ habuit lex,quemadmodum de Lazaro reſuſcitato dixit gloſ.hic.& in d.l.iii. & Barto.in d.l.ſi maior. qui tamen caſus adhuc determinabuntur per regulas aliarum legum : vt ibi per docto. & per Chriſtophorum Portium in.§.inſulam. inſtitu. de rerum diuiſi. Tandem vt ſemel finiam dicere poſſumus & forte melius : leges ad ea,quæ frequenter cõtingunt adaptari:nec variari debere ex his quæ raro in dictis
10 terminis accidunt.Exempli gratia,ſi †mulier poſtulare prohibetur, quia non ſit ſufficientis & integræ prudentiæ, quæ prudens & ſagax reperta fuerit, non poſtulabit.Rurſus mulieris iudicium cõſtans,ſtabileq; non eſt in eligendo tutorem, quod animi virilis eſt.l.fœminæ.ſupra eodem.l. i.ff.qui pet.tut.ſi reperiatur vna mulier virilis,conſtantiſque animi,non propterea tutorem eligere poterit, ſecundum Raph.& Cor.in d.l.ſi maior.

SVMMARIVM.

1 *Verbum,cauillari varijs modis accipitur.*

2 *Quomodo accipitur hic, & tribus modis fit ſecundum Ariſtotelem.*

3 *Vlpianus hic reprehenditur a Laur.Vallã.*

4 *Calumniari & cauillari an ſit idem. & nume.6.*

5 *Callidus quis dicatur.*

7 *Leges cauillationes abhorrent, & eas calumniare non oportet nu.8.*

9 *Inſtantia non perit quando cauſa protellatur cauillationibus aduerſarij.*

10 *Exceptio euidentis calumniæ, equipolet except.ineptitudinis.*

11 *Cauillatio quandoq; tolleratur vt malitijs obuietur.*

L. in fundo. ff. de rei vendic, declaratur & ornatur nu. 15.

12 *Aduocatus iuſtam cauſam fouens an vti poßit cauillationibus, & pars periurio. et nume. 13.*

14 *Aduocati cauſas iniquas defendere non deberent.*

16 *Iudex an poßit vti cauillationibus contra teſtem.*

17 *Promißio facta ſubdito facinoroſo an debeat obſeruari. & nu. 18.*

19 *Fides etiam hoſti data, ſeruari debet.*

20 *L. nam & ſeruius. ff. de nego. geſt. quomodo intelligatur.*

21 *Dolus, an virtus quis in hoſte requiratur quomodo accipitur.*

22 *Ex minima mutatione facti totum ius mutari.*

L. LXVI. Iulianus.

EA EST natura cauillationis, quam Greci ſophiſticam appellant, vt ab euidenter veris per breuiſsimas mutationes diſputatio ad ea, quæ euidenter falſa ſunt, producatur.

Haec lex ad verbum etiam ponitur in l. nam cauillationis, ſupra titu. proxi. Et
1 habet † varias ſignificationes huiuſcemodi vox. Cauillatur enim, qui calumnioſe agit: Cauillatur, qui breuiter & falſe aduerſariũ ſermone captat, aut irridet: Cauillatur, qui ſciens vt ſuam ſententiam tuea-
2 tur falſa prodit: Cauillatur, † vt hic dicit iuriſconſultus, qui eo aſſumpto quod euidenter verum eſt, diſsimiliter acceptis terminis quod falſum eſt infert. Idq; vt ĩ Elẽchis Phil. tradit, fit tribus modis. aut enim argumentum peccat in materia, aut in forma, aut in vtroq;. In materia vt in exemplo gl. hic intelligentis regulam noſtram, quando arg. peccat primo modo. & ſequitẽ Alcia. in d. l. natura cauillationis, & deducẽ vocabulum ab antiquo verbo, caluire, quod eſt decipere: ſignificat etiam fruſtrari, fallaciaq; & dolo vti, metaphora a caluis tracta, qui eos fruſtrantur a quibus pre capillis prehendi videntur. Cicero autem in ſecundo de oratione, cauillationem, pro generali quodam facetiarum genere, cauillo, dicaculo, & faceta vrbanitate accipit: prout referũt & probaut Aul. Gel. & Lauren. Valla in ſuis elegantiis. c. ccccclxix:
3 vbi † Vlpianum hic reprehendere auſus eſt, ex eo ꝙ in hac materia alibi deſcripſit Caius iuriſconſultus dum inquit, ſi calumnietur, & moretur, & fruſtretur: inde & calumniatores appellati ſunt, qui per fraudẽ & fruſtrationem alios vexarent litibus: & inde dicta eſt cauillatio. Caius nullam aut mentionem facit de euidenter veris, aut de euidenter falſis, nec de breuitate, nec faciendam fuiſſe putat. cum plerunque cauillatio tecta ſit & inſidioſa, multis longiſq; frequenter ambagibus vtens, & quæ vix ab acutis reprehenditur. Quapropter cauillatio, dicit ipſe, eſt ſubdola oratio quam nos conſcii nobis mendacii, vincendi tamen cauſa, proferimus. In hunc, inquit, ſenſum vſi ſemper ſunt iuriſconſulti & Quintillianus. Inuenies autem dictam legẽ Caii in l. ſi calumnietur, ſupra titulo primo.

Sed argumen. Vallæ reſpond. Alciatus libr. iiii. de verbo. ſignificat. loqui Vlpianum quando cauillatio pro argumen. ſophiſtico accipitur: & ſic cum peccat in materia: & tunc optime Vlpianus dicit: & naturam ſophiſticę cauillationis deſcribit vt in ſuperioribus retuli. Non tamen mihi diſplicet Lauren. Vallæ deſcriptio, quæ omnem ſpeciem cauillationis in malam partem ſumptæ complectitur. Non omitto ꝙ Valla poſtquam Vlpianum improbare auſus eſt, Caium pari cenſura cor-
4 rigere voluit: dum † ſentire videtur idem eſſe calumniari, & cauillari: cum ſecundum Martianum iuriſcõſultum accuſatori tantum tribuatur calumniari: patet cum ait, calumniari eſt falſa crimina intendere, quod per l. xii. tab. declaratur. Calũniator idem patiatur quod reus, ſi conuictus eſſet. hinc etiam Hieron. quamuis Valla non referat. Calumnia, inquit, eſt, cum iuſtis hominibus crimen impietatis obiicitur. Et calumnioſus, qui calumniam inferre ſolet: vt vult Auguſtin. de calumnioſo loquente, qui tendiculas verborum requirit. proprie vero eſt vocabulum iuriſconſultorum, qui illam capiunt pro vexatione

alicuius in lite per fraudem & fruſtratio-
nem. Hinc etiam Cicero, exiſtũt ſępe iniu-
rię calumnia quadam & nimis callida atq;
malitioſa iuris interpretatione. alij p vſur-
pationem nonnunquam pro fallaci & do-
5 loſo: Hinc etiam † callidus, per duplex ll,
aſtutus dicitur, differtq; a verſuto, ꝙ calli
dus: vt ait Cicero, ſit ille cuius acuminis
vſu vt manus opera concalluit verſutus,
cuius mens celeriter verſetur. Sed Caiũ
defendit Alcia. loco præallegato: Vallam
oblique Caium perſtringere ſcribens, qui
ſentire videatur, idem eſſe cauillata, & ca-
lumniari, nõ vidẽs quomodo Valla id col-
legerit. cum enim caluiri, antiquũ verbum
fruſtrari eſſet, cauillatioq; & calumnia in-
de deducatur, nõ eſt tamen conſequens al-
terum cum altero idem eſſe: ſicut cum di-
cimus a verto, fit verſus, & verſura, nõ ſe-
quitur vſuram idem eſſe, quod verſum.

Sed fantaſia Vallæ ſine colore non fuit,
quia, quicquid dicat Alcia. de verbo, calui
ri, de eo apud Caium nõ fit mẽtio. Verum
a verbo, calumniari, calumniatores, & ca-
uillationem deduci. voluit ideo, inferebat
Valla, cum ab eodem verbo deſcendãt, ſe-
cundũ Caium eiuſdem ſignificationis erũt,
quod tamen falſum eſt. Sed conſequentia
non tenet ſecundum Alcia. vt in verſu &
verſura patet, quæ a verto deducuntur. Et
tamen ſunt diuerſæ ſignificationis: vt eſt
etiam apud Calepinum, & Grammaticos
6 dictum. Tamẽ † recte nõ videtur deduci a
verbo calumniari, cauillationem. Id enim
nuſquam probatur, quinimmo ab antiquo
verbo, caluire, vt diximus, deriuatur. Co-
gitabam tamen Caium iuriſconſul. non di-
xiſſe cauillationem deduci a verbo calum
niari, vt Valla & Alci. ſenſerunt, ſed dicto
prius ꝙ calumniari eſt morari, & fruſtra-
ri, & inde appellatos eſſe calumniatores,
qui per fraudem & vexationem alios liti-
bus vexant, ſubiungit, & inde cauillatio-
nem eſſe dictam, nõ ꝙ ab eodem verbo de-
ſcendat, id enim nõ dicit, ſed quia de natu-
ra cauillationis eſt fallacia doloque vti.
quemadmodum de natura calumniæ eſt,
alios per fraudem & fruſtrationem litibus
vexare. ideo calumniæ coniunxit cauilla-
tionem: ꝙ inde pariter, eodemq; modo di-
cta ſit, propter fallaciam, & dolum cauilla
tionis, ſicuti calumnia propter fraudem, &
7 fruſtrationem calumniantis, Quas † qui-
dem cauillationes & abhorrent & reijciũt
iura. l. j. ff. de reg. Cato. ibi, an cauillamur,
id eſt per cauillationem, & fallaciam argu-
mentamur, vt in l. ij. in §. tractari. ff. ad ter-
tullia. ibi, verba cauillatus. & in c. venera-
bilis. vbi docto. de iudicijs. & hic tradit
Deci. nimiam, ſcrupuloſamque ſubtilita-
tem, cauillationem eſſe ſcribens, & deridẽ-
dam, vt hic per eum & in ſuo conſil. dviij.
colum. ij. & dcxc. col. j. Facit ꝙ dicere ſo-
8 lemus, † ius ciuile non oportere calumnia-
ri, neque verba eius captari. l. penulti. ff. ad
exhiben. cum alijs quæ allegaui in l. ſecun
da. in verſi. & cum placuiſſet. colum. iij. ff.
9 de ori. iur. Hinc etiam eſt, ꝙ † vbi cauſa
protellatur per ſubterfugia & cauillatio-
nes aduerſarij inſtantia non perit, Roma.
in conſi. ccxx. Alex. conſi. xlii. in cauſa &
lite. colum. iij. vol. iij. Deci. in c. ex ratio-
ne. col. viij. de appel. De quo tamen articu
lo, quia non deſinunt qui contrariam ſentẽ
tiam amplectantur. vide Alcia. Barbat. &
Are. in d. c. venerabilis. de iudi. Alex. con-
ſi. lxxj. volu. v. & conſi. 100. colũ. j. in eo.
Natam in repe. clem. ſępe. col. xl. & ſequẽ.
de verbo. ſignifi. & Iaſ. in l. ij. ad fi. princi-
pij. ff. de eo per quem fact. erit. Et propte-
10 rea etiam dicimus † exceptionem euiden
tis calũniæ æquipollere exceptioni inepti
tudinis, quã iudex ex officio allegare repel
lereq; põt: ita Are. ĩ d. l. ita ſtipulatus. col.
antepe. circa medium. ff. de verb. oblig. fa-
ciunt not. per Aquen. in repe. l. vt vim. co
lum. viij. ff. de iuſti. & iur.

11 Ad obuiandum tamẽ † malitijs & frau-
dibus tolerantur cauillationes & admittũ
tur. arg. l. in fundo. ff. de rei ven. iuxta glo.
no. in c. cupientes. in ver. malignãtium. de
electio. in vj. et in c. dominus noſter. xxiij.
12 q. ij. quæ vult, ꝙ ſi † aduocatus iuſtã cau-
ſam foueat, vti poteſt malitijs & cauilla-
tionibus: vt hic per Deci. & in ſuo conſil.
cccccviij. colum. ij. & dcxc. colũ. j. & per
Bologninum in auctẽ. habita. col. xliiii. C.
ne fil. pro pat. & per Anchar. in cõſi. cxlv.
dum licitum eſſe dicit in lite fraudem qua-
litercunq; excludere. & etiam per Alcia-
tum in tracta. de præſumpti. in xxvii. præ-
ſumptione, tertiæ regulæ. Sed non ſunt
prædicta ita ſimpliciter intelligenda. habẽ
ti enim iuſtam cauſam pro victoria repor-
tanda periurium committere non licet: vt
poſt ſanctum Thom. tradit ſumma Angel.
in verbo interrogationes. verſic. lxiii. Et
gl. in dicto verſic. malignantium. intelligit
licitum eſſe cauillationes cauillationibus
repellere, dum falſa probatio non ſit ad-
mixta, ideo contra producentem inſtrumẽ
tum falſum, aliud falſum inſtrumentum cõ

tra eum producere non debeo, nec eſt licitum. late Fely. in c. dilecti. ad fin. de excep. & tradunt omnes Moder. in l. manifeſte. turpitudinis. in cauſis recuſationis iuramẽti. ff. de iureiur. Et ex dictis ibidem per ſcribentes cognoſces Deci. hic male dice-
13 re, † ꝙ ſi mutuum reſtitui, poſſum licite cũ iuramento reſpondere, affirmareq; a te me nihil habuiſſe: quia hoc falſum eſt, iurandumq; eſſe ſecundum practicas & cautelas ibidem per ſcribentes traditas. Quo tamen ad deum qui cor reſpicit, ſi quis parũ expertus eo modo bona fide & conſcientia iuraſſet, illum damnari non crederem, ſed laudo ſeruari cautelas & practicam de quibus per ſcribentes præallegatos. Et
14 notabitis diligenter vos † aduocati qui cauſas iniuſtas ſuſcipitis non ad vincendum, quia ſcitis cauſam malam & iniquã, ſed ad differendum, aut ad concordandum ſiue vt interim pactio aliqua fiat, excuſari apud tribunal altiſsimi minime poſſe: qm̃ hæc omnia conſtat eſſe iniqua, & ſimiliter non excuſari qui malam cauſam in principali habẽs aduerſarium vexat aliquod iuſtum caput aſſumendo, ut ſub hac iuſtitia gradiendo principale iuſtum impediat, aut differat, vel peruertat. oportet enim nõ ſolum medium, ſed etiam finem eſſe minime iniquũ, vt per Caietanum in ſua ſummula
15 in verbo, aduocati. Deniq; † ad declarationem & limi. d. l. in fundo. volẽtis malitiis hominum eſſe obuiandum, vide pulchre Ancha. in conſi. cccxxxiii. colum. ii. Ang. conſi. lxvi. col. i. Soci. conſil. lxvi. & cviii. col. vi. vol. i. Mod. in l. edita. in vltimis col. C. de eden.
16 Et ſimiliter † propter ſuſpicionem contra teſtem militantem debet iudex diligẽter illum examinare, quærendo eum inuolvere ſi poteſt, vt hic per Deci. Pariter ad inueſtigandum veritatem, poteſt iudex cauillationibus vti, & ad bonum finem ſi-
17 mulare. c. afferte. de præſump. & ideo † poteſt delinquenti liberationem promittere, ſi delictum confiteatur, & inde ea promiſſione non ſeruata illum condemnare, prout fecit Alexander III. contra illum epiſcopum ſimonia inuolutum: vt ſcribit Felyn. in c. accedens. el ij. vt lite non conteſta. & in c. afferte. de præſump. vbi ſubiungit vidiſſe iudices, qui ſimulationes huiuſcemodi execrantur. Deci. hic poſt Imo. in cõſi. cix. contrarium tenet, ꝙ reus virtute cõfeſsionis extortæ per dolum & fraudẽ condemnari non debeat, per no. in c. ſane. de renuncia. & in. §. fi. l. item ſi in pretio. ff. loca. Item quia fides data ſeruari debet. l. j. ff. de pact. l. j. ſupra de conſtit. pecu. etiam ꝙ hoſti data fuerit. c. noli. xxiij. q. j. præſertim per iudicem & referentem perſonam publicam: vt hic per ipſum Decium, quem ſequuntur hic quidam apoſtillantes eius ſcripta. adde eundem Dec. in l. vnica. in ſeptimo nota. C. de ſen. quæ pro eo quod intereſt profer. vbi refert Paridem de Puteo in eandem concurrere ſententiam. Pro opi. tamen præcedenti contrariȩ ſententiæ Imo. faciunt quæ pulchre & eleganter ſcribit Cicer. in iij. Offi. cum inquit, illud quidem neq; dedi neq; do fidem infideli cui quam: idcirco a poeta dici quia cum tractaretur Atreus perſonæ ſeruiendum fuit: ſed ſi hic, inquit, ſibi ſumunt nullam eſſe fidem quæ infideli data ſit, videant ne quæratur latebra periurio: eſt autem etiam ius bellicum fidesq; iuriſiurandi ſæpe hoſti ſeruanda. quod enim iuratum eſt vt mens conciperet fieri oportere, id obſeruandum eſt: quod aliter id ſi non fecerit nullum periurium eſt, vt ſi prædonibus pactum pro capite pretium non attuleris, nulla fraus eſt, ne ſi iuratus quidem id non feceris, nam pyrata non eſt ex perduellium numero definitus, ſed communis hoſtis omnium, cũ hoc non fides eſſe debet, nec iuriſiurandũ commune. non enim, ait, falſum iurare, peierare eſt: ſed quod ex animi tui ſententia iuraueris ſicut verbis concipitur more noſtro, id non facere periurium eſt. ſcite enim Euripides, iuraui, lingua mentem iniuriatam gerit. Regulus vero non debuit conditiones, pactioneſque bellicas, & hoſtiles perturbare periurio. Cum iuſto enim & legitimo hoſte res gerebatur, aduerſus quem & totum ius ſociale & multa ſunt iura cõmunia, ꝙ ni ita eſſet nũquam claros viros ſenatus vinctos hoſtibus dediſſet. Pro-
18 pterea † vidi alias factum fuiſſe ſaluumcõductum per Senatum illuſtriſsimi principis noſtri ſub nomine principis cuidam inſigni latroni & ſeditioſo, qui ſub fiducia ipſius ſecuritatis datæ venit in ciuitatem Taurini, vbi captus fuit & incontinenti iuſtitiæ traditus ſaluoconductu ad collum eius appenſo: ita viſum fuit illuſtri cancellario tunc exiſtenti. quod tamen factũ multi damnabant. Quicquid enim dicat Cicero, opinio Imol. & ſequacium commu-
19 nis eſt, & tenenda † propter fidem datam quæ ſeruari debet non ſolum hoſti communi, ſed etiam perſonæ priuatæ, & banito

maxime a perſona publica:prout etiam te
net ſumma Angel.in verbo fides.in princ.
Hippol. de Marſil. in practica cauſarum
criminalium in.§.poſtquam . colū.ij.& in
conſi.xxxij.col.iiij.vbi hoc dicit eſſe iu
ri & æquitati conſentaneum , maxime in
principe in quo nihil eſt quod magis reful
geat ꝙ recta fides. & etiam in conſi.cvij.
colum.ij.Et iſta ſententia & opinio mihi
etiam magis placet, ne bona fides venien-
tem decipiat,& auctoritas publica.contra
l.j.C.de his qui veni. ætatis impetr.& di-
cta per Theolog.ac Oldra.quem refert &
ſequitur Bar.in l.is qui reus.colum.penul.
ff.de publi.iudi.vbi dicunt ſaluumcondu-
ctum cōceſſum bannito,debere ſeruari , ne
ſub fide publica ille deceptus remaneat.et
ſequitur Pariſi.Cardi.in conſil.lxviij.col.
xviij.nume.177.libr.iiij. Prædictis adde
etiam Iaſo.in l.conuentionum.ff.de pact.
vbi in perſona publica fidem dantem id te
net,vt illam debeat ſeruare etiam hoſti: ſe-
cus ſi priuata perſona alteri priuato data
ſit, Niſi aliter,inquit,de cōſuetudine obſer
uetur:per text.nota.in l.nam & ſeruius in
20 princ.ff.de neg.geſt. † ſed in caſu illo an-
tequam tertius liberaretur ea conditione
dimiſſus fuit , vt pro omnibus ipſis tribus
pecuniam afferret , & niſi rediiſſet vt alij
duo pro eo pecuniam darent: ita fides etiā
ſocio data fuit,eidemq; mandatum de ſol-
uendo caſu quo tertius ipſe non reuertere-
tur. ideo nimirum ſi ad obſeruantiam ſuæ
promiſsionis tenetur.propterea verior eſt
opinio,quam hic ad finem tenet Deci. &
alij in locis præalleg.ꝙ de iure fides,etiam
hoſti data , per priuatum priuato ſeruanda
ſit:prout etiam tenet & late proſequit̃ For
tun. Gratia in d.l.conuentionum. Et il-
21 lud Virgilianum, † Dolus an virtus quis
in hoſte requirat:procedit in ſolertia , ma-
chinatione,& dolo, quibus contra hoſtes
vti licet tam priuatis,ꝙ publicis perſonis
belli,præcipue ducibus:ſecundum præal-
legatos.modo tamen non frangant, neque
fallant fidem datam. Inuenio etiam , ꝙ
Petrarcha lib.iiij.Epiſtolarum ſenilium in
prima Epiſtola fol.ij.non poetæ grauiſsi-
mi,ſed paſsionati ore illud ibi dici,ait.Fa-
cit quod ſcribit Cicero ſupra relatus , ꝙ
cum tractaretur atreus,perſonæ ſeruiendū
fuit . Et etiam in j.officiorum.ibi, at atreo
dicente plauſus excitantur.eſt enim digna
perſona oratio,ſed poetæ quid quęque de-
ceat ex perſona iudicabunt , & in magna
varietate perſonarum etiam vitioſis quid
conueniat & deceat videbunt : ita ꝙ ver-
ba ex qualitate proferentis intelligenda,
capiendaq; ſunt . Ex quibus hunc paſſum
habetis melius declaratum ꝙ per præfa-
tos Moder.in tracta.præſump.in præalle-
ga.xxvij.præſump.

Poſtremo ſcias ex hac l.etiam colligi.
22 † ex minima mutatione facti totum ius
mutari: ſecundum Alber.de Roſa. ita per
hunc tex.dicentem in l ſi ex plagis.in.§.in
cliuo capitolino.ff.ad l.Aquil.& per De-
cium in l.præcibus.col.ij.C.de impube.&
alijs ſubſtitu.

SVMMARIVM.

1 *Creditor & debitor qui dicantur.*

2 *Hæc regula quomodo procedat.*

L. LXVII. Iulianus.

MARCELLVS ait, deſinit debitoris eſſe qui nactus eſt exceptionem iuſtam , nec ab æquitate naturali abhorrentem.

Melius, clariuſq; ꝙ hic faciat gl. ſe inuoluens circa intellectum pręſentis re
gulæ,poteſt de plano intelligi per l.debi-
tor.ſupra tit.j.ſecundum Deci.adde & per
1 l.creditor.eod.tit. vbi † creditor dicitur,
qui exceptione ſubmoueri non poteſt. Et
debitor a quo inuito exigi poteſt. Si ergo
propter aliquam iuſtam exceptionem ne-
queat ab eodem exigi, proprie deſinit eſſe
debitor. ideo ſi petente creditore lex ſta-
tuat etiam in dicta cauſa debitorem in car-
cerem detrudi,hūc caſum excipiemus,qm̄
nec is proprie creditor eſt qui iuſta exce-
ptione ſubmouet, nec proprie debitor qui
illa ſuffultus eſt , cum deſinat (vt hic di-
citur) debitor eſſe . Facit lex non videtur
cepiſſe,cum ibi dictis ſupra eo.
2 Et intelligitur† hæc regula exceptione
oppoſita:ſecus ante illius oppoſitionē.ideo
tex.hic deſinit,recte dicit: quia ante oppo
ſitionem debitor erat: vt hic per Decium.

Sec hæc declaratio Decij videtur cōtra
hunc text.volentem,ꝙ ille qui iuſtam ex-
ceptionem cōſecutus eſt,deſinat eſſe debi-
tor, nec exigit,oppo. fateor ꝙ ſuccumbet,

conuentus,niſi opponat:quia tñ veriſimi-
le eſt reum diligentem in re ſua fore,exce-
ptioneq; vſurum,conſiderato per legẽ eſſe
ctu talis non intelligit debitor. Bene itaq;
dixit iuriſconſul. nactum efficacem exce-
ptionem deſinere debitorem eſſe, quia ab
eo inuito exigi non poteſt.

S V M M A R I V M.

1 *Verba intelliguntur ſecundum naturam contractus.*

2 *Contractus cognoſcitur magis ad ſubſtantiam rei de qua agitur,quam ad denominationem a partibus factam.*

L.ſi inſulam.ff.de præſ.rip.verb. ornatur.

3 *Verba ad perſonam relata, intelliguntur ſecundum qualitatem perſonæ.*

L.plenum.§.equitij.ff.de vſu & habita. ornatur.

4 *Interpretatio potius ſumẽda eſt,quòd actus valeat,quam quòd pereat*

L. quotiens cum ſimilib.ff.de reb.dub.ornatur.

L. LXVIII. Iulianus.

QVOTIES idem ſermo duas ſententias exprimit : ea potiſsimum accipiatur,quæ rei gerendę aptior eſt.

SVMITVR ex.ll.p gl.alle. Hinc eſt
1 † ꝙ verba ſecundum naturam contractus
intelligunt.l.ſi vno.in princi.cum ibi no.
per Bar.ff.loca.& per Deci.hic & in c.cũ
parati.col.ij.de excep. Rimi.in l.j.col.ij.
ff.de iuriſdi.om.iudi.& ibi Iaſ.ſuper gl.in
verbo poteſt.& plenius Fely.in c.nam con
cupiſcentiam.col.j.& ij.de conſtit. Hinc
2 etiam eſt,ꝙ † ad cognoſcendum diſcernen
dumq; qualitatem contractus, magis atten
dimus ſubſtãtiam rei quę geritur,ꝙ̃ deno-
minationem a partibus factã: quia rei quæ
geritur,hæc aptior eſt & cõuenientior ſen-
tentia.text.eſt not.in l.inſulam.ff.de præ-
ſcrip.verb.vbi Iaſ.plura accumulat. vltra
quæ vide Ro.in cõſi.cccccix.col.j.& ſeq.
Are.conſi.clx.in vj.dub.Alex.cõſi cviij.
& cxx.lib.iij.& conſil.xl.col.iiij.lib.iiij.
Pau.de Ca.in l.ariſto.ad fi.princ.ff.de do-
na.Soci.in l.ij.in princ.in vlt.col.ff.ſi cer.
peta. Bologn.in conſi.liiij. Deci.in conſi.
cxx.clx.clxiiij. & cccccIxxxix.colum.
3 fi. Et ſimiliter dicimus,ꝙ † verba ad per-
ſonam relata, ſecundum qualitatem perſo-
næ ad quam referuntur intelligi debent:qa
huiuſcemodi ſenſus, actui gerendo aptior
eſt & cõuenientior.l. plenum.§.equitij.ff.
de vſu & habi.l.cũ filio.ff.de leg.iij.quod
poſſem pulchris deciſionibus comprobare
quas ponunt Fulg.cõſi.xxvij.Pau.de Caſ.
in conſi.cliij.ad fi.in antiquis.Are.in con-
ſi.lviij.col.ij.verſi.non obſtat ꝙ verba. &
in l.quod ſeruus.col.fi.ff.de acquir.poſſeſ.
Barbat.in c.quoniam frequenter.in.§.por-
ro. col.iij.extra vt lite non conteſta.& in
conſi.lxiiij.col.ij.lib.iiij.Soci.in repeti.l.
cum auus.col.lv.verſic.tertius caſus ff.de
condi.& demon. & in l.quibus diebus. in
.§.dominus.in ij.no.eo.ti.Fel.in c.cauſam
quæ.col.xij.de reſcrip.& in c.nonnulli.co
lum.xv.verſi.& ſi diceretur. illo eo.tit.&
de re iudi.in c.cauſam quæ.col.fi.Corſe.in
ſuo ſing.lvj.incip.aliquis promiſit.Aquẽ.
in l.fi.col.vij.in viij.fall.de conſti. Iaſo.in
l.ſi quando.in fi.prin.C.de inoffic.teſta.&
in.§.libertos.l.ſed ſi hac.ff.de in ius voca.
& in l.qui romæ.in.§.cohæredes.col.pen.
ff.de verbo.obl.Deci.in c.cum venerabi-
lis.in ix.nota.de except.in conſi.lxv.col.
v.& in conſi.lxiiij.& Hippol.de Marſi.in
rub.de proba.col.v.quæ not.ſunt ad orna-
4 mentum d.§.equitij. Et ꝙ † ſermo, qui
actum valere facit,aptior & conueniẽtior
rei gerendæ dicatur. vide l. quoties cum
dictis Soci.ff.de reb.dubi.l.quoties. cum
dictis Iaſ.ff.de verb. oblig.& in l.contra-
henda.infra eod.& Alcia.in tract.pręſum-
ptio.in xxxiiij.præſum.& ſeq.tertiæ regu
læ.Iaſ.vbi limitat poſt Are.in l.verbis ci-
uilibus.in iij.not.ff.de vulga.& in l.cohæ
redi.in.§.cum filio.col.pen.illo eo.ti.& ẽe
in l.plane.in.§.ſi duobus.in primo nota.de
lega.j.& Ripam in l.centurio. nu.128.vbi
aliter limitant.ff.de vulg.

S V M M A R I V M.

1 *Hæc regula loquitur in beneficio,et nu.4.*

2 *Beneficia,et priuilegia perſonalia cũ perſona extinguntur?*

3 *Mutata perſona, res conditionem, qualitatemq; mutat.*

5 Caſtrum ob merita per principem conceſſum, quando intelligatur perſonale.

6 Vicariatus per papam ad decem annos conceſſus, eſt perſonale.

7 Conceßio an realis vel perſonalis cenſeatur: & quid in dubio.

8 Priuilegium datum perſonæ, ad alias non extenditur, nec de loco ad locum. Fallit in acceſſorijs nu. 11. & quid in correlatiuis nume. 12.

9 Priuilegium alicui & deſcendentibus ſeu poſteris datum, quomodo intelligitur.

10 Et an trahatur ad bona futura.

13 Priuilegium actioni datum, ſemper cum actione tranſit. Idem in executiuis.

14 Priuilegium cauſæ & rei, tranſit ad hæredes.

15 Exemptio propter nu. 12. liberorum patri data, durat etiam mortuis liberis.

L. LXIX. Paulus.

IN omnibus cauſis id obſeruatur, vt vbi perſonę cõditio locum facit beneficio: ibi deficiente ea, beneficium quoq; deficiat: vbi vero genus actionis id deſiderat: ibi, ad quemuis perſecutio eius deuenerit, non deficiat ratio auxilii.

SVMPTA eſt ex.ll.per gl.alleg. Sed videtur hæc regula in vtroq; membro repeti in l.priuilegia. infra eo.ti.propter qđ altera de ſuperfluitate videbatur argui poſſe? miror ꝙ Deci.hic,nec alibi de hoc verbum dicat: Arbitror dici poſſe (quicquid hic ſcribat Deci.intelligẽs ſemper hanc le
2 gem in priuilegio) ꝙ † immo loquať in beneficio: vt indicat lectura, quod verbũ large ſumptũ generale eſt, comprehendens ẽt priuilegium: vt declarãt Pau.de Ca.& alij in l.fi.ſupra de conſti.princ.& Alex. in l. quia tale.per illũ tex.ff.ſo.ma.L.vero,priuilegia.loquať in priuilegijs proprie & in ſpecie: ita ꝙ illa ſpecialis eſt in priuilegijs. iſta generalis in beneficijs & priuilegijs. Item illa ſolũmodo loquiť de tranſmiſsione priuilegij ad hæredem facienda vel nõ, iſta generalius ad quęuis tranſmiſsio fiať. Rurſus de priuilegio actionis iſta loquiť, illa de priuilegio cauſæ. Et ſic ceſſat oppoſitio & argumentum de ſuperfluitate.

Circa primum dictum huiuſce regulæ,
2 ꝙ † beneficia & priuilegia perſonalia cũ perſona extinguanť. Deci.hic plura accumulauit, quæ pro maiori parte fuerũt Alexan.& aliorum in d.l.quia tale. vide etiã Iaſo.in l.neſennius.ff.de re iud.& in l.j.& fi.vbi ẽt per Aquen.ff.de cõſti.prin.& Cano.late in c.priuilegium.de regu.iur.in vj.
3 Hinc ẽt eſt, ꝙ † mutata perſona, res conditionem qualitatemq; mutat.c.ij.de immu. eccle.in vj.pulchre tradit Ancha.in conſi. clxxj.incip.caſus.col.ij.& Præpoſi. in ti. qual.iur.deb.dom.vaſ.fidel.col.fi.et Deci. hic ad fi.commẽ. Et quemadmodũ ſupe-
4 rius dixi pręſens regula †(quicquid hic in j.col.ſcribat Deci.) habet locum ẽt in beneficio principis perſonali, vt cũ perſona extinguať, per hãc l.& præalleg.& tradit Alex.in d.l.quia tale.col.ij.Nec ob.d.l.fi. per quam mouetur Deci.qui decipiť.nam loquitur in dubio,& fateor tunc, ꝙ beneficium principis large debet interpretari, realeq; cẽſeri: vt ibi per Alex.& Fulg.pul
5 chre in cõſi.ccxxv.conſulẽtem, ꝙ † caſtrũ ob merita per principem vni nobili ſimpliciter conceſſum, poſt eius mortẽ filijs ſuis pertinet, nec ad principem reuerti debet: niſi intellige aliud de cõſuetudine obſeruaretur, vt in Gallia, vbi cõceſſa per Regem alicui benemerito, poſt illius mortem alijs perſonis per eundem regem conceduntur.

Quando vero beneficium perſonale eſt, abſq; dubio cũ perſona extinguiť, per prædicta. Quod ẽt patet ex deciſione Bald. &
6 Alex.præallegatorũ.† de officio vicariatus alicui per Papam ad x.annos cõceſſo, quia nõ tranſit ad hæredes: ratio, quia per
7 ſonale beneficiũ eſt. Et ad † cognoſcẽdũ an ſeruitus, vel cõceſsio realis, perſonaliſve cẽſeatur, & iudiceť: vide Alb.de Roſa. & Aquẽ.ĩ d.l.fi.col.antepe.et Iaſ.in l.fi.ff. de no.ope.nun.& in cõſi.ccxvij.lib.ij. & lxxxix.lib.iij. Soci.in cõſi.xxxv.col.pe. vol.j.vbi ĩ dubio, priuilegiũ tam perſonis, ꝙ̃ loco, datũ cẽſeri vult. Et quemadmodum priuilegiũ & beneficiũ perſonę datũ,
8 extinguiť cum perſona: † ita vni perſonæ datum, ad aliam limitationẽ coniunctã nõ extenditur, nec de loco ad locũ, aut de contractu ad contractum: vt hic per Deci. & Aquen.in d.l.fi.colum,antepe. An autẽ

9 †priuilegium ac beneficium alicui & deſcendentibus ſeu poſteris cõceſſum, ad omnes tranſeat, deſcendentes tamen per lineã maſculinam quàm fœmininam: decidit text. not. in l. j. & ij. ff. de iure immun. Alexã. in d. l. quia tale. Imol. in conſi. lxij. ad fin. Soci. in repet. l. cum auus. col. lv. ver. tertius caſus. ff. de condi. & demon. Iaſ. in l. ſtipulatio. in. §. hi qui ſunt. colũ. ij. ff. de verbo. obli. Deci. vbi multa conſilia Alex. & aliorum citat, in c. nouit. in vj. not. de iud. in l. ij. col. ix. & pen. ſupra eo. & in cõſi. 223.

Qualiter autem interpretetur priuil. &
10 beneficiũ circa res, vt puta† ſi conceſſum alicui fuerit reſpectu certorum bonorum, vel pro bonis ſuis, an ad futura ſeu ad poſtmodum quæſita extendatur? inuenies, & cognoſces ex dictis per Aquen. loco proxime alleg. Ioã. And. in regula, qui ſentit. de reg. iur. in mercur. Bal. pulchre in conſi. cxxvij. volu. iiij. Pau. de Caſt. in conſi. cclxxx. in antiquis. Alex. conſi. clxxviij. & cxciij. in tertio dubio. lib. ij Socin. conſi. cxvij. col. fi. lib. ij. ſummam Ang. in verbo immunitas. in prin. Iaſ. in l. quominus. col. xxij. ff. de flu. & in l. cũ ſtipulatus fuerim. i. §. cum ſtipulamur. ff. de verbo. oblig. & in conſi. ſuperius allega. Bald. concludit immunitatem pro oneribus perſonalibus & realibus conceſſam, ſibi locum vendicare etiam in rebus poſtea quæſitis. de quo latius per Brun. in tract. de augmẽto. fol. xij. col. iij. & iiij. & in tract. de rebus ſeu diſpoſitionibus dubijs. fol. xxxj. & ſeq. ſub c. ad quod tempus diſpoſitio ſit referenda. Parpal. in repe. l. placet. colum. penul. C. de ſacroſan. eccle. Iaſ. in conſi. xxv. lib. iij. vbi tenet contra deciſionẽ Bald. in conſi. præallegato. & Pariſi. in c. accedentes. col. ij. de
11 preſcript. Et quamuis † regulariter ad alias perſonas non porrigatur priuilegiũ, hoc tamen limitatur non procedere in perſonis acceſſorijs & familiaribus, quibus priuilegiũ cõpetit, quando abſq; illis poſſet priuilegium inutile remanere: vt hic per Decium. adde text. in l. ſi ſtipulatus fuero per te nõ fieri. ff. de verbo. oblig. vbi ſtipulatio, quæ ſtricti iuris eſt, pro vna perſona interpoſita, extenditur ad aliam ſine qua ſtipulationis effectus in expreſſa perſona cõmode locum habere non poſſet, & plures not. deciſiones congerit ibi Iaſo. Circa quã materiam ſemper videbis Deci. hic. Iaſ. & alios in loco preallegato. Are. in l. cũ quid.
12 col. fi. vbi Soci. v. ff. ſi cer. peta. Iaſo. †in l. non tantum, ff. de re iudi. Et ibi ponit, an in correlatiuis priuilegium vni datum, alteri competat.

Circa ſecundum dictum præſentis regu-
13 læ de † priuilegio actioni dato, quòd ſemper cũ actione tranſeat. Bal. in cõſi. xxii. incip. tres. lib. ij. not. dicit, quòd ſicuti cedi põt actio & iudicis officiũ. l. ſi minoris. ff. de adminiſtra. tuto. l. qđ ſi minor. in princ. ff. de minor. Ita actio, & officium iudicis ẽt executiuũ ex ſententia puta, & creditor ſicuti debitor paratã habet executionem, quia tale eſt (inquit) ius creditoris quale obligatoris: per regulã. c. is qui in ius. de reg. iur. in vj. pluraq; de ceſsione iſtius iuris executiui, ſcribunt Are. in d. l. j. col. fi. ff. ſi cer. pet. Soci. in l. rem quæ nobis. col. vij. ff. de acquir. poſſeſ. Alex. in apoſtil. ad Bart. C. de actio. & oblig. in l. j. & Moder. Taurin. in l. debitori. col. ij. C. de pact. & Moder. Papien. in auct. res quæ. in duodecima dubitatione. C. communia de leg.
14 De priuilegio vero cauſæ † ad hæredes tranſeũte, eſt tex. in d. l. priuilegia infra eo. & ſimiliter de priuilegio rei, quod rem ipſam ſequitur, & tranſit ad quemcumq; res tranſeat, eſt text. in l. j. in. §. permittitur. ff. de aqua quot. & æſti. & in l. forma. in. §. quamquam. ff. de cenſib. vt hic per Deci. Generaliter dicimus, quòd res onere aliquo affecta vel qualitate, cũ onere illo vel qualitate annexa trãſit: vt per Ancha. in conſil. cccciiii. col. fi. Bar. in cõſi. clxxx. Soci. in conſi. xcvij. col. ij. vol. j. Bologni. in conſi. iiii. Iac. de S. Georgio. in tract. feud. in verbo qui quidẽ inueſtiti. Prepoſ. in tit. qualiter iur. debe. dom. vaſ. fidel. col. fi. & Iaſ. in conſi. xxj. lib. i. Ea propter qñ ſeruitus realis eſt, id eſt rei impoſita, tranſit ad quemcũque res vadat: vt per Iaſ. in d. l. fi. ff. de no. oper. nun. & per alios ſcribentes ſupra al-
15 legatos. Quandoq; † tñ priuilegium etiã intuitu perſonarũ conceſſum durat. licet perſonę ipſe deficiant: exempli gratia, immunitas, & exẽptio propter numerũ duodecim liberorũ patri data, durat ac perſeuerat licet moriantur filij. Deci. hic circa fi. & per doct. in l. ſi quis decurio. C. de decurio. lib. x. vbi eſt tex. not. in materia. & per Imol. in conſi. lxxvii. & latius Iaſ. in l. ſciẽdum. in. §. fi. ff. qui ſatiſ. cog.

SVMMARIVM.

1 *Inuitus emancipari, uel legitimari nõ põt.*
2 *Contra voluntatem meam res mea in me-*

liorem ſtatum commutari non poteſt.

3 *Hæc regula limitatur. Et nume. 11.14.*
Officia & honores propter publicam vtili tatem in inuitum conferuntur.

4 *Soluere pro inuito quis poteſt, & non repe tit. Limita in ſoluente pro emphyteota nume. 10.*

5 *Inuitũ corrigere poſſum, & de domo ruen- te extrahere.*

6 *Medicus infirmum inuitum curat.*

7 *Expẽſa facta pro infirmo, uel pro liberatio ne captiui poteſt repeti.*

8 *Solutum pro condemnato ad pœnam licet inuito repeti poteſt.*

9 *Pœna talionis per romanos fuit ſublata.*

12 *Quæ actio nobis acquiratur ex ſtipulati. notarij, vel ſerui.*

13 *Acquiſita per filium & ſeruum quomodo inuito patre vel domino acquirantur.*

L. LXX. Paulus.

Inuito beneficium non datur.

SVMPTA eſt ex ll. per glo. alleg. facit tex. c. vbi. & c. conſuluit. lxxiiij. diſt. & l. ſi pro te. ff. man. & l. fin. C. de nego. geſt. cũ
1 ſimilibus. Hinc eſt, ꝙ † quis inuitus emanci pari, vel legitimari non poteſt. l. pen. C. de emancip. lib. l. fin. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. Sufficit tamẽ ratificatio legitimati, etiam poſt mortem patris: vt poſt alios tra dit Deci. in conſi. lv. col. iij. De quo arti culo emancipationis & legitimationis an requirant conſenſum emancipati & legiti mati: & qualis conſenſus ſufficiat, etiam de infante loquendo: vide plene per Barba. in conſi. xxxiiij. lib. ij. Cor. in conſi. clxxvij. colũ. j. volu. j. Iaſo. in l. poſthumo. colum. prima. C. de contratab. Deci. in dictis con ſil. lv. cccxvj. & ccclxvij. Iaſo. in conſil. cxxv. & clvj. lib. iiij. & Curt. Iun. in cõſi.
2 xxxii. Hinc eſt, † ꝙ contra voluntatem vſuarii, res per proprietarium in meliorem ſtatum commutari non poteſt. l. fina. ff. de vſu & hab. cum aliis de quibus per Alex. in conſi. lv. ad fin. in ii. volu. & in l. cũ qd colum. prima. vbi Moder. Pap. iij. ff. ſi cer. peta. & Deci. in cap. ex parte S. colum. ij. de reſcrip.

Et hæc regula intelligitur quãdo ſolum agitur de intereſſe & vtilitate eius cui cõfe
3 rẽdũ eſt beneficiũ: ſecus † ſi de intereſſe al terius priuato aut publico agat, tunc enim etiam in inuitũ confertur beneficium. ff. de mun. & hon. per totũ. vbi propter publicã vtilitatẽ in inuitum cõferuntur honores: ideo ad officia publica ẽt inuiti eliguntur: iuxta glo. not. in l. dotem. ad fi. ff. ſol. matr. de quo per Bal. in l. ij. ff. quod quiſq; iur. & in l. ſi quãdo. col. iij. ad fi. C. de appel. & in l. hi qui ad ciuilia. col. iij. ad fi. eo. titu. &
4 per Fely. in rub. de teſti. cog. Et pro † in uito ſoluere quis poteſt, illumque liberare: quia hoc ẽt commodũ creditoris reſpicit, & ſic alterius quam liberati. l. ſolutionẽ. & l. ſoluere. ff. de ſolu. & ſcribunt Bar. & Pau. de Caſt. in l. ſoluẽdo. ff. de neg. geſt. & Ang. Are. inſtit. quib mod. tol. oblig. in princi in ij. col. & Deci. hic licet de prędictis mẽtio nẽ non faciat. Hoc tñ caſu ſolutum a li berato repeti nõ poteſt: vt declarat Bar. in l. ſi ſtichũ. in §. ſi. ff. de noua. imputandũq; eſt pro recuſante ſoluenti. Et prædicta
5 ratione † inuitũ corrigere poſſum. c. nouit. de iudi. Et de domo corruente proximum extrahere: ita ꝙ iudicium de vi pati nõ co gor, nec poſſum: vt hic per Deci. & Fely. in c. contingit. col. ij. de ſenten. excom. & Cardi. in c. i. lxxxiii. diſtin. Dum dicit, ꝙ
6 † medicus beneficium curationis infirmo etiam inuito, ſi põt, tenetur impendere, nõ obſtante quod dicitur in l. noſtra. cũ multa beneficia impẽdantur inuitis corporaliter, & ſpiritualiter. Violẽter enim angeli extra xerunt Loth, & totã eius familiam de ſub uerſione Sodomorũ, ne cum impijs ipſi ſi mul perirent: vt ſcribitur Gen xix. & Au guſt. ad Bonifacium ait, ꝙ furenti freneti co & indiſciplinato filio medicus & pater ſalubriter ẽt inuitis beneficia præſtant: me dicus illum curando: & pater filium ligãdo c. ipſa pietas. xxiij. qõ. iiij. multa enim præ ſtantur inuitis, quia vtilitati eorum conſu litur non voluntati, quia ipſi inueniuntur ſibi inimici. c. & qui emendat. xlv. diſtin. faciunt alia quæ ſcribit Alex. in apoſt. ad
7 Bar. ſtatim alleg. Et † expenſa pro infir mo etiam inuito per medicum vel aliũ fa cta, repeti poteſt: ſecundum Deci. hic & Fe ly. in d. c. contingit col. ij. & latius Alexã. in apoſtil. ad Barto in l. ſtichus infra alleg. quemadmodum ſi amicus, amicum captum ab hoſtibus eximeret & liberaret, ſolutum per eum repetere poſſit l. liber captus. C. de capti. etiam ꝙ ꝓhibuiſſet, ceſſante hoc caſu regula, l. ſi. C. de negot. geſt. ſecundum

Bal. ibi i ij. col. vbi dicit, ꝙ ſi amicus meus erat in periculo amiſsionis vitę, niſi pro illo ſoluiſſem, poſſum illo prohibente ſolutū repetere. l. at ſi quis, in .§. item labeo. ff. de religio. vbi impenſa ſepulturæ intuitu pietatis facta, contra prohibitionem hæredis repeti poteſt, quia non minus, dicit Bald. reipub. intereſt homines viuentes conſeruari, ꝙ̄ mortuos ſepeliri. & ſequuntur Sali. & Paul. de Caſt. ibidem & Alexand. in apoſtil. præalleg. & ita conſuluit Deci. in conſi. dcxcj. ſequens deciſionem Bart. in l. ſtichus. ff. de pec. leg. de qua dubitaui ſ hic.
8 quod † pro cōdemnato in amputatione manus vel pedis niſi centum ſoluerit intra mē ſem, pro ipſo condemnato etiam inuito & recuſante ſoluere quis poteſt, & repetere maxime, cum reipubl. interſit, homines cōſeruari, & imperium hominum adiectione ampliari magis, ꝙ̄ pecuniarum copia: vt dicit text. not. in .§. penulti. l. fina. ff. de bon. damnat. de quo tex. vide Paul. de Caſt. in conſil. ccxxx. colum. ij. & Soci. in conſil. cxxix. colū. pen. volu. j. Facit tex. §. pœna
9 autem iniuriarū. inſtitu. de iniur. vbi † pœna tallionis, vt membrum pro membro deberetur, per Romanos propterea ſublata fuit. Seuer. pulchre in repeti. l. imperium. quæſt. xj. vbi Deci. in iiij. col. ff. de iuriſdi. omnium iudic. facit etiam tex. in l. non tantum. ff. de appella. dum ait, creat autem humanitatis ratio omnem prouocationem audiri debere, etiam ſi damnatus reſiſtat, de qua vide Felyn. in cap. ſecundo de re iudic. & in cap. cum ſuper. colum. prima eodem titu. vbi multipliciter ampliat, & limitat. Quod tamen dictum eſt pro inuito poſſe ſolui & illum liberari, tempera
10 & reſtringe, † vt non procedat in volente ſoluere pro emphyteota, ne a iure ſuo cadat: nam ſi directus dominus vult, poteſt ſolutionem canonis recipere a quocunque tertio ſeu negotiorum geſtore nomine emphyteotæ ſoluente, ſed non cogitur inuitus recipere ſolutionem ab aliquo, qui legitimam perſonam non habeat, & conſequenter mandatum ad ſoluendum: vt ſingulariterr determinat Bald. in l. acceptam. colum. fina. C. de vſur. eo quia emphyteota tenetur canonem ſoluere non ſolum ad finem liberationis conſequendæ, ſed etiam in recognitionem directi dominij exiſtentis penes directum dominum. l. ij. cum no. C. de iure emphyteo. quod fieri non poteſt per tertium ſoluentem ſine mandato emphyteotæ. Ex quo ſequitur dominū inuitum non cogi a tertio legitimam perſonam non habente ſolutionem recipere: & ita conſuluit Iaſo. in conſi. xlix. in primo volumi.

Secundo intelligitur hæc regula inuito
11 non dari beneficium, ſcilicet directo: † ſecus autem per obliquum, & in conſequentiam. l. etiam inuitis. ff. de acquirendo rerum domi. l. ſeruus vetante. ff. de verbor. obligatio. vbi ſeruus acquirit domino etiā inuito quicquid quærit. ita gloſ. in dicta l. ſoluere. & in .§. non poteſt. l. hoc iure. ff. de donatio. Archid. & Cardi. in dicto cap. & qui emendat. in fi. Iaſo. et alij in d. l. ſeruus. & Aret. in l. cum filio. colum. ij. & vj. ff. de lega. primo. vbi eleganter reſpondent ad præallegata iura, eſſe illud propter effectus patriæ vel dominicæ poteſtatis a l. attributos, qui ſunt, ꝙ quicquid acquirunt patri dominoque acquirunt: vt ibi & l. placet. ff. de acquir. hære. qui effectus, legiſq; prouiſio, per priuatam perſonam tolli directo non poteſt: l. nemo poteſt. cum not. ff. de legat j. Secus ſi acquireretur abſque legis diſpoſitione per alium non repræſentantem perſonam noſtram, tunc inuitis nobis non acquiritur, vt hic quia requiritur ꝙ interueniat animus noſter, acquirendique voluntas. l. ſi quis vi. in .§. differentia.
12 ff. de acquiren. poſſeſ. Et ideo † licet vtilis ex ſtipul. notarij nobis acquiratur actio, hoc tamen intelligitur ſecuta ratificatione, aliter non: vt late per Deci. in conſil. ccxxvj. & plenius dixi in l. ſi librarius. in verſi. & quicquid alij dixerint, ſed ex ſtipula. ſerui proprij acquiritur directa ſine acceptatione. l. j. ff. de ſtip. ſer. Bal. in l. j. colū. pen. C. per quas perſo. nob. acquir. ob rationem prædictam, & ſic acquiritur nobis et inuitis, non tamen incommutabiliter. nam eam obligationem domino inuito quæſitam a ſe poteſt dominus abdicare, alteriq; remittere. inuitus enim nō retinet l. hoc iure. §. nō pōt. ff. de don. Areti. in l. ſi quis mihi. in .§. iuſſum. col. iiij. ff. de acquir. hęre. Iaſo. in l. ſeruus. pręal. & Deci. loco ſupra ad-
13 ducto. ſicque diſtinguendum eſt, inter † acquiſitionem cōmutabilem, & incommutabilem: reuocabilem & irreuocabilem. acquiſitio enim fit patri & domino ipſo iure. etiam ſi inuitis, ſed non incommutabiliter, quia poſſunt, ſi volunt, repudiare. effectualiter. n. beneficiū non cōfertur: vt hic dicit. in inuitum, ſecundum Ang. Aret. inſtit. per quas perſo. nob. acqui. in .§. item nobis. & Deci. in l. j. in tertio not. C. qui admitti.

vbi idem dicit eſſe in bon.poſ.vt per filiũ & ſeruum acquiratur patri & domino etiã inuitis,non tamẽ incommutabiliter,& irreuocabiliter,ſed reuocabiliter per pręalleg.

Sed melius ſentiunt Alex. ibidem in iii. no.& Rimin.in ſecũdo poſt Imol. & alios ibi relatos,qui pręſcripta intelligunt i acquiſitionibus afferentibus merũ cõmodũ, vt acquiſitio fiat pr̃i & domino etiam inuitis,ſed cõmutabiliter: ſecus in hæred. vel in bo.poſ.& ſic in ſucceſsionibus, quia habent mixturam oneris l. ſi hæreditatẽ. ff. man.l.iii.ff.de bon.poſ.ideo non acquiruntur patri aut dño inuitis.tex.ſunt clari, & aperti,in l.qui in aliena.in prin.ff. de acqr. hæred.in l.iii.in.§.inuito.ff.de bon.poſſ.in l.ſeruo inuito.in prin.ff.ad treb.vbi gl. iii. ita declarat.Et certe illa iura dicũt inuitis nõ acquiri prædictas ſucceſsiones,quę habent oneris mixturam: ergo nullo modo, cum verba generalia generaliter ſunt intelligenda.vulg.l.de pretio.ff. de publ. maxime in bon.poſſ.nã in hæreditate eſt minus dubiũ,propter iuſſum in aditione pręambula requiſitum:iuxta.§.iuſſum.l. ſi quis mihi bona.ff de acquir.hęre.Et ratio diuerſitatis tam in hæreditate q̃ in bon.poſ.quare non acquiratur inuitis, aſsignari poteſt: vt per Bal.in l.i.præalleg.in xx.oppo. Et intelligere illa iura, vt hic facit Deci. eſt deſtruere.Præterea ſi eſſet acquiſita ſucceſſio,repudiari non poſſet ſine beneficio reſtit.in integ.quod minoribus tantum conceditur l.i.C.ſi minor ab hæredi. ſe abſtin. nec Are.per Deci.relatus diſtinguit, prout ipſe refert,ſed vt ſupra retuli. quia verũ eſt ꝙ etiam ea quæ continent merum lucrum, non acquiruntur effectualiter, ſi ille cui ſit acquiſitio nõ vult retinere.d.§.non poteſt. ſed ea quæ habent mixturam oneris, nullo modo acquiruntur inuitis. Item in alio propoſito de acquiſitione reuocabili,& irreuocabili: vide poſt Bald. Deci. in l. vnica. ad fi.C.quando non pet.par. vbi latius ſcripſi. vide etiam Deci.in l pręcibus. in gloſ. fin. C.de impub.&c.

Tertio & vltimo hæc regula, vt ex præ
14 dictis apparet,intelligitur† quando de in-
tereſſe pecuniario agitur. Tunc enim beneficium non cõfertur in inuitum: ſecus vbi de ſalute animę vel corporis agitur, quia tunc beneficium inuito dari poteſt c.nouit. de iudic.& c.& qui emendat. xlv. diſt. & c.ipſa pietas.xxiii.q.iiii.nec mirum, quia, vt membrorum ſuorum nemo dominus eſt l.liber homo.ff. ad legem acquil. Ita nec animæ,cuius vita deus eſt c.reſuſcitatus,de pœn.diſt.i.

SVMMARIVM.

1 *Gladij poteſtas delegari non poteſt. Et quæ ſit ratio.*

2 *Pœna mortis & mutilatio membri non poteſt delegari. Et quid de pœna digiti, vel auriculæ nu. 4.*

3 *Mutilatio membri non erat cognita de iure fforum.*

5 *Quæcunque cohertio non poteſt delegari.*

6 *Modica cohertio corporalis delegari poteſt.*

7 *Cauſæ meri & mixti imperij ex conſuetudine delegantur.*

L. LXXI. Vlpianus.

NEMO poteſt gladii poteſtatem ſibi datam vel cuiuſuis alterius cohertionis ad alium transferre.

SVMPTA eſt ex l. ſolent.ff. de offic. proconſul.& lega.ex.§.fin. l.i.ff. de offic. eius.& l. imperium.ff. de iuriſ. omn. iudi. quæ leges omnes ſunt creaturæ Vlpiani, ſicuti & præſens regula,quæ materiam delegationis meri imperii continet, quæ in alto verſatur pelago, eamque ſæpe tractaturus interpretando.d.l.imperium.& titulum de offi.eius.vbi plene ſcripſimus,enucleando breuibus ac paucis verum, & genuinũ omnium legum ipſius tituli ſenſum. ideo hic legis noſtræ intellectum tantûmodo declarare conabimur.

1 Nota† gladii poteſtatem (quæ merũ imperiũ alibi dicitur in pręalleg. l. imperiũ.) delegari non poſſe. Ratio eſt quia ſpecialiter & in priuilegium maioribus magiſtratibus conceſſa fuit, & ideo delegatio prohibita.l.i.in prin.cum ibi not. ff. de offi. eius

2 Et quamuis†gladii poteſtas ad vitę ademptionem referatur,idem tamen eſt in mutilatione vel abſciſsione membri, quia tanta poteſtas exigitur in abſciſsione alicuius membri,quanta in toto corpore puniendo: Deci.hic.Fely.in c.ex literis.col.pe. de cõſtit. vbi animaduerſionem. de qua in d.l.
3 imperium.ad mortẽ adaptari dicit. † quod verum eſt ſecundum iura fforum ſecundũ

quæ pœna mutilationis membri cognita non erat: vt per Rimin. Seuer. & Moder. Pap. in d. l. imperium. ſecus de iure nouo & nouiſsimo. ſecūdū quę iura gladii poteſtas conſiſtit in animaduertēdo in totū corpus vel in partē: vt per glo. & doct. in d. l. imperium. in ver. animaduertendum. & eſt tex. in §. ad hoc autem id prohibemus. in auct. de colla. Et ꝙ æquiparentur quo ad iuriſdictionem pœna mortis, & mutilationis membri: ponit Bar. in l. imperator. la. ii. ff. de ſta. hom. lex igitur noſtra ſecūdum iura ffor ū. & mentem Vlpiani auctoris ipſius. l. intelligeretur de gladii poteſtate vitā adimēte, ſed inſpecto iure nouiſsimo, & ſecundum mentem compilatorum iſtius voluminis etiam de mutilatione membri intelligi poterit per prædicta. Et omnino quod de toto corpore dicitur, locum habet etiam in parte corporis. Intellige prædicta de mutilatione membri principali manus, vel pe-
4 dis. ſ. †ſecus in membro ſecūdario, digito puta vel auricula, iſta enim ſunt de minori inferiorique imperio, vt poſt Alber. tradit Aquen. in d. l. imperium. in ſecundo gradu meri imperii, & ſequitur ibi Gaſpar Portugal. in xliiij. col. ſuæ repet. Alii tamē contrarium tenere vidētur: & ꝙ iſta ſint etiam de mero imperio maiori, cum pars membri mortificetur: & idem iuris ſit partis quo ad partem, quod de toto quo ad totū l. quę de tota. ff. de rei ven. facit l. in ſeruorum ad fi. ff. de pœn. pro eadem opi. vide Deci. in dicta l. imperium. in quinto gradu meri imperii.

Secundo no. ꝙ ſicuti prohibita eſt dele-
5 gatio poteſtatis gladii, † ita cuiuſuis alterius cohertionis. Deci. hinc inſiſtit diſputando de qua nam cohertione intelligatur: cōcludens tandem de corporali quę delegari nō poteſt, qui articulus ordinarie examinatur in d. l. imperium, & in d. §. fi. l. primę. de offi. eius. & in l. fi. eo. ti. vbi Deci. idem tenet quod hic. Moder. ibidem communiter contrarium volunt, quodq; text. de cohertione corporali magna intelligatur, vt
6 hic per glo. aliud † in modica, quia competit omnibus magiſtratibus iure magiſtratus, ideo delegabilis eſt. per regulam. d. l. i. in prin. Et pariter quod huiuſmodi modica cohertio in delegatum tranſeat, quando ſine ea iuriſdictionē explicare non poſſet. §. fi. & l. fi. præallegatis. ſecundum verum ſenſum. reſpon. accommodata per glo. & ſcribentes ad textum noſtræ legis. ibi, cuiuſuis alterius cohertionis, vt de cohertione magna intelligatur, pro veritate violentiā facit literæ. Nihilominus vt iura iuribus concordentur, ea expoſitio tolerari poteſt, quia modica cohertio perſonalis omnibus magiſtratibus, & iure magiſtratus cōpetit, ideo delegabilis eſt, vt prędiximus. Et tanto magis ꝙ l. ſolent. præalleg. vnde ſumpta eſt noſtra, non dicit cuiuſuis, ſed tantū cuius alterius: quo caſu violentia non eſt ſubintelligere, magne corrupte, itaq; cuiuſuis, hæc legitur & ſolum eſſe debet, ac legi cuius. Denique, vt ſemel finiam, notandū
7 eſt, ꝙ † cauſę meri, & mixti imperii ex conſuetudine indiſtincte hodie delegantur, etiā quo ad pœnam vltimi ſuplicii, Alber. de Roſa. in prin. d. l. i. in pen. col. & ibi Deci. in glo. poſsit, circa fi. & alii ſcribentes ibidem. plura itaque effundere non expedit.

SVMMARIVM.

1 *Fructus & vtilitas rei eſt poſſe etiam pignorare.*

2 *Proprietarius creditor, cui vſusfructus pignori datus fuit, non computat fructus in ſortem.*

3 *Pactum, quòd pignus vendi non poteſt, non valet.*

4 *Creditor vendere pignus non poterit etiā poſt terminum debitore precium offerente.*

L. LXXII. Iabolenus.

FRuctus rei eſt vel pignori dare licere.

QVEMADMODVM indicat inſcriptio, hęc fuit creatura Iaboleni iuriſconſulti poſita ad verbum in l. fina. ff. de vſur. vbi eſt melior glo. q̄ hic, tot verbis ſuperfluis non vtēs. hocq; dicere iuriſcōſul. intē-
1 dit, Quod † ex quo fructus, & vtilitas rei eſt, poſſe etiam pignorare, ideo vſufructuarius rē pignori dare poterit, cuius vſumfr. habet. dare reſpectu ipſius vſufruct. intelligenon reſpectu proprietatis. l. intereſt. cū glo. C. de vſufru. Et not. eſt diligenter, ꝙ ſi
2 † proprietario res pignorata fuiſſet, & reſpectu vſusfr. conſtitutum pignus, ꝙ creditor non teneretur tunc fructus in ſortem cōputare, quaſi cū proprietate cenſeatur tūc conſolidatus vſuf. c. conqueſtus. vbi Abb.

notat, de vſur & tradunt Mod. de Fano. in tracta. de pigno. fol. xlix. col. iiij. verſi. quo
5 limitatur, nu. 217. Item nota †non valere pactum ne pignus vendi poſsit, tanquam publicæ vtilitati repugnans. glo. l. ſi conuenerit. ff. de pign. act. Deci. hic. Moder. de Fano loco præalleg. in ſexta parte princi. fol. 50. & Barba. in c. fin. col. fi. de ſolu. Si tamē
4 †poſt terminum, & ante venditionem debitor ſolutionem offerat, nō poteſt ad venditionem procedi: vt per Dec. hic poſt Cardi. & æqua videtur opin. cum creditor tūc juſtam querelæ cauſam non habeat, conſiderata attentaque oblatione ſolutionis, per quam tollitur omnis obligatio. vt inſtitu. quibus mod. tol. obli. in prin.

SVMMARIVM.

1 *Quæ cauſa cognitionem, & decreti interpoſitionem requirūt, delegari nō poſſunt.* Limita. nu. 2.
3 *Dictio, libellum, quomodo exponatur.*
4 *Cur miſsio in poſſeſ. non delegetur, ſed bene cognitio.*
5 *Cauſæ cognitio, interpoſitio decreti ex conſuetudine non delegantur.*
6 *Conſuetudo tātum habet de potentia, quātum de actu.* Et *non extenditur de caſu ad caſum nu. 7.*

L. LXXIII. Iabolenus.

OMnia quecūque cauſę cognitionē deſiderant, per libellū expediri non poſſunt.

Svmpta eſt ex l. nec quicquam. in. §. j. de offic. procon. & lega. vbi Iaſo. in viii. col. ponit. quæ Deci. hic tranſcripſit. Si huiuſce regulę verba tantummodo conſideranda eſſent, interpretatio regulę haud difficilis videretur, ꝙ ea quæ exigunt cauſæ cognitionē. ſicque aduerſarij pręſentiā ſeu vocationem ne iniuſte grauetur, aut legatur per ſupplicem libellum, expediri non poſſunt, ſed vocanda ſit pars, & ſolenniter proceden. iuxta. l. nam ita diuus. ff. de adoptio. l. de vno. ff. de re iud. & l. fin. C. ſi per vim vel alio modo. vbi negotiorum merita partium aſſertionis panduntur. facit l. minorum. C. de pręd. mino. & l. diuus. C. de in integ. reſti. Sed quia hoc modo intelligendo lex eſſet de indubitabili, ideo reijcitur talis interpretatio per omnes, in d. §. vbi decretum. l. nec quicquam.

Nota ergo ſecundum receptam a ſcribentibus ſententiā, ꝙ †omnia quæ plenā cauſę
1 cognitionē & decreti interpoſitionē deſiderāt & requirūt, delegari nō pñt, nec per delegatū expediri. Ad idē tex. in d. §. vbi decretū. & in l. cū hi. in. §. ſi pretor, vbi Bald. no. ff. de tranſa. & in l. mādata. cū not. per Deci. ibi in iiij. no. ff. de offi. eius. & Iaſ. in vlt. col. ꝑdicti. §. vbi decretum. In quibus locis doct. limitāt, ex quibus limit. nō nullas hic refert Deci. Intelliguntq; præfati ſcribētes †regulam iſtam in his, quę offi
2 cio iudicis nobili expediūtur: ſecus ſi officio iudicis mercenario jureq; actionis expediantur, qa delegari regulariter poſſunt quāuis plenam cauſæ cognitionem requirant. Rationem ponit Bar. in d. §. vbi decretū. col. pen. in ij. lect. quia primo caſu electa videtur induſtria perſonę, ſecundo nō; ideo nimirum, dicit, ſi primo caſu prohibita eſt delegatio, ſecundo aūt non. Fulgo. tamen Iaſ. & alij ſcribentes fatentur per dictā intelligentiam fieri violentiā tex. exponendo, † libellū, ideſt per delegationem, cū ſit
3 extranea expoſitio. Alciat. lib. ij. Paradoxorum. c. iii. aliter hūc text. interpretatur cōſtituēdo differentiā inter ſententiam & decretū. (& fuit Bart. in. §. vbi decretum, col. pe. in prima lectu. vbi latius hoc explicans poſt Iaco. de Are) dicit, differentiam eſſe inter ſentētiā & decretū. quia ſentētia eſt deliberatio iudicis cōtinens in ſe cauſę deciſionem, abſolutionēq;, vel condemnationē. l. i. ff. de re iud. Decretū vero eſt conſiderata ſeu deliberata prouiſio iudicis, quaſi decretū cum deliberatione verbū certum. Ex ſententia igitur abſolutio, vel condemnatio ſequitur. in decreto iudicis ſolū auctoritatē ſuam interponūt, & quod agitur ſibi iuſtum videri pronunciant. In his cauſis iuriſconſult. ſecundū præfatos vult non ſufficere pro decreto ſubſcriptionē iudicis ad libellum porrectum, ſed ſolenniter interſeri debere cum cauſæ cognitionē deſideret. Sed iſtum intellectum relinquamus cū cęteris. text. enim dicit, per libellum ſimilia expediri non poſſe: non autem per ſubſcriptionem ad libellum ſupplicem. hæc enim impropriationem continet, & diuinationem. Eapropter a communi gl. & doctorum intellectu non recedas per libellū. i. epiſtolium, & breuiolum, cōtinens prædictorū delegationem, ita ꝙ nulla erit

improprіatſo. Et ꝙ tex. ſic intelligi debeat
probant præcedentia quæ de delegatione
loquũtur, & in principio ipſius. l. nec quic-
quam. dicitur, nihil eſſe in prouincia quod
proconſul per ſe ipſum expedire non poſ-
ſit. & inde proſequẽdo materiam in. §. vbi
decretum. dicit, quod ea, de quibus ibi, per
alium expedire non poteſt, hoc eſt per de-
legatum, ſed per ſeipſum, conſiderata ita-
que materia ſubiecta quæ eſt de delegatio-
ne, ac legibus immediate præcedentibus
quæ de tali materia tractant, extraneũ ab-
ſonumque nõ eſt exponere per libellum,
ideſt per delegationem in libello conten-
tam, alijque tranſmiſſam, ſecundum ſubie-
ctam materiam. Ex quo patet intellectus
præcedentes, qui materiæ delegationis nõ
accedunt, in propoſito noſtro minime con-
uenire, nec procedere, ſecundum mentẽ iu-
riſconſulti, hinc.

Deinde circa difficultatẽ in qua docto.
4 ſe torquent. Miraturq; † Paul. de Caſt. vt
hic refert Deci. quomodo actualis miſsio-
nis in poſſeſsionem prohibita ſit delega-
tio, in qua nulla cauſæ cognitio requiritur:
cum tamen cognitio de mittendo in poſſ.
delegari poſsit. l. pen. §. vt bonorum. ſecun
dum communem intelligentiam. ff de offi-
cio eius. Reſponde ex dictis Aquen. in l.
ij. col. iij. ff. de iuriſdict. omnium iudicum.
& in l. iubere cauere. col. ij. & pe. eo. ti. vbi
etiam per Mod. Papi. idcirco miſsionem
in poſſ. nõ poſſe delegari, quia in tali actu
miſsionis in poſſ. ſcandala oriri plerunque
conſueuere: propterea conſiderauit legiſla
tor, ꝙ maioribus magiſtratibus talem im-
miſsionem facientibus patienter magis ac-
quieſcent hi, contra quos fit miſsio, ꝗ̃ ſi ꝑ
delegatos & pedaneos iudices fieret: vnde
ad euitandum ſcãdala noluit lex actualem
miſsionem demandari poſſe, licet ceſſante
ratione ſcandali cognitio delegari poſsit.

Nec obſtat ꝙ talis miſsio ẽt per nunciũ
fiat: vt per Deci. in d. §. vt bonorum. quia
repræſentat perſonam mãdantis, & ipſe nũ
cius verba concipit in perſona committen
tis, quod non facit delegatus, vt in propo-
ſito declarat Rim. in l. j. ſuper glo. in verbo
poſſeſsionem. ff. de iuriſd. om. iud. Deni-
5 que vt ſemel finiã conſiderañ. eſt, an † prędi
cta hodie procedãt: quia ſi ex generali vſu
& conſuetudine cauſę meri imperij, etiam
quantum ad pœnam vlt. ſupplicij, vt dictũ
fuit in l. nemo poteſt. ad fi. ſupra eo. delega
biles ſunt. Fortius videbãt delegari poſſe
ea de quibus in hac regula? Niſi dicas con
ſuetudinẽ prædictam in cauſis criminali-
bus & meri imperij vigere, non aũt in hu-
iuſcemodi cauſis mixti imperij, quæ ple-
nam cauſæ cognitionem cum interpoſitio-
6 ne decreti exigunt. Conſuetudo † enim tã-
tum habet de potentia, quantum de actu,
& non plus: ſecundum Bal. in c. j. in princ.
colum. v. qui feu. da. poſ. Item tantum ha-
bet de effectu & potentia, quantum habet
de vſu & non plus, proprioſque terminos
facti & vſus non excedit. Bald. in l. fin. C.
communia vtr. iud. Bart. in l. j. in. §. ſi quis
hoc interdicto. ff. de itin. actuque pri. Iaſo.
in conſi. cxcij. ad fin. in ij. volu. & Alexã.
7 conſi. lvij. in iij. vol. † vbi dicit conſuetu-
dinem propterea non extendi extra caſum
ſuum, ſicuti nec ſtatutum. de quibus etiam
Balbum in tract. præſcri. & Cur. in tracta.
per conſuetu. in pluribus locis.

SVMMARIVM.

1 *Cui hæreditas defertur, illi onus tutellæ imponitur.*

Limita. 4. modis & nu. 3.

2 *Statutum quòd agnati cognatis præferan tur, præferuntur etiam in tutella.*

3 *Tutella matris & auiæ non regulatur ab hæreditate.*

4 *Tutor an defuncto pupillo abſque agnatis & cognatis ſuccedat.*

5 *Sicut fratri defuncto uocatur frater & mater: ita etiam ad tutellam.*

L. LXXIIII. Paulus.

QVo tutela redit: eo & hęreditas
peruenit. niſi cum fœminæ hære
des intercedunt.

SVMPTA eſt ex l. j. ff. de leg. tut. licet
iuriſcõſul. hic ordine cõuerſo regulã tradat
Vbi igit' hrditas, ibi regularit' tutela. d. l. i.
et iii. eo. tit. & l. fi. C. de leg. hęr. et. §. ex his
in auct. de hęre. ab ĩteſt. & inſtit. de leg. pa-
tro. tut. eo, inqt, ipſo quo hæreditates liber
torũ, ſi inteſtati deceſsiſſent, iuſſerat lex ad
pronos ꝑtinere, crediderũt veteres voluiſ-
1 ſe leges ẽt tutelas ad eos ꝑtinere, quia † ple
rũq; vbi ſucceſsionis eſt emolumẽtũ, ibi ẽt
tutelę onus eẽ debet. Plerũq; aũt, ſubiũgit
legiſlator, ideo dixiſſe, ꝗa fœminã excipit,
vt in l. noſtra. Et eſt hæc regula in naturali
rõne fũdata ſcd͂m gl. d. l. i. ꝑpea gl. hic nõ
ab re dixit hanc l. eſſe filiam l. ſecundum

naturam ſupra eo. Et ſicut excipitur fœmi
na: ita eadem ratione excipitur minor. ſecũ
dum glo. hic. per tex. l. fi. C. de leg. tut. Ex-
cipe etiam caſum, vbi propter delictũ pa-
tronus iure ſuccedendi priuatur, quia non
priuatur onere tutelę. §. interdum aũt. vbi
Bart. not. l. i. pręalleg. Quarto intellige re
gulam iſtam de tutela legitima, quę defer-
tur ab inteſtato. ea enim tutela a ſucceſsio-
ne inteſtati regulatur: ideo in ipſa hęc regu
la procedit, alias ſimpliciter intelligẽdo, ſe-
queretur tutorem datiuum pręferri cuicũ-
que legitimo hęredi, ac agnato, & cogna-
to, quod falſum eſt, ſecũdum omnes: vt hic
per gl. & Cor. in l. nutritoribus. C. commu
nia de ſucceſ.

Et per hanc regulam ꝙ illi defertur hę-
reditas, cui onus tutelę, & econuerſo: infer
tur ſecundum Bar. in l. i. in prin. ff. de leg.
2 tut. ꝙ † ſi agnati cognatis in hęreditate a
ſtatuto pręferantur, eodem modo in tutela
pręlati intelliguntur, quodque tutelę onus
ſubeant. Alia quędam allegat hic Deci. &
vltra vide eundem in conſi. xvi. vbi atteſta
tur opi. Bar. cõmunẽ, licet aliqui contrariũ
tenuerint, & ita etiam conſuluit Signorol.
de Homodeis in conſi. ii. & ſequitur Bald.
in. §. i. inſti. de leg. agna. tut. ſicque alias in
practica obtinui. Et quemadmodũ Bald.
ait, prędicta procedũt in tutelis iuſsis, quę
agnationis cognationiſque iure deferũtur,
in quibus idem iudicatur de tutela quod de
3 hęreditate, vt dictum eſt. ſecus † in tutelis
permiſsis: vt in tutela matris & auię, qui-
bus non iubetur tutela, ſed permittitur. in
auct. vt liceat mat. & auię, in pluribus lo-
cis huiuſcemodi tutela non regulatur ab
hæreditate, ideo quamuis prędictæ perſo-
nę excluderentur ab hęreditate, non tamẽ
excluduntur a tutela alio non apparente, vt
hic per Decium poſt Ioan. And. & Sali. &
per eundem Deci. in c. ex parte M. col. li.
de appellatio. & pro hac opinio. ipſe De-
cius conſuluit in pręallegato. conſi. xvi. &
antea ſic conſuluerat Alex. licet Deci. de
ipſo tunc non fuerit memor, in conſi. cx. vi
ſo. lib. iii. & Barba. in conſi. xi. vol. iii. quã
opinionem approbat etiam Corne. in l. fin.
ad ff. C. de legit hęred.

Infertur etiam ex iſta regula ſecundum
4 glo. hic † tutorem debere ſuccedere pupil-
lo defuncto agnatis cognatiſque deficien-
tibus excluſo fiſco. Bar. hic reprobata glo.
contrarium firmat, per textum. in l. nutrito
ribus. C. communia de ſucceſſ. vbi guber-
nator perſonę illi non ſuccedit, minus ſuc-
cedere debet gubernator rerum, & ſic tu
tor. Miror ꝙ Deci. ſuper hoc articulo nihil
dicat. Cor. in d. l. nutritoribus. opinionem
Bart. communem aſſerit, cum idem teneant
Dyn. Oldra. Salyce. Fulgo. & Benedict. de
Plumbi. ibi relati. Eo quia iure cautum nõ
reperitur, quod gloſſator hic dixit: & ita
poſt Iacob. de Are. tenet hic Albe. de Ro-
ſa. Cui quidem opinioni adhęrere videntur
Ang. & Roma. in l. i. C. vnde vir & vxor.
prout ibi refert Corne. & Iacob. de ſancto
Georg. in tractatu de rhoidis. colum. v. vbi
glo. noſtram, a docto. ait, damnari. Dyn. hic,
prout referunt Corne. & alii in locis ſupra
alleg. etiam infra allegandis. Bal. Ange.
Pau. de Caſt. & Cor. in d. l. nutrioribus. &
Alex. hic in apoſtil. ad Bart. ſequunt' opi.
glo. noſtræ hic. quam etiam ſimpliciter re-
ferunt & approbant Ang. in l. ſi quando. la
ii. C. de bon. vacan. lib. x. Ioan. de Plat. in
l. j. col: ij. C. ſi liber. imper. Soci. lib. x. Bal.
in l. ſi qua illuſtris. C. ad officia. vbi dicit,
ꝙ vulgo conceptis non habentibus vxorẽ
vel lineam maternam ſuccedit tutor: alias
ſuccedit fiſcus. Et ſimiliter expoſitis apud
hoſpitale miſericordiæ ſuccedat hoſpitale,
vltimo fiſcus tanquam in bonis vacanti-
bus. hanc glo. ſequitur etiam Alex. in con-
ſi. xxxj. colum. ij. volu. j. Imo. in l. ſi quis fi
lio exhæredato. in. §. eius. ff. de iniuſt. rup.
& Deci. in l. j. col. fin. C. vnde vir & vxor.
Eo caſu ſcilicet quo pupillus moritur tute-
la durante, alias ſecus. argu. l. matres. C. ad
tertul. per regulam huiuſce legis quæ ſatis
clara eſt, ꝙ vnde prouenit tutela, exinde
prouenit ſucceſsio: cum a pari videantur
iſta procedere, & ad eum debeat perueni-
re hæreditas, ad quem tutela deuoluta fuit.
Et aliter intelligendo, inepte hæc regula
poſita fuiſſet. Delatio enim tutelæ ſecundũ
ordinem ſucceſsionis in hæreditate regula
tur, non econtrario. d. §. ex his. ſecundum
Cor. loco pręallegato. ſubiungentem pro-
pterea hanc regulam multũ facere pro opi-
nio. iſtius glo. Et licet regula non faciat ius
ſed recitet, tamen in antiquis legibus, quas
forte non habemus, ſtatutum id eſſe pote-
rat: Vel etiam dici poteſt, ꝙ immo regula
ius facit intranſitiue accipiendo: iuxta ea
quæ dixi in l. i. ſupra eodem. Et ad l. nutri-
toribus. reſpondetur, ꝙ loquitur in nutri-
tore, qui de nutrito mercedem recepit: ſed
hæc gloſ. loquitur de tutore, qui bona ſine
mercede adminiſtrat, & cuius periculo
ſunt bona. Nec obſt. replicatio Angel. &
Roman. in d. l. j. C. vnde vir & vxor. ꝙ ea

ſolutione

ſolutione attēta ſequeretur procuratorem perpetuo conſtitutum videri domino ſuo ſuccedere poſſe, propter onus propter obligationem & periculum. nam ſecūdum Rimin. in d.l.j. faciliter reſpō. poteſt, ꝙ diſpoſitio legis noſtræ loquitur iu tutore, non in alijs adminiſtratoribus: idcirco locum nō habet in curatore. ſicut nec lex deferens tutelam ad inſtar ſucceſsionum, locū ſibi vēdicat in curatore. l.j. & iij. ff. de leg. tut. Præterea d.l. nutritoribus. nō loquitur in tutore habēte gubernationem perſonæ & rerum pupilli, ac ius & poteſtatem in ipſo pupillo. Inſtitu. de tutor. in princi. ideo inductio facta per Bart. de l. nutritoribus. vt vt dicunt Bald. Imo. & Rimin. præallega. multum eſt a remotis. Nec obſt. ſi dicatur prætor in edicto ſuo de ſucceſsione huiuſcemodi non meminit, faciendo tantummodo quatuor capita, quibus deficientibus fiſcū admittit. l.j. §.j. ff. ſi tabu. teſt. nul. exta. iuncta l.j. & fi. ff. de ſuc. edic. quod non eſt credendum ſi iuris id fuiſſet. Poteſt reſpon. ſatis videri factam mētionem in l.i;. in §. fi. ſupra vnde leg. Facit quia liberalitatis imperialis ſocius, & ſimiliter ſocius reſpectu collegij, ad hæreditatem excluſo fiſco admittuntur: & tamen de eis non eſt per prætorem facta mentio, niſi ſub generalitate, per d.l.ij. Et ſimiliter ad iura ꝗ vxorem poſt fiſcum vocare uidetur reſpō. intelligi niſi extaret tutor, quemadmodum interpretationem talem patiuntur reſpectu ſociorum, de quibus ſupra. Nihilominus recedendum nō eſt ab opi. Bar. quam vidētur ſequi Cor. ſibi contrarius in d.l.j. colū. fi. C. vnde vir & vxo. & latius, clariuſque ibidem Rimi. in vlt. col. quia talis ſucceſſio non reperitur introducta per l. xij. tabula. neq; de iure prætorio, nec ex aliqua parte iuris ciuilis. Vnde veriſimile non eſt, ꝙ ſi per tutorem voluiſſet fiſcum legiſlator excludi, hunc caſum adeo notatu dignum, & frequentem omiſiſſet. Erubeſcere ergo debemus ſine lege loquentes. l. illam. C. de colla. propterea in ſucceſsione fiſco dādus eſt locus. l. fi. ff. de ſucceſſ. edic. l. ij. §. an bona. ff. de iur. fiſ. l. nutritoribus. vt vidimus, nimium a remotis venit. Et licet tutor a nutritore differat propter periculum & onus tutelæ, non ſequitur ſola illa ratione ſucceſsionem (vt ait Cor.) deferri ad l. noſtram, ſuper qua ſolummodo fieri pōt ſtringens fundamentum pro opi. Bar. reſponde hoc intendere, ꝙ eo iure quo quis ad tutelam vocatur, ad hæreditatem pariter vocatur, ſecundum ordinationem l. xij. tabula. præalleg. l. j. cum duabus ſequē. ff. de legi. tut. & tamen dicta lex ad ſucceſsionē non vocabat niſi proximos agnatos, quos etiā vocabat ad tutelam, de alijs autem tutoribus qui non eſſent proximi agnati non habebatur mētio: ideo lex iſta ſimpliciter ponendo, ꝙ a iure quo tutela prouenit, proueniat etiam ſucceſsio ſeu hæreditas, intelligi debet ſecundum iura prealleg. vt ita demum videlicet procedat, ſi ſunt agnati ꝓximi. ſecundum Rimi. Replicari tamen poteſt, ꝙ licet lex xij. tab. ita intelligeretur, non ſequitur ſic etiam intelligi debere hāc regulam, quæ ſumpta eſt etiam ex alia alijs legibus, & quæ generaliter loquitur Propterea ꝙ dicta iura & regula noſtra itelligi debeant in tutelis quæ iure agnationis, & cognationis ab inteſtato deferuntur, probari poteſt per reductionem ad abſurdum. Si enim aliter diceremus & vellemus intelligere, maximum ſequeretꝰ inconueniens & abſurdum, ꝙ tutor teſtamentarius & tutor datiuus agnatos cognatoſq; contra omne ius excluderent: quod nemo ſani capitis diceret. Et velle legem iſtam intelligere, prout glo. interpretari voluiſſe videtur, alijs propinquis, agnatis & cognatis non exiſtentibus, eſt mera diuinatio & violentia ad iſtum tex. ſimpliciter & indiſtincte loquentem. Suadetur hæc intelligētia per exceptionem, quam iuriſconſultus hic ſubdit de fœminis quibus hæreditas defertur licet non deferatur tutela, vt etiā dicitur in d.l.j. ff. de legi. tut. quāuis enim dicta regula per cōtrarium loqui videatur, ꝙ ſicut lex xij. tabul. proximum agnatum ad ſucceſsionem alicuius vocat ita & ad tutelam: Sub dictis tamē verbis, ſecūdum Rimi. comprehenditur regula econuerſo, de qua hic iuriſconſultus agit, eſtq; vna & eadem regula. quoniam lex non defert tutelam niſi proximo agnato quem ad ſucceſſionem etiam vocat, propterea hæ regulæ conuertuntur dicit Rimi. vnaq; comprehēditur ſub altera: patet per hunc text. vbi exceptio fit de eo, quod eſt in caſu conuerſo ad expreſſum i regula. Subtilis hęc declaratio procederet quando concederetur regulam iſtam accipi ab illa l. xij. tabu. ſed quia id concludenter non probatur, & ab alijs legibus vt dixi ſumi etiam potuit, ideo generalius dici reſponderiq; poteſt: ꝙ loquitur in tutelis quæ iure agnationis & cognationis deferūtur, in quibus idem quod de hæreditate iudicatur, vt diximus:

& ſic non refert quo ordine dicendi regulas has enūcies. Fateor tamē, excepta hac regula omnia alia iura ordine conuerſo loqui, ꝙ cui defertur hæreditas, defertur & tutela per conſequentiam: vt ibi ſit onus, vbi eſt emolumentum. l. j. & iij. ff. de legit. tut. l. fi. C. de leg. hære. §. ex his. inſti. de legi. patr. tut. Quæ omnia bene nota tanquā ſubtilia, & alibi non diſcuſſa. Denique
5 infertur ex prædictis, quod † ſicuti frater vtrinq; coniunctus vna cum matre ſuccedit. au. t. defuncto. C. ad Tertul. ita etiam ipſi fratri & matri deferatur tutela. ſecundum Fulgo. & Cor. in l. fina. ad fi. C. de legi. hæred.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio generalis, etiam militem comprehendit.*

§. NEMO poteſt tutorem dare cuiquam, niſi ei quem in ſuis hæredibus cum moritur habuerit, habiturusve eſſet ſi vixiſſet.

SVMPTVS eſt ex. ll. per gl. alleg. & eſt clarus. Deci. hic quędā ſcribit de tutore & curatore, tam a patre q̄ a matre datis, & tam inſtitutis q̄ exhęredatis, tamq; legitimis & naturalibus, q̄ naturalibus tā tum, item & extraneis: quæ omnia poſuit Bar. in l. iij. ff. de teſt. tut. in l. ſi patronus. et in l. naturali. ff. de cōfir. tut. reaſſumpſitq; Ang. Are. inſti. de tut. & in ſuo teſtamēto in verbo, tutores aūt. Adillud vero qđ
1 gl. hic colligit de † generali diſpoſitione, ꝙ locū ſibi vēdicat ēt in perſona priuilegiata, vt in milite per l. ij. ff. de teſt. tut. videnda ſunt quę plene ſcripſi in l. j. ſupra eo. ti.

SVMMARIVM.

1 *Vis, quid ſit.*
2 *Vis pluribus modis committitur. & numero 6.*
3 *Armatus quis dicatur.*
L. iſti quidem. §. fina. ff. quod metus cau. ornatur.
4 *Clam fieri, quando dicatur.*
5 *Tutor rem pupilli quando emere poſſit.*

VI FACTVM videtur id eſſe quod de re quis cum prohiberetur fecit. Clam, quod quiſq; cum controuerſiam haberet, habiturumve ſe putaret, fecit.

ISTA regula eſt etiam clara, apprimeq; declaratur per iuriſcōſul. in l. j. & iij.
1 ff. quod vi aut clam. Eſt autem † vis, maioris rei impetus, cui reſiſti nō poteſt. l. ij. ff. quod met. cau. l. ſi merces. in. §. vis maior.
2 ff. loca. cum ibi not. Et † vis dicitur armis facta, etiam ꝙ arma quæ ad latus quis habebat non extraxerit, uel ea depoſuerit: vt hic per Deci. & prius per Alex. in conſi. xlviij. lib. iiij. Intellige tn̄ dummodo poteſtas reaſſumptionis armorum in facultate, & bailia ipſius deponentis eſſet: vt ibi per Alex. De qua materia vide etiam Moder. Bono. in practica cauſarum crimina. in
3 §. conſtante. Quis † vero dicatur armatus, ponit pulchre Cice. in oratione pro Aulo Cecina. fol. iij. Et nihil intereſt in ſe quis vim veritus ſit an in liberis ſuis. l. iſti quidem. §. fi. ff. quod met. cau. de quo pulchre Barb. in c. in præſentia. col. lv. de probati. Fely. in c. afferte. col. j. de præſump. Iaſ. & Deci. in l. pactum. col. fi. C. de colla. Neuiza. in ſylua nuptiali. colum. iij. Et clam
4 † pluribus modis fieri dicitur: vt hic per Deci. & prius per Fely. in c. conſuluit. circa fin. de offi. deleg. Et inquantum dicunt actum factum per interpoſitam perſonam clam fieri dici, & fraudem præſumi: vt per Bar. in l. pupillus. in. §. fi. ff. de auct. tut. adde tex. cum ibi not. per Bald. & alios in l. cum ipſi. C. de contrahen. emp. eundē Bal. pulchre in conſ. cclxvij. titius. lib. iiij. vbi
5 ponit † tutorem iuſto pretio imminēte debito, ſubhaſtationibuſq; & decreto adhibitis rem pupilli per interpoſitam perſonam emere poſſe, dummodo non clam, ſed palā id faciat: dicens exempli gratia, volo talem pro me emere, vel aſſerens ab interpoſita illa perſona velle poſtea emere. ceſſat enim tunc fraudis pręſumptio: & ita quandoque ſeruari vidi: Eſtq; diligenter nota.
6 text. l. j. ad fi. ff. quod vi aut clam. ꝙ † ſi te volentem venire ad prohibendum ne aliquid facerem alius armis detinuerit abſq; meo dolo vi feciſſe non videor, dicit tex. de quo vide Barbati. in conſilio xiij. folio vlti. lib. iij.

SVMMARIVM.

1 *Quæ in teſtamento non intelliguntur, perinde habentur ac ſcripta non eſſent.*

2 *Legi, & intelligi differunt.*

§. QVAE in teſtamento ita ſcripta ſunt vt intelligi non poſsint: perinde ſunt ac ſi ſcripta non eſſent.

PONITVR ad verbum in l.ij.ff.de his quæ pro non ſcrip. hab. & in l.j.ff.de his quæ in teſta.delē.& eſt clara: Obſcure
1 † itaque oppoſita & producta, ita vt legi aut intelligi nequeant, pro nō oppoſitis & productis habentur. vt hic per Deci Facit tex.not.in l.quicquid aſtringēdæ. cum gl. & notatis. ff.de verb.obli.& in l. ſed & ſi pupillus.in.§.proſcribere.cum ibi nota.ff. de inſti.& in l.titiæ textores.vbi per doc. ff.de leg.j.cum pluribus alijs adductis per Signo.in conſi.lix.Pau.de Caſt.in conſil. cccxxxiij.in antiquis. Fely.in c.ex parte decani col.xiij.& xv. de reſcrip. Alex.in l.cum quid. colū.ij.ff.ſi cer.peta.Ioan.de Ana.in conſi.xxv.& vide Guidonē Papę in q.ccxlij.diximus etiam in l.ſemper in
2 obſcuris.ſupra eod.Eſtq; † differentia inter legi, & intelligi.legi enim ſic accipiendum eſt, non intelligi, ſed oculis perſpici quæ ſcripta ſunt. Cæterum ſi extrinſecus intelligantur nō videntur legi poſſe. ita dicit tex.in l.j.ff.de his quæ in teſt.del.

SVMMARIVM.

1 *Stipulari abſenti quomodo quis poſsit.*

2 *Donatio abſenti facta ſtipulante notario, an reuocari poſsit antequam acceptetur.*

§. NEC paciſcendo, nec legem dicendo, nec ſtipulādo quiſquam alteri cauere poteſt.

SVMPTVS eſt ex.ll.per gl.alle. vbi limitationes tradūtur. Et expone tex. iſtum ibi, legem dicendo, id eſt conuentionem.l.legem.C.de pac. Et ibi, cauere, ideſt acquirere, ſecūdum gl.vel generalis interpretis hoc eſt, prouidere. Deci.hic quædā
1 ſcribit, quō † poſsit quis ſtipulari, prouidere, & acquirere abſenti: ſed eſt materia quam Alex. Iaſ. & alij ordinarie & latius examinant, in l.ſtipulatio iſta.in.§.ſi ſtipuler.& in.§.alteri.ff.de verb.ob. Ang.Are. & cæteri in.§.ſi quis alij.inſti.de inuti.ſtipu.in quibus locis plures limitationes ad hanc regulam dantur. tradit etiam Iac.de ſancto Georg.in ſua feud.inueſti. in verbo nobiles. ponens an frater pro fratre poſsit in feudalibus ſtipulari, et an extraneus pro extraneo. Accedant et quæ Alciat.ſcribit lib.j. Paradoxorum.c.ij.declarando text. dicti.§.alteri. dum loquitur de appoſitione pœnæ ad pactum, de quo in hac regula.

Et ad id quod hic in fin. vtiliter ſcribit
2 Deci.† de donatione abſenti facta notario ſtipulante, q̄ reuocari poteſt ante acceptationem per abſentem illum factam. Dicas iſtam eſſe communem doctorum ſententiam, quicquid nonnulli tenuerunt, vt dixi late in repe.l.fina.nume.272.C.de pactis. vbi vide.

SVMMARIVM.

1 *Hæc regula non procedit in iudice, vel quando ſit auctoritate publica.*

L. LXXV. Papinianus.

NON debet alteri per alterum iniqua conditio inferri.

SVMPTAM cōſtat ex.ll.per gl.alle. Et inter præcepta iuſtitię eſt honeſtę viuere: alterum non lędere: & ius ſuū vnicuiq; tribuere. fundaturq; in hac regula, ſcdm glo.hic.& Socin.in l. Iulia.colum.ij.ff.de
1 condi.& demon. Et intelligitur † regula in priuato, non autem in iudice, vel ſi auctoritate publica id fieret.ſecundum gl. & Deci.hic.ſed non poteſt tūc dici iniqua conditio, verum ex iuſta & rationabili aliqua cauſa factum.Bar.in.§.fi.l.fin.ff.de pigno.acti. Alex.in l.j.col.pen.ff.ſo.ma. Fely.in c.quæ in eccleſiarum.col.xi.de conſti.omnes Cano.in c.ii.de conſti.alias vnde iura oriri debent, naſcerentur iniuriæ, contra l.meminimus.C.vnde vi. Pro limitatione tamen videnda ſunt quæ ſcribit Deci.in conſi.dclxxii. Et ponitur etiā iſta regula in c.non debet aliquis cum ſeq. de reg.iur.in vi. vbi ad quæſtionem repreſaliarum doct.inferunt.

SVMMARIVM.

1 *Verbum conſilium, & verbum iniuria, quomodo accipiantur.*

2 *Doctor conſilium in cauſa ſibi cōmiſſa non poteſt mutare.*
3 *Clauſula, ſaluo ſaniori, vel meliori conſilio, quando poni debet in conſilijs.*
4 *Doctor in conſilio voluntario poteſt mutare opinionem in melius, & eſt laudabile nume. 5. cauere tamen debet, vt ab igne numero 8.*
6 *In legali ſcientia qui confidunt in ſe grauiter errant.*
7 *Deus quandoq; ſententiã in melius mutat.*
9 *Doctoris opinio, quam in conſilio poſuit, præualet illi quam poſuit in lectura.*
10 *Limita vt hic, & nu. 11.*
12 *In principe variatio & inconſtantia maxime reprobantur.*

L. LXXVI. Papinianus.

1 NEMO poteſt mutare conſiliũ ſuum in alterius iniuriam.

SVMPTA fuit ex.ll.alleg.per glo. hic.& in c.quod ſemel placuit.& in c.mutare.de reg.iur.in vj.vbi ſimiliter ponitur hæc regula.& plures limitationes ponunt
2 ibi gl.& doct. Conſilium † hic pro placito & voluntate accipitur.iniuria,vero pro damno et detrimento alterius:vt probatur in d.c.mutare.cum glo.

Et per iſtam regulam dicunt Bald.& Phil.Franc.in d.c.mutare. Deci.& alij.in
2 .§.j.l.j.ff.quod quiſq; iur.ꝙ † doctor, qui in cauſa ſibi commiſſa deciſiuum cõſilium dedit,illud mutare non poteſt.facit tex.l. quia arbiter.ff.de arbit.& l.iudex poſtea quam.ff.de re iudi.Ideo in conſilijs deciſi
3 uis † inepta videtur illa cauſula, quæ per aliquos apponi ſolet, ſaluo ſaniori cõſilio, vel meliori potioriq; iudicio, & ſentẽtia: iuxta l.claudius fęlix.ad fi.ff.qui potio.in pigno.hab.in fi.cum his quæ ſcribit Ang. in conſi.cx.incip.ſanctiſsima.in nouis.ſed cõuenit prædicta clauſula in cõſilijs volũtarijs,modeſtiamq; & honeſtatem quandã præ ſe fert,nõ autem detrahit deciſioni cõſulentium,ſecundum Barba.in conſi.j.col.
4 xvij.lib.iij.Licitum eſt enim † in prædictis conſilijs voluntarijs in melius, ſi viſum fuerit opinionem mutare: vt per Deci.hic, & in l.edita.in no,C.de eden.& in l.præcibus.in ij.not.C.de impube.& alijs ſubſti.Barb.in conſi.j.col.xxv.& cõſi.x. col.ij.& cõſil.lviij.col.vj.vol.j.nam propter diuerſa fantaſmata generantur quotidie in nobis diuerſæ intellectiones. Ariſt.
5 in lib.iij.de anima.ideo † turpe nõ eſt, ſed laudabile in melius mutare ſententiam.l. nonnũquam.ff.de col.bon.c.magnę.xxii. q.iiii.c.cum ceſſante.cum not.de appel.& c.qualiter & quando.el i.de accuſ.vbi Fely.in iii.not.probat correctionem,opus eſſe charitatis,quæ a ſeipſo incipit,maxime
6 † in hac legali & profunda ſciẽtia in qua, vt dicebat Are.qui confidunt in memoria & intellectu ſuo,ſæpe grauiter errãt,prout omnes noſtri prædeceſſores errarunt: erraniq; niſi qui gratia ſpiritusſancti in viã veritatis diriguntur: iuxta illud quod ſcribitur.3.Regum. Ecce dedi tibi cor ſapiẽs & intelligens.nam ꝗ ſcimus minima pars eorum ſunt (vt dicunt philoſ.) quæ ignoramus. propterea dicebat iuriſconſultus ille ſenio iam confectus:& ſi alterũ pedem in foueam haberem adhuc quidem diſcere vellem.refertur per Pompo.in l.apud Iul. ff.de fideicom.lib. Hinc illud eſt,quãdoq; bonus dormitat Homerus: vt ait glo in c. ſi quis cum nouerca.xxxii.q.vii.laudabile igitur,& philoſophicum temperamentũ eſt in quibuſcunq; actionibus noſtris, vbi error poteſt reparare,clauſulam prędictam
7 apponere.Immo † deus ipſe quandoq; ſententiam in melius mutat:hoc eſt quod Augusti.dixit.nouit deus mutare ſententiam, ſi tu noueris emendare delictum. de pœniten.diſt.i.c.nouit deus.Et Ezechie.1.Conuertimini ad me, & ego ad vos conuertar, dicit dominus.an ad hoc oſtendendũ inualidum eſt Ezechiæ exemplum de illo vtique.4.Regum.20,legitur,ꝙ cum grauiter egrotaſſet, venit ad eum Eſaias propheta dicens,diſpone domi tuæ quia morieris,et non viues:qui cõuertit faciem ſuam ad parietem, fleuitq; fletu magno, orauitq; dominum, & antequam egrederetur Eſaias mediam partem atrii factus eſt ſermo dñi ad eum dicens.Reuertere & dic Ezechię, audiui orationem tuam,& vidi lachrymas tuas,ecce adiiciam ſuper dies tuos quindecim annos.ex quo patet ꝙ deus ſentẽtiam ſæpe reuocat,cum peccatores humiliter ad
8 illam conuertuntur. Attamen † vt ab igne cauere debet doctor conſulens,vel reſpondens a variatione prædicta propter malignitatem linguarum: vt per Deci.hic. & in l,edita,in not,& in l,præcibus, in ii,

not.C.de impub. & ali.ſubſtitu.vbi refert
Soci.qui ita fecerat,erubuiſſe, dum ſecum
de illis contrariis conſiliis loqueretur. fa-
cit tex.not. in l.fi.C.de modo mul.ibi, eru
beſcenda varietate iudicii. Sed moueo
9 elegantem difficultatem.pone,† ꝙ doctor
conſulendo cõtrarium tenuerit, eius quod
legendo firmauerat,cui opinioni erit adhę
rendum? Barba.in præalleg.conſil.i.col.
xxv.verſi.non obſtat.& Alexã.in conſi.
clxxxv.col.viii.verſi.xv.non obſtat.vo-
lu.ii.voluit præferri debere opinionem cõ
ſulentis,quia magis deliberate proceditur
conſulendo ꝙ̃ legendo.Sed Soci.in conſi.
xxxv.col.i.vol.iii.contrarium aſſerit.do-
ctor enim legendo non inducitur ad conſu
lendum amicitia vel lucro, quæ in rebus
dubiis apud homines plurimum valent.

Ego non diſcederem a prima opi. quia,
vt dixit Alexã.conſulendo magis delibe-
rate procedit,ideo ea opi.potius attẽdi de-
bet.arg.tex.in l.diui fratres.ff.de iure pa-
tro. Quia etiam in lectura diſputationis
gratia multa dicuntur,quæ conſulẽdo quis
non firmaret. Nec ob.quę de amicitia et
lucro dicebantur: quia præſumendum nõ
eſt ꝙ in detrimentum animæ ſuæ hiſce re-
ſpectibus quis moueatur.c.cum æterni.de
re iudi.in vi.nemo enim pręſumitur imme
mor ſalutis æternę.c.ſancimus.i.q.vii.im-
mo præſumendum eſt pro eo, quem apex
tantæ dignitatis attollit.arg.text.in c. non
10 vos.xl.diſt. Verumtamen eſt,† ꝙ ſi in di-
ſcurſu cõſilii aliquid diceret, deinde talem
articulum plenius in lectura examinaret,
ſtaretur tunc opinioni quam in lectura te-
nuiſſet,prout erat in caſu cõſultationis So
ci.ſuperius relatæ.Facit text.no.in d.l.di-
ui fratres.ibi,iuriſperitis adhibitis plenius
tractaremus.&,inſti.de lega.in.§.optionis.
ibi, diligentiore tractatu habito. Pariter
11 † qñ melioribus moueretur rationibus in
lectura ꝙ̃ in conſilio, probanda eſſet illa
opinio quæ melioribus ſubtilioribuſq; ra
tionibus fundata eſt.c.capellanus. de fer.
c.ego ſolis.ix.diſt.& voluit Barb.in prę-
alleg.conſi.j.col.xxv.quę omnia bene no
ta quia nuſquam ſic diſcuſſa reperies.
12 Illud autem not,eſt,ꝙ † inconſtantia et
variatio reprobatur,maxime in principe:
vt hic per Deci. & in c.i.de probati.& in
conſi.cccccclxxx.& alibi ſæpe. Hinc Pila
tus ſententiam contra Chriſtum,quamuis
peſsime latam,noluit corrigere, reſpõdẽs,
quod ſcripſi,ſcripſi: & ſi diuina ordinatio-
ne (vt Theol.ponunt,)factũ fuerit illud,
Hinc eſt ꝙ Dauid, qui regnum promiſit
Salomoni, non mutauit conſilium.iii.Re-
gum.i.Et Saul qui filiam in coniugem Da
uid promiſerat, male fecit conſilium mu-
tando.i.Regum.xviii.Et Sanſon pluribus
damnis philiſteos affecit,quia ſponſæ ſuæ
parentes mutato conſilio illam alteri de-
derant.

SVMMARIVM.

1 *Ad acquirendum hæreditatem animus præ*
cipue requiritur,qui niſi ex certa ſcientia
perfici poteſt.
2 *Clauſula, ex certa ſcientia, non axcludit*
probationem erroris per euidentem igno-
rantiæ appetentiam.
3 *Clauſula ex certa ſciẽtia,æquipollet clau-*
ſulis de plenitudine poteſtatæ: & clau.nõ
obſtante.
4 *Clauſula ex certa ſcientia quando non*
operatur.
5 *Principi facienti ex certa ſcientia nemo po*
teſt dicere,cur ita facis.

L. LXXVII, Papinianus.

IN TOTVM, omnia
quæ animi deſtinatione
agenda ſunt: non niſi ve
ra & certa ſcientia per-
fici poſſunt.

Glo. in totum,id eſt omnino, expo-
nit referendo ad fi.l. Deci. ad principium
melius dicit referri, nihil tñ alleg.nec or-
do literæ intellectum Decii patitur, vt dili
genter intuenti apparet. Et melius ꝙ̃ fa
ciunt gl.& Deci.exemplificari poteſt hęc
regula in l.hæres inſtitutus.iuncta l.gerit.
1 ff.de acqui.hære. Ad † acquirendũ hæredi
tatem animus præcipue requiritur d.l.ge-
rit.animi igitur deſtinatione acquirit᷑.ideo
nõ niſi vera & certa ſciẽtia perfici poteſt.
Vnde hæres inſtitutus, ſi putet teſtatorem
viuere qui iam defunctus eſt.hæreditatem
adire non põt. Item ſi ſcit ſe hæredẽ inſti-
tutum:ſed an pure vel ſub cõditione igno-
ret,adire nõ poterit,licet pure hæres inſti
tutus ſit.d.l.hæres inſtitutus.Vbi igit᷑ cõ-
ſenſus requirit᷑,actus ille ex certa ſcientia
fieri debet,nõ per errorem: quia errãs non

conſentit l.ſi per errorem.cum ibi no.ff.de iuriſ.om.iud.vt no.hic Deci.& late tradit in l.error.C.de iur.& fa.ign. Operatᷣ autē
2 † clauſula ex certa ſcientia,ne errorem allegare quis poſsit: non tñ excludit probationē erroris,nec euidentē ignorantiæ apparentiam:vt hic per Deci. De hac clauſula,ex certa ſcientia, q̃ ſolet in inſtr̃is & cõtractibus,necnõ aliq̃n in reſcriptis principum apponi, quid importet & cuius ſit effectus,vltra alleg.hic per Deci.quia eſt materia vulgata, & trita, infinita poſſent allegari:ſi placuerit,videbis Alex. conſil. iiij.col.pe.lib.j.Soci.cõſi.xl.col.iiij.lib.j.& conſi.lxxiij.col.iij.lib.iij.& lxxix.col. vij.vol.iiij.Fely.in c.ſi cautio.col.v.de fi.inſtr.Iaſ.conſi.clx.col.fi.lib.iiij.Deci.cõſi ccccl xiij.col.pe.Mod.Taur.in l.ij.ĩ.§.fi.col.xiij.ff.ſi cer.pet.Vital. de Camb.in trac.clauſularũ.fol.vj.vbi loquunᷣ de cl'a, ex certa ſciētia in cõtractu appoſita. De appoſita in reſcripsis principũ: vide Bar.ĩ conſi.cxcvj.Abb.in capitulis infra alle.et in cõſi.lxij.col.iij.& lxxxiiij.col.ij.Ioã.de Ana.in cõſi.lxxxj.Are.cõſil lviij.col. ij.& cõſi.lxij.Alex.conſi.cxxij.col.fi.cũ ſeq.conſ.lib.iiij.& cõſi.xvj.col.pe.lib.v. Barb.cõſi.xxvij.lib.ij.Aret.in l.põt.col. ij.de vulg.Soci.cõſi.xij.col.iiij.li.ij.Cur. iuni.cõſi.j.col.ix.Fel.in c.nõnulli.in prin. col.xxj.ver.reliqua,& in.§.j.col.xv.ĩ vj. fal.de reſcr.& in c.cũ inter.char.j.vbi Pariſ.col.iij.de except.Deci.& alios in c.ad hæc.de reſcri.& in conſi.ccccvij.col.fi.In
3 quibus locis ponunt,ꝙ † clauſula ex certa ſcientia principis æquipollet clauſulæ de plenitudine ptãtis, qua princeps vti nõ debet ſine cauſa. & idē operatᷣ ꝙ clauſula nõ obſtante: per tradita in l.idē Vlpia.ff. de exc.tut. & in l.quidã conſulebat.ff.de re iud.& ꝙ tollit omne obſtaculũ, confir-
4 mando id qd̃ eſt inualidum:quodq; † nihil operatᷣ q̃n princeps de negotio notitiã nõ habuit.nec operanᷣ dictæ regulę q̃n ꝓceſſum fuit ſine cauſæ cognitione,vt ꝑ Deci. loco ꝓxi.alle. In abſentia itaq; principis talis clauſula appoſita nihil opaᷣ, ut vult hic Dec.Ego crederē ſi apponereᷣ ꝙ effectum operareᷣ ſicuti cætera, ob clauſulam quæ ſolet in literis adijci, abſentia noſtra nõ obſtante, q̃n ſic fieri iuſsimus &c. niſi probareᷣ ignorantia, ſed non ſolent dictæ clauſulæ ĩ literis apponi abſente principe. Itē non expedit dictas clauſulas poni q̃n conceſsio fit ſine alterius præiudicio: ita Bal.in l.fi.col,ij.C,ſen,reſc,non poſ,& de prædicta clauſula plura ſcribit Pariſ.in di-
5 uerſis ſuis cõſi. Et principi † aliquid facienti ex certa ſcientia,nemo poteſt dicere cur ita facis: ſcd̃m Ba'd.vt per Iac.de ſan. Geor.in ſua feud.inueſt.in verſi.princeps. col.j.Iaſ.& Soci.inter cõſilia Bru.in cõſil. vij.cũ ſeq.ad quod ego allegare ſoleo illud euangelicũ Ioan.iiij.cap.Vbi diſcipuli inuenientes Chriſtum loquentē cum muliere illa Samaritana mirabantur,nemo tamē dixit quid quæris,aut quid loqueris.

SVMMARIVM.

1 *Actus,eſt terminus generalis.*
2 *Actus legitimi qui dicantur.*
3 *Statutum excludens bannitum ab omni actu legitimo,comprehendit ſucceſsionem paternam.*
4 *Actus legitimi qui non recipiunt diem vel conditionem, vitiantur per appoſitionem prædictorum.*
5 *Emancipatio diem vel conditionem non recipit,& quæ ſit ratio.*
6 *Adoptioni dies appoſitus eam vitiat.*
7 *Monachus vel prelatus ad tempus fieri nõ poteſt,niſi de licentia papæ.*
8 *Monachus poteſt habere vxorem ad tẽpus cum diſpenſatione papæ, ſed debet adeſſē magna cauſa nu.9.*
10 *Acceptilatio diem vel conditionem non recipit,& quæ ſit ratio.*
11 *Hæreditatis aditio conditionem non recipit,& ponitur ratio.*
12 *Et quid in bonorum poſſeſſ. agnitione vel acquiſitione vſusfructus nu.13.*
14 *Optio ſerui,diem vel cõditionē nõ recipit.*
15 *Tutoris datio quando valeat ſub conditione expreſſa,vel tacita: ſi detur a iudice,vel in teſtamento.Et ponitur rõ.n.18*
16 *Error expreſſus viciat:non tacitus.*
17 *L.furioſus.ff.de tute. quomodo procedat.*
19 *Tutoris auctoritas conditionē nõ recipit.*
20 *Matrimonium carnale poteſt cõtrahi ſub conditione modo certa ſit perſona: ſecus in ſpirituali.*
21 *Sententia conditionalis an & q̃n valeat.*
22 *Legitimatio fieri poteſt ſub conditione.*

23 *Hæredis institutio an conditionem vel diem recipiat.*

24 *Actus legitimi diſiunctionẽ nõ recipiunt.*

25 *Hæc regula limitatur, et nu. 27. 28. 30*

26 *Clauſula, ſi & inquantũ quid operetur.*

29 *Electio, & collatio beneficij an recipiant conditionem.*

31 *Hæc regula quòd habeat locum in conditione de præterito, vel præſenti.*

L. LXXVIII. Papinianus.

ACTVS legitimi, qui nõ recipiunt diem vel conditionem, veluti emancipatio, acceptilatio, hæreditatis aditio, ſerui optio, datio tutoris: in totũ vitiantur per tẽporis vel conditionis adiectionem. Nonnunq̃ tamẽ actus ſupraſcripti tacite recipiunt, q̃ aperte cõprehenſa vitium afferunt, nam ſi acceptũ feratᷣ ei, qui ſub cõditione promittit: ita demum egiſſe aliquid acceptilatio intelligitᷣ, ſi obligationis conditio extiterit. q̃ ſi verbis nominatim acceptilationis comprehendat, nullius momẽti faciet actũ.

DIVIDITVR iſta lex, in tres partes. In prima ponit dictum. In ſcḋa limitationẽ. In tertia declarationem ipſius limitationis. ſcḋa ibi, nõnunq̃. tertia ibi, nã ſi.

Bar. reputat hanc l. not. Mode. Pap. in l. cũ quid. col. v. ff. ſi cer. pe. ſe nunq̃ vidiſſe legẽ teſtantᷣ. ad quam difficilius ſit aſsignare rõnem q̃ ad iſtam, ideo cũ ſit lex multũ rigoroſa, eã reſtringit ad caſus hic expreſſos & enumeratos. In prin. tex. ibi, actus legitimi, aduerte ꝙ actus de potentia egreditᷣ, & ideo dr̃ effectus potẽtiæ: legitimus aũt dr̃ quod obuenit vel firmatur a l. ff. de ver. ſig l. lege obuenire. Ex quibus cõcludit, ꝙ actus. i. effectus potentiarũ. l. vellatᷣ vel approbati, non recipiũt diem vel cõditionẽ contra ſubſtantiã vel naturã ipſorũ actuũ. immo adiectiones q̃ tales ſunt, inficiant ipſos actus: vt hic & in c. fi. de cõdi. appo. vt ſcribit Io. An. in regula actus legitimi, de reg. iur. in vj. in mercu. Et no. ꝙ

1 † actus, eſt terminus gñalis, vt hic colligitᷣ & probatᷣ in l. labeo. la ij. ſupra tit. proxi.

2 Actus † vero legitimi, ſcḋm glo. & Deci. dicuntᷣ oẽs inuenti vel approbati a lege, et quacũq; parte iuris ſcripti: vt in. §. cõſtat. inſti. de iure natu. & l. legitima. cũ gl. ff. de pact. & latius tradit Dy. in d. c. actus. i. prin

3 ci. Et ideo ſi † ſtatutũ excludat bannitũ ab omni actu legitimo, q̃uis prima facie non videatᷣ excludere a ſucceſsione paterna, quia eſt actus iuris naturalis, cũ talis hæreditas & ſucceſsio de iure natura. & diuino fuerit inuẽta, nihilominus, quia eſt approbata per l. xij. tab. & ius ciuile. §. j. inſti. de hær. q̃ ab inteſt. & nihil repugnat quin dicatᷣ actus legitimus, cõprehendetᷣ ſub tali ſtatuto excludẽti ab omni actu legitimo, & repelletᷣ bãnitus. ita late cõſuluit Alex. in conſil. lxxv. viſis & diligenter. lib. j. Et idẽ dici põt de teſtamentaria ſucceſsione: vt pulchre per Rui. in l. iij. col. fi. ff. de leg. j. Et ſcḋm Deci. hic, vr̃ omnis actus legitimi qui nõ prohibentᷣ a lege. arg. tex. cũ gl. in l. necnõ. in. §. qḋ eis. ff. ex qb. cau. ma. ꝙ omnia, vꝫ a l. permiſſa & approbata videntur, quæ non reperiuntur prohibita. adde Bar. in l. mutus. in prin. ff. de procu. dicentem per illũ tex. ꝙ in genere permiſſorum omnia intelliguntur permiſſa, q̃ ſpecialiter nõ reperiuntᷣ ꝓhibita. Et clarius meliuſq; proceſsit hic iuriſcon. tradendo iſtã regulam limitatã, q̃ fecerit ſummus Põtifex in d. c. actus generalr̃ et abſolute loquẽdo de actibus legitimis: vt ibi per gl. circa fi. Et niſi eſſet regula iſta, per quã illa declaratᷣ, ſaluari male poſſet qḋ ibi dixit legiſlator.

No. ergo non eſſe faciendã regulam, ꝙ actus legitimi nõ recipiant diem vel cõditionẽ. nam emptio, vẽditio, locatio, conductio, ſocietas, mandatum, donatio, hæredis inſtitutio, nouatio, matrimoniũ, ſtipulatio, & cæteri cõtractus ſunt actus legitimi, ita ꝙ non reciperẽt conditionẽ vel diem: qḋ eſt falſum, vt infinitis iuribus probatᷣ, quẽadmodũ ſcribũt Dy. et cęteri in d. c. actus. & Raph. Com. in conſi. xcviij. & Rimi. in l. ſ. col. fi. C. qui admi. Verum ex mente & intentione iuriſconſulti hic, facienda erit

4 regula, † ꝙ actus legitimi, qui diem vel cõditionem non recipiunt, vitiantᷣ per appoſitionem prædictorũ. Et ſic doctrina reſtringitur in caſibus hic expreſsis, vt ꝙ in contrarium ſit regula: quia quod poteſt fieri pure, et ſub conditione regulariter fieri poteſt §. emptio. inſti. de emp. & ven. §. oĩs ſtipulatio. inſti. de verbo. obliga. cum glo. in

verbo in diem.ad fi.vbi Ang.Are.& alii no.idq; volūt glo.& Deci.hic.Curt.loco præalle.gl.& ſcribentes in d.c.actus legitimi.propterea Dy.ibi circa fi. cōmen.ex mente gl.noſtræ hic,poſt illa verba, actus legitimi,ſubaudit quidam,quod nō eſt neceſſarium neq; cōſentaneum huic legi pp relatiuum qui ſubſequēs , de cuius natura eſt reſtringere.l.oēs populi.ff.de iuſtit. & iur.l.cunctos populos, vbi omnes ſcribentes tradunt.C.de ſum.trini. ita ꝙ ſine tali ſubauditione regula reſtringitur,& intelligitur de actibus legitimis non recipientibus diem vel cōditionem,nec ſe reſtringere oportet : vt hic facit Deci.ad caſus hic expreſſos , cum ſint etiam alii caſus vltra hic expreſſos,in quibus exemplificari poteſt præſens regula: vt per gl.& ſcribētes in d.c.actus legitimi. Erit igitur doctrina, ꝙ actus legitimi regulariter fieri poſſunt pure,in diem,& ſub conditione : niſi in caſibus a iure expreſsis,quorum aliqui ponuntur hic.aliqui per gloſ.d.c.actus.

Sed dicet tunc ſubtilis lector,his conſideratis & attētis erit hic fallentia & limitatio: male ergo pro regula lex iſta hic ponitur ? Niſi reſpondeas,ꝙ de caſibus exceptis & in iure ſparſis, voluit hic iuriſconſultus doctrinam dare & regulam,quæ nō ita clare alibi apparet,aut legit. Item in tex.ibi actus ſupraſcripti.aduerte quia ſecundum glo.hic,nō ad omnes, ſed ad duos tm̄ ex dictis actibus refert ad acceptilationem.ſ.in qua iuriſcōſultus hic dictum ſuū exemplificat , Et ad dationem tutelæ , vt probatur.inſti.de attilia.tut.

5 Primum igitur † exemplum hic datum eſt in emancipatione . ſi enim emancipem filium meum Imperatore in Italiā venientte,vel ſi de ea diſceſſerit,emancipatio nullius eſt momēti:ſecundum Dy.loco prēallegat.Et de huiuſcemodi emancipatione quō fieri debeat,vt viribus ſubſiſtat. vide Angel.in conſi.xliiii.incip.pater.& conſi. lxxxix.viſis . Bal.in l.ii.C. vt lite pendē. Alex.in l.eſt receptum.circa fi.ff.de iuriſ. om.iud.oēs ſcriben.in.§.noſtra.inſtit.qui. mod.ius pat.pot.ſol. Legē vero non inuenio , a qua ſumatur quod de emancipatione hic dicitur, nec doct. rationem aſsignant,ſed dici poteſt hoc ideo eſſe, quia filiatio ſeu patria poteſtas in ſuſpenſo ſtare non pōt:ſed ſimpliciter vel eſſe debet, aut non eſſe: quæ ratio ſumi pōt.ex l.ſi tibi.in fi.infra allegata.Facit quod dicimus de beneficio, quod furioſo conferri non poteſt, cum in pendēti collatio ſtare nequeat.c.ſi. de elec.in vj.vt per Ioā.Fab.& Ang.Are. in.§.furioſus.inſti.qui teſta.tut.dare poſſ.

6 Pariter † dies appoſitus adoptioni eam vitiat.text.eſt nota. in l.ſi tibi filius.ff.de adop.vbi Bal.Ang.& omnes ſignant,dicētes,ꝙ ea quæ non poſſunt ad diem limitari,propter limitationem diei vitiant:ſicq; non ſolummodo vitiatur dies , ſed totus actus , quicquid in ſecundo intel.dicat ibi gl.male intelligēs text.in verbo actio , & in verbo actione.intelligitur enim , vt ex eodem apparet,de actu , ſcd'm quod iuriſconſul.hic loquit. Non ob.l.cum præcario.ff.de præcar.quia ibi dies erat ſecundū naturam actus. At in l.ſi tibi . diminuebat (ſecundum Bald.ibi)de ſubſtantiali natura actus,vt in l.noſtra.ſuperflua igitur nō vitiant,ſed contraria ſic.l.teſtm̄.C.de teſta.

7 Ex qua l.no.Bald.ibi † monachum non poſſe fieri ad tempus,nec ad tempus prælatum eligi,qui dicitur pater:niſi de mandato Papæ intellige,vt per Phi.Fran.in d.c. actus.Qui ſummus Pontifex de plenitudine poteſtatis poteſt ēt facere ꝙ matrimonium ad tempus duret. exempli gratia, ꝙ
8 † monachus poſsit habere vxorē vſq; ad procreationem ſobolis , ne forte nobilis ſtirps & proſapia deficiat: ſcd'm Bal.ad fi. d.l.ſi tibi.adducentē.ne per Ioā.And.in d. c.actus,vbi hanc.q.diſputat in fi. Pōtifici conſulens,vt ab huiuſcemodi diſpēſatione abſtineat.Si tn̄ diſpenſet videtur tenere ꝙ valeat.& cum Ioan.And.trāſit ibi ſimpliciter Phil. Fran. Tu uide Iaſ.declarantē & reſtringentem prædictam concluſionem in l.fin.C.de tranſa.& vt breuibus agam,
9 cōis eſt doct.concluſio,† Papam nō poſſe diſpenſare cum aliquo in ſacris conſtituto vt vxorem capiat,niſi ex magna cauſa, puta ſi eſſet rex infidelis qui vellet cū regno ſuo ad chriſtianitatē tranſire,aut diſpenſatio paritura eſſet perpetuā pacē in patria, ingensve bellum ſedaret, aut magnū diuini cultus propter paucitatem fidelium cōtingeret augumentum , ſeu id tenderet ad cōem totius eccleſiæ vtilitatem , vel ſaltē regni aut prouinciæ illius eccleſiæ : vt per Abb.in c.cum ad monaſteriū. ad fi.de ſtatu monac.& in c.j.de voto.& in c.propoſuit.col.iij. de cōceſ.præben.& in c.ex publico.de conuer.coniu.Imo.in l.in ſubſtōne.ff.de vulg.Gemi.in c.de illo.xxxij.diſtin.& per bea.Tho.in ſcda ſecundæ qō. lxxxviij.arti.xj.& q.clxxxvj.art.viij.in fi.Propterea cōſultum vidi per ſolēnes vi

ros,ſummum Pontificem non potuiſſe diſpenſare cum quodam magno nobili pede mõtano diacono vt vxorem acciperet, ex quo cauſa magna arduaq; non ſuberat. Faciunt quæ nouiter ſcribuntur per Ludo. Goza.in conſi.ſuo lj.& Pariſ.& Cardi. in conſi.lxviij.lib.iiij.

10 Secundum exemplum hic poſitũ† eſt de acceptilatione,quę liberationis eſt ſpecies ff.de acceptil l.j.cũ not.vbi ponit etiã diffinitio.Sumitur autem iſtud exemplum ex l.iiij.& ſeq.illiuſmet tit.Et licet Mod. Papien.in l.cum quid.colũ.v.ff.ſi cer. pet.dicant non poſſe aſsignari rationem cur fieri nequeat ſub conditione ſicuti ſtipulatio:tñ reſpon.Imol. loco præalleg.poſt gloſ.ideo eſſe,quia videtur eſſe peccatum in forma acceptilationis,cum ex ſui forma ſtatim liberare deberet,quemadmodũ ſolutio, ideo vitiatur totum,per ea quæ habentur in l. iulia.in.§.ſed & ſi quis.ff.ad exhib. & in l. an inutilis.ff.de acceptil.vbi vide Imo.Reſtringeq; & declara iſtud exemplum de acceptilatione ſub conditione facta, quæ inutilis redditur ad conditionem expreſſam, ſecus in tacita,vt hic ſubiungit iuriſcõſul.

Tertium exemplum eſt de aditione hæ-
11 reditatis.† aditio enim ſub conditione facta,ſi nauis,puta, ex Aſia venerit , nullius eſt momenti.tex.eſt in l.eum qui.in.§.ſi. ff. de acquir.hære.Et ratio eſt ſecũdum Bart. ibi quia talis aditio conſiſtit in voluntate, quæ voluntas firma nõ eſt ſi cõditio apponatur.Fran.de Curte in d.l.cum quid.colũ. v.dicit hanc rationem Bar. non multũ concludere:plus non dicit,tu contra ipſam rationem poſſes adducere inſtantiam de matrimonio,quod conſiſtit in libera voluntate.cap.gemma.de ſponſa.& tamen contrahi poteſt ſub cõditione.toto titu. de condi. appoſ.Item intellige dictum exemplum de conditione in facto conſiſtente , ſecus ſi in iure,vt infra dicetur. Et quãuis hæreditatis aditio ſuſpẽdi,vt hic dicitur,nequeat:
12 ſecus† tñ eſt in agnitione bon. poſſ. per filiũfa.facta patre ignorante de iure ſorum. ſtabat.n.in ſuſpenſo & pendenti,quia patre ratificante ſibi acquirebat̃ , alias ineffi cax reddebatur l.ſi.ff.quis ordo in bo.poſ.ſer. & l.j.C.qui admi.vbi poſt ſcribendum diuerſitatis rationem diximus . hæreditatis enim aditio in pendenti ſtare nequit, quia eſt actus legitimus, vt hic dicitur. ſecus in bon.poſſ.maxime quia ſatis habuit prętor ꝙ ex ipſa agnitione nullum infertur patri præiudicium,cum nõ implicetur oneribus hæreditarijs,neq; reſpectu vſufr.niſi agnitionem factam per filium ratificauerit. d. l. ſi.ff.quis ordo.& l.ſi.in multis locis.C. de
13 bon.quæ lib. Acquiſitio† vero vſufr.ipſius hæreditatis poteſt ſtare in ſuſpenſo & pendenti , quando per filium ignorãte patre adita fuit hæreditas , vel agnita . bono. poſ.quia ſi pater ratificet , acquiretur ſibi: per d.l.ſi.in multis locis. ſi vero ratificare nolit,vſusfruc.conſolidabitur cum proprietate & filio acquiretur : per illum text. Et hanc conclu.circa vſumfr. voluit glo.bene intellecta in d.l.j.in verbo ratam.in ſi. quã ibi ſequuntur Bar.& ſcribentes communiter.licet Are.in hoc articulo de vſufr.ſe reſoluere neſcierit,in l.ſi quis mihi.in §.iuſſum.col.iiij.ff.de acquir.hære. Et ſi ſubtiliter oppo. contra prædicta de l. vſusfru. ff.de ſtipul.ſer. vbi vſusfr. non poteſt eſſe ſine perſona nec ſtare in pendenti.ergo contra.Reſpon.ꝙ vſusfru.eſt ſeruitus perſonæ cohęrens,ideo ſine perſona ad quam certitudinaliter habeatur reſpectus ſtare nequit: & ita contingebat in d.l. vſusfr.vt ibi. optime declarat Imol.ſed in caſu noſtro dabatur certa perſona filij aut patris. cui cohærere debebat: vnde nimirum ſi poteſt ſtare in pendenti vt aliæ diſpoſitiones inter viuos.l.ſi.ff.communia præd.Faciunt no.per Bar.in l.iiij.col.fin.ff. de ſeruitu.dum tractat vſufr.qui poteſt conſtitui ex tempore & ad tempus.& not.id quod.in d.l.vſusfr. in iij.col.poſt Ang.dicit Imol. ꝙ ſi ſeruus hæreditarius ibi ſtipularetur vſumfr.hæredi futuro,valeret ſtipulatio, quia apparet certa perſona ad quam determinari debet vſusfruct.

14 Quartum exemplum eſt† de optione ſerui.glo.citat.§.optionis.inſtit. de lega. quſ tex.bene loquitur de optione ſerui, vt plura alia iura tit.de opt.lega.ſed non inuenio legem loquentem de appoſitione conditionis vel diei annullante vel irritãte optionem ſerui.

Quintum & vltimum exemplum hic po-
15 ſitum eſt,de datione tutoris† quæ non recipit expreſſam conditionem, & ſi adijciatur reddit dationẽ tutoris inutilem.l.muto. .§.ſub conditione.ff.de tut.ſecus eſt in tacita:vt hic per glo.pariter declarantem regulam debere intelligi de ea tutela,quæ datur a iudice:non de teſtamentaria,cum in teſtamento dari poſsit tutor ad certum tempus, & ex certo tempore,vel ſub conditione: vt dicit tex.inſti.qui teſt.tut. da poſ. in.§.furioſus. &.§.ſequenti. Ratio autem quare

expreſſa cõditio in iudiciaria tutela vitiet,
non autem tacita cõtra regulam.l. iij. ff.de
leg.j. ꝙ expreſsio corũ quæ tacite inſunt
nihil debet operari Mod. Pap. in d. l.cum
quid.col.vj.neſciunt videre bonam ratio-
nem. Tu dicas,ꝙ quantum ad vitiandũ
actum non tantum operatur tacitum, quã-
16 tum expreſſum:vnde† error expreſſus vi-
tiat,non tacitus l.& ex diuerſo. in.§.ſi iu-
dex.cum glo.ff.ſol.mat.ita intelligi debent
hæc lex & l. expreſſa infra eo. ſecundum
Alex.in d.l.cũ quid. col.ij.ſequit Ruy.in
d.l.iii.col.iii. ff.de leg.j.tacitũ ergo iſto ca
ſu nõ habetur pro expreſſo, quia actus vi-
tiaretur:ſecundum Socin. in d.l.cum quid.
Iteram prędicta intellige de tacita condi-
tione in caſibus in quibus iudex non põt
pure & ſimpliciter prouidere,vt in.§.ſed et
ſi teſtamento.cum.§.ſequen. iuncta glo. in
verbo,conditio.inſtit.de attil.tut. alias ſe-
cus nam tacita conditio quæ ineſt ex vo-
luntate diſponentis quę poterat non ineſſe,
ita ſuſpendit,& eiuſdem effectus eſt cuius
expreſſa:vt per Bar.in l.furioſus.ff.de tut.
17 propterea dicentẽ, ꝙ† illa lex procedit in
tutela a teſtatore data:nõ in data a iudice,
& eſt diligenter not.ſecundum Bart. ibidẽ
ad fi.ꝙ prędicti caſus procedunt & intelli-
guntur in conditione tacita in qua tutela
finitur,nõ in ea in qua tutela ſuſpenditur.
18 Ratio† autẽ differentię quare potius ad
diem et ſub conditione a teſtatore dari põt
tutor,ꝙ̃ a iudice,eſt:ſecundum Ioan. Fab.
in.§.ad certum.inſtitu. qui.dari tut. in teſt.
poſ.quia actus iudiciarius in ſuſpenſo ſtare
non poteſt.l.quemadmodum.ff.de iudi.ſed
Bart. in d.l. muto.in.§.ſub conditione. re-
probat,per tex.l.i.in.§.biduum.ff.quando
appel.ſit.dicens poſt Pet. de Bellaper. ra-
tionem eſſe, quia factum teſtatoris in eo
quod deficit per iudicem ſuppleri poteſt
qui datiuum conſtituet tutorem,ita ꝙ nul-
lo tempore reperietur pupillus ſine tuto-
re, ſed factum iudicis non poteſt per aliũ
ſuppleri,ideo ſi daret tutorem ſub conditio
ne non eſſet qui ſupplere poſſet iſtum de-
fectum & pupillo damnoſum eſſet, ideo ſi-
bi iniungitur ꝙ purę & perfecte tutorem
det:vt per Cyn.in rub.C.de teſtam. tut.&
Angel. Areti.in præalleg.§.ad certum. qui
ſubiungit eſſe menti tenendum ad decla-
rationem & intelligentiam dicti.§.ſub con
ditione. ꝙ illa verba,ſi ſatiſdederit,de qui-
bus ibi,non faciunt conditionem quæ ſu-
ſpendat tutoris dationem, ſed bene faciunt
conditionem quę adminiſtrationem ſuſpẽ-
dit:& talis expreſsio facta a iudice intel-
ligitur facta ſecundum quod tacite inerat,
alias vitiaretur tutoris datio,vt ibi.& tra-
dit Bartol.in l.j.circa princi. ff. de condi-
tio.& demonſtra.adde pulchre Deci.in cõ-
ſil.cxix.colum.ii.in princi. & in l. preci-
bus.colum.v.C.de impuber. & aliis ſub-
ſtit. Ruyn.in l.iii.colum.x. & xii.ff. de le-
gat.primo.vbi poſt Imolam dicit fuiſſe ibi
ad cautelam expreſſum illud, quod tacite
inerat executioni,et modo quo inerat,ideo
nihil operatur.

Vltra caſus hic enumeratos põt, ſecũdũ
glo.hic & Dyn.loco pręalleg. exẽplificari
19 iſta regula in † auctoritate tutoris. eſt.n.
actus legitimus qui cõditionẽ non recipit.
text. eſt not.in l.& ſi conditionalis. ff. de
auct.tut.vbi Bar.& Alexã. not.& reſtrin-
gunt vt infra dicam.

Alia exẽpla vide per glo.& doct.in d.c.
actus.& Phil.Frã.in c.ii.de elec.in vi. vbi
20 ponit† de matrimonio carnali, quod licet
poſsit cõtrahi ſub conditione, modo certa
ſit perſona, ſecus tñ in ſpirituali.eſt.n.ait,
actus legitimus qui non recipit conditionẽ
nec modum,vt ibi per eum.
21 De ſententia† vero conditionali, an, &
qñ valeat, quia Dec.hic ad fi. vnũ verbum
tetigit,vide latius Bar. i pręalleg.§.biduũ.
cũ longa apoſtilla Alex.ibi. Bal. in l. perẽ-
ptorias.col.v C.ſentẽ.reſcin. nõ poſ. An-
char.in conſi. ccix.col.vii. Deci.in c. pte-
rea.col.iii.de appel.Fely.in c.quod ad con
ſultationem.col. i.de re iud. Soci. in l.qui-
bus diebus.in.§.quidam titio.col.fin.ff. de
condi. & demon.

Et ex prędictis infertur ad decisionẽ al-
22 terius not.qõnis de† legitimatione filiorũ,
an fieri poſsit ſub cõditione, ne ſuccedant
prĩ ſi filios legitimos & naturales habue-
rit? Videbat ꝙ nõ,ob regulã noſtrã, qa le-
gitimatio eſt actus legitimus, & prędicta
cõditio vr̃ eſſe cõtra ſubſtantiam actus qui
geritur,quia de ſubſtantia filiationis videt
eſſe, ꝙ ſi filius eſt, ſuccedat patri ab inte-
ſtato. Contrariũ eſt verius, ꝙ ſub condi-
tione fieri poſsit, licet ſit actus legitimus,
cum non ſit de enumeratis in regula iſta,
vel per aliam.l.& ita conſuluit Raph. Cõ
men.in conſi.xcviii.Suppoſito. ſequuntur
Deci.hic & Curt. in d.l. cum quid.
23 Et eadem ratione† pariter dicendum. eſt
de inſtitutione hæredis, quæ fieri poteſt
ſub conditione & in diem incertum ſcili-
cet.Ex die autem, vel ad diem certum nõ,
verum dies tunc habetur pro non appoſi-

ta,non autem vitiat.tex.eſt in.§.hæres.in-
ſtit.de hære.inſti.& in l.hæreditas ex die.
ff.eo.ti.de hęre.inſti.rationē aſsignat Dyn.
in d.c.actus.de qua materia vide Angel.in
d.§.hęres.Anch.in cōſi.xlvii. & cclxxxi.
col.ii.& ad fi.conſilii Pau.de Caſt. in cōſi.
ccii.in antiquis. Soci.eleganter in conſil.
xiiij.lib j.Dec.in cōſi.cclxxviij.& ccccc-
xcvij.& in l.incerti.ad fin.C.de teſta. mil.
24 Et quemadmodum † prædicti actus legi
timi nō recipiunt diem vel conditionem,
ita nec diſiunctionem.cap.ij.& cap. ſi quis
duas.de elect.in vi.ſecundum glo.in d,cap.
actus.circa fi.

Limitatur modo & reſtringitur ſecun-
dum Deci. hæc regula, de prædictis acti-
bus non recipientibus diem aut conditio-
25 nem,vt intelligatur † de conditionibus in
facto conſiſtentibus:ſecus in iure,quia va-
let aditio hæreditatis facta ſub conditio-
ne,ſi de iure poſſum: vt per Bal.in l.potuit.
in viij.quæſtio.C.de iure delib. cum enim
non ſit conditio extrinſeca, ſed intrinſeca
& neceſſaria, habetur pro non conditione.
dicit Bald.allegando deciſionem Barto. in
l.& ſi conditionalis. per illum text.ff. de
auct.tut.vbi videtur velle, ꝙ interpoſitio
auctoritatis licet conditionem nō recipiat,
ſi tamen interponatur cum ea conditione,
ſi & inquantum fieri de iure poteſt, valet.
& licet Bar.ibi non determinet, communi-
ter tamen id tenetur: vt ibi per Alexan. in
apoſt.ad Bar.& ſequitur etiam Saly.in d.l.
26 potuit.in vi.quæſt. Et † de illa clauſula,
ſi & inquantum de iure fieri debet & po-
teſt.vide quæ ſcribit Vitalis de Camb. in
tracta.clauſularum.fol.iii. col.i. & Fely.in
c.cū contingat.colum.fina. de offic. deleg.

De differentia vero,inter cōditiones fa-
cti & iuris.plene ſcribit Soci.in l. multum
intereſt.ff.de condi.& demon.
27 Secundo limitatur † qñ cōditio reſpicit
ſubſtantiam actus,ſecus ſi reſpiciat execu-
tionē, quia talis conditio etiam expræſſa
non vitiaret l. muto. in.§.ſub conditione.
ff. de tut.ſecundum Deci.de quo vide quæ
poſui ſupra ad fi.quinti exempli.
28 Tertio limitatur præſens regula † vt nō
habeat locum in conditione tacita, quę ex
natura actus intelligitur,vt de acceptilatio
ne,de debito conditionali facta hic inquit
iuriſconſultus, quia tacite intelligitur ſi
conditio obligationis purificata ſit. intrin
ſeca enim & neceſſaria conditio eſt, ideo
non vitiat niſi expreſſa eſſet, quia vitiaret
tanquam continens vitium formæ quaſi
in actibus hic expreſsius datum ſit pro
forma, quod conditio non exprimatur, vt
hic per Deci. poſt ſcribentes ab eo rela-
tos.Faciunt adducta in prima limitatio-
ne. & ideo Bald.in l. tertia. de lega. pri-
mo intelligens regulam legis noſtræ pro-
cedere in conditione extrinſeca, & quæ
non ineſt, alias ſecus, male dicit, quia
etiam quod inſit, ſi exprimatur annullat
actum, vt dixi. & contra Bald. in ſpecie
ſcribit Ruyn. in dicta l. iii. colum. iii.ad-
ducendo.gloſ. in cap. ſecundo. de elect.in
29 vi.dum vult,ꝙ † electio facta ſub conditio
ne,quæ ineſt,ſit nulla,per illum text quā-
uis ſecus ſit in collatione beneficii, vt vo-
luit hic Deci. & de vtroque per Philip.
Fran.in d.c.ii.

Quarto reſtringe text. cum prædictis,
30 ſiue declara, † vt licet emancipatio &
electio non poſsint ſtare in pendenti, ra-
tificari tamen poſſunt prout etiam reſti-
tutio ex trebel.l. ſeruo inuito. in princip.
ff.ad treb.Deci.in l.prima.colum. penulti.
in prima lect.C.qui admmitti. Et ex di-
ctis Decii hic & Philip. Franc.loco pręal-
leg. quicquid dixerit Ioan. Fab. apparet
31 hanc † regulam intelligi etiam in conditio-
ne de præterito vel de præſenti, quæ licet
non ſit proprie conditio nec ſuſpēdat, quia
tamen prima facie pręſe fert incertitudi-
nem,reprobatur & vitiat,vt hic per Deci.
& Phil.Fran.loco præalleg.vbi propterea
ait, ꝙ ſi dicatur conſenſio in talem ſi eſt
idoneus, aut legitime natus,vel ſi intra le-
gitimum tempus conſecrari ſe fecerit, non
valet actus.

SVMMARIVM.

1 *Fraus proprie quæ dicatur.*
2 *Fraus quomodo probetur.*
3 *Tempus pro tempore in iure ponitur.*
4 *Poſſeſſor fraudulētus tenetur de fructibus percipiendis.*
5 *Etiam quòd ex ſingulari induſtria percipi potuerint.*
6 *Intereſſe ſingularis affectionis non debetur:ſed bene ſingularis lucri.*
7 *Fructus quomodo petantur. An bonæ ſidei poſſ. ſuos faciat: & quos. Et quomodo probetur quis locupletior ex eis.*
8 *Titulus habitus pro parte temporis an excuſet a percipiendis.*

L. LXXIX. Papinianus.

GENERALITER cum de fraude diſputatur: nõ qd habeat actor ſed quid per aduerſarium habere non potuerit, conſiderandum eſt.

SVMITVR ex ll. in gloſſ. allegatis.
In text. ibi cum de fraude diſputatur. i. cum
1 fraus alicuius arguitur. quæ† proprie dicit
contra fidem: & committi dicitur per eum
qui ad deceptionẽ alterius, & ad ſui com-
modum, aut verum tacet, aut falſum expri
mit. Abb. cõſi. lxviij. lib. j. vt hic per Dec.
2 Colligitur† autẽ pluribus modis: vt per
Paul. de Ca. in cõſi. lxv. in antiquis. Alex.
conſi. cxx. lib. iij. & conſi. cviii. vol. iiij. So
ci. in conſi. xxij. lib. iiij. & Iaco. de ſancto
Georgio. in tracta. de rhoidis. col. xj. vbi
ſeptem modis docet fraudẽ fieri. ſed latius
& eleganter. tradit Bal. in l. non dubiũ. C.
de legi. cuius verba. ve. no. tranſcribit Bri-
xien. in ſuo repet. in ver. fraus. col. fi. pul-
chre etiã de vi, & fraude. tractat Cic. lib. 1.
offic. & referã aliqua in l. ſeq.
In eo. text. ibi, non quid habeat actor. ſi
dicere auderem: hæc verba inepte a iuriſ-
cõſulto poſita aſſeuerarem: ideo in iſta ma-
teria. vide tex. not. in l. ſi nauis. in. §. fin. ff.
de rei ven. qui clarius & elegantius regulã
hanc tradit dicens, generaliter cum de fru-
ctibus æſtimandis quæritur, conſtat ani-
maduerti debere non an malefidei poſſeſ-
ſor fructus ſit: ſed an petitor frui potuerit,
ſi ei poſsidere licuiſſet. non poſuit prædicta
verba, non quid habeat actor, quia nihil ha
buit cum non poſsideret. Conſidera ta-
men forte poſſe dici & non improbabili-
ter debere exponi, habeat, pro habuiſſet: ſi
rem. ſ. ei poſsidere licuiſſet. & res erit cla-
3 ra. Sicque† poni tempus pro tempore: ha-
beat, pro habuiſſet: vt ſæpe in iure reperi-
tur. c. in Chriſto. de conſecra. diſtin. ij. cum
glo. in verbo erimus. pro ſumus exponen-
te. & vult. pro volet in ſequenti diſtinctio-
ne in c. peruenit. & euincitur, pro euictum
eſt. in l. quod euincitur, cũ glo. infra eo. fa-
cit tex. cum gl. in l. admonẽdi in verſi. ab-
ſolutus. ff. de iureiur. & in c. notandum. ij.
q. iij. vbi abſolutus, pro abſoluẽdo ponitur
cum alijs ſimilibus, de quibus per Areti, in
. §. j. l. pluribus. ff. de verb. obli.

4 Nota ergo, ꝙ ille† qui ratione fraudis cõ
uenitur, tenetur de fructibus percipiendis,
ſeu qui per actorem percipi potuiſſent ſi rẽ
poſſediſſet. Ad idem tex. in l. ait prætor. in
. §. hanc actionẽ. ff. de his quæ in frau. cre.
prout etiam in male fidei poſſeſſore. l. ſi na-
uis. §. fina. ff. de rei. ven. Facit ad prædicta.
tex. l. apud iul. in. §. fructus. ff. de leg. j. vbi
ille qui tenetur de fructibus percipiendis,
tenetur ad illos quos percipere potuiſſet
petitor, non autem ipſe poſſeſſor: tam in prę
dijs ruſticis, q̃ꝫ vrbanis, ac in alijs quibuſ-
cunq;. Et ſic in fructibus percipiendis con
tra moroſum habetur reſpectus ad perſonã
petitoris, non aũt rei conuenti, quia mora
& negligentia ſua ſibi & non alteri damno
ſa eſſe debet: vt ibi late per Iaſo. ponentem
omnia quæ hic ſcribit Deci. clariuſque &
melius. Et inquantum Deci. hic repro-
5 bando Bar. dicit, ꝙ† ſi quis vult ſe referre
ad id quod ex ſingulari induſtria percipere
potuiſſet, non ſit etiam conſideranda perſo
na actoris, quia non attenditur ſingulare
actoris intereſſe. l. pretia rerum. ff. ad legem
falc. l. ſi ſeruum. in prin. ff. ad legem acquil.
loquitur cõtra tex. d. l. ſi nauis. in. §. fi. & in
d. §. fructus. vbi Iaſ. per illa iura tenet, ꝙ de
huiuſcemodi fructibus habenda ſit etiã ra-
tio, vt pariter per pract. Pap. poſt Cyn. &
Bar. ibi relatos in forma primi libelli in gl.
ſuper verbo, & qui percipi potuiſſent.
Ad motiuum Decij de ſingulari intereſ-
6 ſe reſponde, ꝙ† intereſſe ſingularis affectio
nis non debetur, ſed bene intereſſe ſingula
re reſpectu vtilitatis. l. vnica. C. de ſen. quę
pro eo quod intereſt profer. ſecundum com
munem intellectum: vt ibi per Mod. Pap.
col. xvj. nu. 45. & l. pretia rerum. in fi. non
procedit odio moroſi: vt ibi per Alexan. &
pręalleg. Mod. in d. l. vnica. colum. xvij.
numero 48.
7 Poſtremo† in materia fructuum, quõ in
libello petãtur. An bonæ fidei poſſeſſor il-
los faciat ſuos, ſeu quos. Et quõ probetur
ex eis effectum quẽ locupletiorẽ. vide So-
ci. in c. ij. char. iij. & iiij. de lib. obla. Barb.
in conſi. lxxij. col. pe. & fi. vol. iiij. Spec. in
tit. de fruct. & intereſſe pract. Pap. in forma
lib. in actione reali. ſuper glo. in verbo, ſi-
mul cum fructibus. cum duabus ſeq. Alex.
in l. iij. in. §. ex contrario. colũ. ix. ff. de ac-
quir. poſſ. Angel. & alios. inſti. de rerum di-
uiſ. in. §. ſi quis a non domino. Barb. in con-
ſil. lxxx. in ſecũdo dubio. in iij. vol. Bal. &
alios. in l. apud antiquos. C. de fur. vbi po-
8 nunt, quãdo †pro parte temporis quis te-

tulum habuit, an a percipiendis excuſetur. Paul. de Caſt. in l. ſi fundum. C. de rei ven. & ſcripſi poſt Deci. in l. ex pœnalibus. ſupra eod.

SVMMARIVM.

1 *Factum quid fraude, quando dicatur.*

2 *Fraus ineſt dolo, vt ſpecies generi.*

3 *Fraudis ſpecies quæ ſint.*

4 *Fraus de permiſſo ad permiſſum, nec de prohibito ad prohibitum, non fit.*

5 *Fraus, fallacia, calliditas, Machinatio, impoſtura, quid ſint.*

6 *Ex enormi læſione quæ apparet, re ipſa dolus præſumitur.*

L. LXXX. Papinianus.

FRAVDIS interpretatio ſemper in iure ciuili non ex euentu dũtaxat, ſed ex conſilio quoque deſideratur.

SVMITVR ex ll. in glo. alleg. & ponitur ad declarationem. l. præcedentis. Vult
1 itaque regula iſta, per†fraudem non poſſe proprie dici quid factum niſi conſilium interceſſerit. ſecundum glo. & Deci. hic licet aliter & male intellexerit hunc tex. Alcia. in l. alius eſt fraus. ff. de verbo. ſigni. facit illud Catullianũ. Careat ſucceſsibus opto. Quiſquis ab euentu facta notanda putat. Facit pariter quod de dolo ex propoſito, & dolo re ipſa dicitur, qui proprie dolus non dr̃. l. ſi quis cum aliter. cum glo. in verbo, dolũ. ff. de verb. obl. de quo late ſcripſi in repe. l. ii. in vj. q. C. de reſcin. vendi.

Et quemadmodum, inquit iuriſcõſultus in l. iuriſgentium. in. §. ſed ſi fraudandi. ff.
2 de pac. fraus†ineſt dolo, tanq̃ ſpecies generi, vt ibi late per Alex. alibi tamen ponuntur vt ſynonyma. l. j. cum glo. ſuper verbo, fraude. ff. de inſa. facit illud Virg.

Quid meruere boues, animal ſine fraude doloue.

Sed proprie differunt: vt per Alex. loco
3 præalleg. Fraudis†autem ſpecies videntur eſſe, ſimulatio, fallacia, calliditas, machinatio, & impoſtura. ſecundum Abba. Iaſo. & alios in d. §. ſed ſi fraudandi, & in d. l. aliud, ſed elegantius, q̃ alij, loquitur de fraude Cicero in j. offic. Cum duobus modis, inquit, ideſt, aut vi, aut fraude fiat iniuria. fraus quaſi vulpeculæ, vis leonis videtur: vtrunque alieniſsimum ab homine eſt, ſed fraus odio digna maiore: totius autem iniuſtitiæ nulla capitalior eſt, quam eorũ qui tum, cum maxime fallunt, id agunt vt viri
4 boni eſſe videantur. De†permiſſo ad permiſſum non fit fraus: nec de prohibito, ad prohibitum, ſed eſt quædam multiplica
5 tio boni vel mali. Fraus† proprie eſt, quãdo ſimulatur permiſſum, & reuera prohibitum agitur: ſecundum Bal. & alios in tit. ſi de feu. ſue. controuer. inter dom. & agna. in .§. beneficium. vbi ponunt exempla, & iure probant. Fallacia deſcendit a verbo, fallo, fallis, quod eſt decipio. & dicuntur fallaciæ, verba ad decipiendum compoſita. Calliditas. i. aſtutia ad ingenium refertur: & eſt quædam prudentiæ pars, ſecundum Ariſt. & vt Cicero inquit, ille callidius dicitur, cuius animus vſu vt manus opera concalluit. Machinatio, ars ad decipiendum verbo vel facto. l. j. §. j. ff. de dolo. Impoſtura, deceptio, hinc eſt illud dictum, Facile eſt barbato imponere regi. tracta videtur metaphora ab his, qui operimentum rei imponunt vt vitium tegant. In caſibus tamẽ
6 per gl. & Dec. hic poſitis, ſufficit q†fraus re ipſa committatur: & ex enormi leſione apparẽte dolus re ipſa præſumitur, Qui tamen non ſufficit in caſu. c. quãuis. de pact. in vj. quaſi requiratur dolus ex propoſito: vt hic per Deci. ad fi. de quo plures poſui remiſsiones in rep. l. fi. in ij. prin. q. Bartol. C. de pac.

SVMMARIVM.

1 *Probationes in ſpecie præualent probationibus in genere.*

2 *Genus, a ſpecie aliter iudicatur a legiſtis, quam dialecticis.*

3 *Generi per ſpeciem derogatur, et ſpecialior diſpoſitio attenditur Et quomodo cognoſcatur.*

4 *Specialis diſpoſitio, etiam quòd contradicat, derogat generi.*

5 *Prioribus derogatur per poſteriora.*

6 *Generalis confirmatio non trahitur ad ſpecialiter reprobata.*

7 *Inueſtitura non prodeſt rebus iniuſte poſ-*
ſeſſis.
8 *Generi per ſpeciem derogatur in legibus*
& ſtatutis. limita nu. 9. 10.
11 *Sermo generalis, vbi verificari non poteſt*
niſi in vna ſpecie, loco ſpeciei habetur.
12 *Generi derogatur per ſpeciem in contra-*
ctibus. Et vltimis voluntatibus nu. 13.
L. ſi alij. ff. de vſufr. lega. declaratur &
ornatur maxime in fi. nu. 14.
15 *Generi per ſpeciem derogatur in legatis.*
16 *Item in reſcriptis & mandatis. Secus in*
priuilegijs nu. 17.
18 *Iuriſdictio cenſetur alicui potius data ac-*
cumulatiue, quam priuatiue.

L. LXXXI. Papinianus.

IN TOTO iure ge-
neri per ſpeciem dero-
gatur: & illud potiſſi-
mum habetur, quod ad
ſpeciem directum eſt.

IDEM dicit in ſecunda parte quod in
prima, ſed per diuerſa verba, & aliũ loquẽ-
di modum, & ita ceſſat ſuperfluitas. Vel for
te melius dicamus, in ſecunda parte iſtius.
l. nõ fieri verbũ de genere, ſed poſtquã di-
xit iuriſconſultus generi per ſpeciem dero
gari, ſubiungit aliud dictum, illud eſſe po-
tiſſimum & fortiſſimum quod ad ſpeciem
dirigitur: & ideo diſpoſitio quæ capi poteſt
in ſpecie & in genere, capi debet in ſpecie,
l. hoc legatum. vbi Bar. not. ff. de leg. iij. tra
dit Bar. in l. i. ad fi. prin. ff. de eden. declarã-
do vt pulchre per Soci. in l. j. colũ. ij. ff. de
vulg per Alex. & Mod. Peruſ. in rub. ff.
ſol. mat. fol. v. Ea igitur quę nominatim &
in ſpecie dicuntur, tradũturq;, potiora ſunt:
quia de his ſpecialiter cõſtat legislatorem
habuiſſe curã. Hinc dicitur in l. ſtipulatio-
nes commodiſſimum. ff. de verbo. obliga.
1 † vtilius eſſe capitula contractus ſpecifica-
re, quã ſub generali clauſula concludere,
Hinc ẽt eſt ꝙ rigor in ſpecie ſcriptus præ-
fertur ęquitati in genere ſcriptæ Iaſo. in l.
placuit. ad fin. C. de iud. Et præſumptio in
genere tollitur per pręſumptionem in ſpe-
cie Alex. conſi. lxxvj. in cauſa accuſ. colũ.
ij. ver. nec prædictis lib. ij. Et probationes
in ſpecie ſemper pręualent, probationibus
in genere. Inno. & alij in c. auditis. de præ-
ſcrip. Balb. in trac. pſcri. fol. iiij. in vlt. col.
v. principalis. Poniturq; pñs regula, ẽt in
c. generi. de reg. iur. in vj. & in c. dudũ de
prębẽ. eo. lib. ibi, per ſpẽm generi derogat',
ꝗꝗ̃ de genere in derogante ſpecie mentio
nulla fiat. Et ſimiliter qñ de genere &
ſpecie ſimul fit mẽtio, genus p ſpeciẽ decla
rat' ac reſtringitur: vnde ſi cõtrahat' ſocie-
tas de lucro & quęſtu, cõtracta intelligitur
de lucro ꝓueniente ex quęſtu, idẽ opera, &
nõ de omni lucro. l. ſed & ſi adijciatur. cum
dictis Bar. ibi. ff. p ſoc. eo ꝙ, ſcd̃m Bar. ibi,
cõiter fieri cõſueuit de lucris ꝓuenictibus
ex quęſtu. l. coiri. eo. tit. Alex, vbi lim. in l.
ij. in princ, in pen. col. ff. de vulg. Sumit
hęc regula de ſpecie generi derogante, ex
l. ſanctio. ff. de ęon. Facit. l. doli clauſula. ff.
de ver. obl. §. fœliciſſimo. l. vxorem. ff. de
leg. iij. §. cohęres. l. cohæredi. ff. de vulga. l.
quæſitum. ad fi. cũ not. per Bart. ff. de fun.
inſtru. c. quãuis. de pręben. in vj. & c. ij. de
offic. leg. Et aliter diſtinguitur genus a
ſpecie per legiſtas: aliter per dialecticos;
2 vt tradunt † Pau. de Ca. & alij in. §. mutui
datio. l. ij. ff. ſi cer. pet. & late per Zaſiũ ger
manũ circa principiũ ſuorũ ſingu. intelle-
ctuũ. Et quid dicatur genus, quid ſpecies,
quid indiuiduum dicã infra in l. in toto &
pars. & in l. omnis diffinitio.
3 Quãdo igit' † ſpecies aduerſat' generi, de-
rogat generi: & diſpoſitio minus gñalis, ꝓ
ſpecie reputat': & inter ſpecies illa quę ſpe-
cialior eſt attẽditur, qa indiuidua derogant
ſpeciei: vt hic p Deci. ponentẽ quędã ſigna
ad cognoſcendũ & iudicandum, quę magis
ſpãlis cenſeat' diſpõ. De quo ẽt per Are. in
conſi. xcvij. in cauſa & pũcto, Dec. in cõſi.
iij. & ccclxxxii. col. iij. & cccclxiij. colũ. fi.
& in l. ſi ruffinus. C. de teſta. mil. & p Iaſ. ĩ
cõſi. xij. vo. iij. cõcordat cũ pręalleg. ꝙ in-
ter ſpecies illa q̃ eſt ſpãlior derogat alteri,
qa qua rõne ſpecies generi derogat quia eſt
ſpecialior, eadẽ ratione ſpecies illa quę eſt
ſpãlior & ſic indiuidua derogare debet al-
teri ſpeciei, niſi ad ſit maior rõ ſpecialita-
tis & maior fauor ęquitaſq; maior in vna
ꝗꝗ̃ in alia. illa. n. pręualet & pręcedẽtia ma-
gis influũt in ſequentia, ꝗꝗ̃ ecõtrario: vt ibi
plene p Iaſo. propterea determinantẽ not.
quęſtionẽ. Dicit etiam Ang. in cõſi. ccclv.
4 vtrũ, in nouis, ꝙ † interdũ prouiſio ſpecia-
lis diſcrepat a gñali & prima frõte cõtradi
cit. exẽpli gratia. ſtatutũ diſponit ꝙ de fal-
ſitate inquiri poſſit vſq; ad xx. annos, alio

ſpeciali ſtatuto cauetur ꝙ contra teſtē fal-
ſum inquiri nō poſsit niſi infra mēſem, tūc
generali ſtatuto per ſpeciale contradicto-
riū derogatur, ꝑ prædicta. Vt ēt ſi ſtat. mā-
det homicidam capite puniri, aliud diſpo-
nat homicidiū banniri nō puniri, aut ſi ſta-
tutū punit percutientē manu vacua certa
pœna, aliud ſtatutū prouidet ſpecialiter vt
maleficia inter cōiunctos manu vacua com
miſſa nō puniant, quia tunc ſpecies in ſua
ſpecie cōtradicit, & ſpecialis diſpoſitio tā-
quā potētior tollit genus, & a gñe excēpta
eſt, prǣualebit qđ in ſpecie dr̄: ita ſecūdum
Ang. prǣalleg. intelligit regula noſtra. qui-
bus adde Bal. in cōſi. cccxlvij. lib. iij. & Ri
pam in c. j. nu. 91. de reſcrip. Et per iſtam
regulā determinātur plures aliǣ qōnes: vt
per Deci. hic circa fin. & per eundē, Ange-
lumq;. Frā. de Are. & Iaſ. in cōſi. præalleg.
Ioan. An. & Canon. in d. c. generi. & Deci.
ēt in cōſi. ccccliiij. col. fi. & dclxiiij.
5 †Quēadmodū aūt generi per ſpeciē de-
rogatur, ita prioribus ꝑ poſteriora. l. pacta
nouiſsima. cū ibi not. C. de pac. tradit etiā
Iaſ. in conſi. xij. prǣalleg. Et pariter gñalis
diſpoſitio reſtringit vt nō procedat, ſeu fa-
cta nō intelligatur in caſu nō cōceſſo. text.
eſt in l. j. in §. qui mādatam. in ver. quare ne
mo. & in l. ij. ff. de offi. eius. & tradit Deci.
in conſi. cccciiij. col. j. Hinc etiam eſt, ꝙ
6 †generalis cōfirmatio non trahitur ad ſpe-
cialiter reprobata: & iniquis priuilegijs
nō prodeſt generalis cōfirmatio priuilegio-
7 rum: Et pariter † inueſtitura non prodeſt
rebus iniuſte poſſeſsis: vt per Felyn. in c. j.
char. pe. ver. leges inſertǣ. de reſcrip. & per
Iaſ. in l. ſtipulationes commodiſsimum. ff.
de verbo. oblig.

Et ponderabis verba regulæ in toto iu-
re. i. in his negotijs quǣ in iure tractantur:
ideo ſecundū Deci. hic. Dyn. & Cano. in d.
c. generi. locū habet in legibus, ſtatutis, cō-
tractibus, & vltimis volūtatibus. in reſcri.
mandatis, & ſimilibus: propterea ſummus
Pontifex, qui hāc regulā poſuit in d. c. ge-
neri. omiſit illa verba in toto iure, clariuſq;
& cōpēdioſius loquēdo, generi, inquit, per
ſpeciem derogatur. omnia. n. comprehēdit.
8 Circa primum membrum † de legibus
& ſtatutis: ſiue ſpecies prǣcedat genus, ſi-
ue ſequatur locum habet: vt hic plene per
Deci. Bar. & Alexā. in apoſt. in d. l. ſanctio
legum. Ang. Iaſ. & Deci. in conſi. prǣalle-
gatis. Hinc eſt, ꝙ vbi aliquid ſpecialitatis
introductum eſt in vno caſu, lex ſuperue-
niens, & generaliter loquens non compre-
hendit illum caſum: vt per Iaſonem in l.
poſtquam liti. colum. fina. C. de pactis. vbi
Aquen. Deci. & alij Moder. etiam tradunt
& pariter ſi lex in vno ſpeciali caſu prouı-
det requirendo ſolennitatem in eo, quǣ ta-
men generaliter etiam in alijs requiritur: ſi
poſtmodum lex noua generaliter ſolemni-
tatem illam tollat, non cenſetur tollere in
caſu illo: vt per Felynū alios referentem, in
c. j. colum. viij. de reſcrip.
9 Et procedunt prædicta† niſi conſtaret
de mente legis generalis ꝙ voluerit ſpecia-
li derogare, vt quia dicatur non obſtante
aliqua lege quæ generaliter vel ſpecialiter
contradiceret: vt hic per Decium colum.
ij. Alexand. & Iaſo. in l. ſciendum. colum.
ij. ff. qui ſatiſda. cogan. Sed tunc lex ſeu
diſpoſitio prima non eſt ſimpliciter gene-
ralis, quemadmodum hæc regula intelli-
gitur, ſed eſt ſpecialis & poſterior, ideo
nimirum ſi priorem ſpecialem tollit, per re-
gulam. l. pacta nouiſsima. C. de pactis.

Procedunt etiam prædicta in diuerſis le-
gibus ſi ſpecies ſit contraria generi, alias
ſecus: vt hic per Decium colum. ij. ſed quē-
admodum in ſuperioribus diximus, iſta re-
gula intelligitur quando ſpecies generi ad-
uerſatur: ſi vero ſpecies non aduerſetur ge-
neri ſed ſit ſubiectiua, tunc non derogat ge-
neri, cum gratiæ exempli poſita videatur l.
quæſitum. §. ſi. cum ibi not. per Bar. ff. de
fun. inſtru. & tradit Phil. Franc. in d. c. ge-
neri. circa prin.

Secundo regula iſta non procedit ſecun-
10 dū Deci. † vbi genus verificari debet in
vna ſpecie, quia tunc generi per ſpeciem
non derogatur: vt in l. ſi hǣres. ff de opt.
leg. c. ex parte. el j. de offic. deleg. remit-
tit ſe tamen Deci. ad dicta ſua in c. paſto-
ralis. in §. quoniam. de reſcrip. vbi contra-
rium tenuit in ij. colum. ſed non reſpondet
ad d. l. ſi hæres. nec ad l. ſi domino. ff. de leg.
j. quæ ineuitabiliter probant concluſio-
nem prædictam. quam vt not. ſequitur Fe-
ly. in d. cap. ex parte. el j. ad finem commē-
ti. & in dicto. §. quoniam. in princi. dicens,
nota ad intellectum præſentis regulæ non
dici diſpoſitionem generalem, quando nō
comprehendit totum genus, ſed verifican-
da ſolummodo venit in vna ſpecie ſub
genere cōprehēſa: inferendo ad quæſtio-
nem vt ibi per eum. Facit lex ſecunda.
cum ibi not. per Iaſo. in j. colum. ff. de lib.
11 & poſthum. ꝙ† vbi ſermo generalis veri-
ficari non poteſt niſi in vna ſpecie, loco
ſpeciei habetur, faciunt quæ late ſcripſi

in l.fi. C. de pactis. circa intellectum §.de
illo.l.iij.ff.pro ſocio.Sed & ſi prædicta ve
ra ſint,limitatio tamen bona non eſt: quia
regula eſt de ſpecie ad genus in prædictis
terminis vtraque diſpoſitio ſpecialis repu-
tatur,ideo &c.& quum paris ſint potętiæ
vna non debet alteram poſſe tollere.arg.§.
intempeſtiuum.l.ille a quo.ff.ad trebel. Et
pro declaratione prædictæ concluſionis: vi
de Paul.de Caſt.in d.l.ſi domino. vbi notã
ter declarando ipſam legem & cõtraria ibi
tacta,dicit,aliquando vni legatur ſpecies,
alteri totum genus,vt lego tibi ſtichum et
ſempronio ſeruos meos;& in genere nõ cõ
prehęnditur ſtichus per regulam iſtã.Quã-
doque vni legatur certa ſpecies de genere,
alteri ſpecies incerta de eodem genere cer
tificãda per eum vel per alium vt in dictis
legibus,& iſtud non dicitur legatum gene
ris,ſed bene dicitur legatum generaliter fa-
ctum,quia de qualibet re in genere conten-
ta,ita loquũtur dicta iura,nec procedit hoc
caſu regula iſta,neque ſpecies illa eximitur
de genere, immo in illa ſpecie concurrere
poſſũnt: vt ibi per eum.

12 Secundo iſta regula procedit†etiam in
contractibus quia genus per ſpeciẽ reſtrin-
gitur ex veriſimili mente contrahentium.
Et clauſula generalis non refertur ad ſpeci
ficata: vt hic per Decium poſt alios. & eſt
tex.per omnes allegatus in d.§l. ſtipulatio-
nes commodiſsimum. & in l. doli clauſula.
vbi omnes ſcribentes not.ff.de verb. obli.
& in not.caſu ſcribit Alexand. in conſilio
xciiij.ad fin.in iiij.vol.

13 Tertio locum habet regula iſta† in vlti-
mis voluntatibus, vt hic per Deci. poſt
Dyn.& alios, niſi diuerſis reſpectibus ge-
nus & ſpecies ponerentur, vt quia vni le-
garetur genus reſpectu vſusfru. alteri ſpe-
cies reſpectu proprietatis: tunc enim ſpe-
cies non derogat generi,ſed concurrunt l.ſi
alij.ff.de vſufruc.lega.Bal.tamen,quem ip-
ſe pro ſe allegat,in l. quoties.C. f m herc.
contrarium firmat per regulã legis noſtrę.
idem Deci.in conſi.cccccxc.dicit non eſſe
recedeñ.a prædicta opi.quæ communis eſt
quia regula iſta generi per ſpeciem, proce-
dit concurrentibus genere & ſpecie in eo-
dem iure, vt quia teſtator vni legauit do-
mum,& alteri omnia bona immobilia,tũc
apprime procedit hæc regula,generi p̃ ſpe-
ciem: quia de eodem iure proprietatis agi-
tur in genere & in ſpecie. ſecus ſi in genere
agatur de vno iure, puta de vſufruc. & de
alio in ſpecie,de proprietate puta. tunc.n.
generi per ſpeciem non derogatur. d.l. ſi
alij.Pro cuius declaratione & intelligentia
vide etiam Bar.in l.ſempronio illo eo. tit.
de vſufru.lega.pract.Pap.in forma lib.quo
vxor agit ad dotem,in glo.ſuper verbo,do
nec.Pau.Pichum in repet.§.titia.l.titia.ff.
de leg.ij.col xviij.verſi.venio modo. & in
xxj. quæſt.cum ſeq. Aquen.in l.gallus. in
.§.quidam recte.ff.de lib.& poſthu.Iaſo.in
l.cum quid. in gl.cauto.in ij.lect. ff.ſi cer.
pet.& in l.quicquid aſtringende.col.iij.ff.
de verbo oblig.Deci.in conſi.ccv.& in l.
ſemper in ſtipul.ſupra hoc eodem titu.

Et quemadmodum ex dictis doct. in lo-
cis præalleg. circa intellectum. d.l. ſi alij.
14 ad fin. ibi,†interdum plus valet ſcriptura
q̃ quod actum ſit.communis ſcribentium
ſentẽtia eſt cũ Bar.ibi, videlicet ꝙ nõ con
ſtabat de voluntate & propoſito teſtato-
ris,ideo propoſitum in mente retentum ni-
hil operatur. Quod demõſtratur ex verbis
iuriſconſulti ibidem dum ait, ſi eo propo-
ſito fecit.& dum iterum ſubiungit,quia in-
terdum plus valet ſcriptura q̃ quod actum
ſit. quaſi velit dicere,regulariter plus valet
quod agitur, q̃ quod ſcribitur, dummodo
conſtet de voluntate.d.l.ſemper in ſtipula-
tionibus. Si vero non conſtet de volunta-
te,tunc plus valet ſcriptura, q̃ propoſitum
in mente retentum: vt ibi.

15 Item procedit†prędicta concluſio in le-
gatis,quando vni legatur genus,alteri ſpe
cies: ſecus ſi eidem genus & ſpecies legata
ſint, quia in dubio tunc ſpecies non dero-
gat generi,ſed videtur expreſſa gratia tol-
lendæ dubitationis.l. quæſitum.§.item ſi
fundum.ff.de fun.inſtru.declarando vt hic
per Deci.poſt Dyn.loco præalleg.& Bart.
in d.l.quæſitum.in.§.fi.Ideo dicunt Bal.&
Phil.Fran.in dicta regula,generi,ꝙ proce-
dit quando ſpecies aduerſatur generi: alias
videtur poſita, exempli gratia. præal-
lega.§.fina.

16 Quarto locum habet regula iſta † in re-
ſcriptis,ſeu mandatis:per text. in d. c.j.de
reſcrip.& in c.ſtuduiſti.de offic.leg.Decla
ra iſtud membrum: vt plene per Fely. De-
ci. Ripam & alios in d.c.j. de reſcript. &
per ſcribentes in præalleg.§.quoniam. &
17 in d.c.ſtuduiſti. Secus eſt†i priuilegijs,
quia ſecundum non derogat primo, ſiue ge
nerali,ſiue ſpeciali. c. veniens. de præſcrip.
declarãdo & limitando: vt per Decium &
alios.in d.c.j.de reſcrip.vbi Ripa ordinate
18 ſcribit nu.74.cum ſeq. Similiter† in mã
dato iuriſdictionis ſpeciale nõ derogat ge-
nerali.

nerali.l.j.cum ibi not.per Bar.C.de offic. præfe.vrb. cũ aliis de quibus hic per Deci. Iuriſdictio ergo cẽſetur potius data accumulatiue q̃ priuatiue. Vnde ſi in ciuitate cõſtitutus ſit officialis ſuper damnis datis,aut ſuper abundantia, non tollitur per hoc iuriſdictio, quam habet poteſtas, qui vniuerſalem habet:ſecundum Bart. ibi. de cuius dicti veritate: vide Alexan. in l.Gallus.in.§.ille caſus.col.iij.ff.de libe.& poſthu.Corn.in conſi.lxvj.cum ſeq. lib.j.& conſi.xxx.vol.ij.latius Fely.in c.paſtoralis.de offi.ordi.Deci.in cõſi.dcxc.& Matthæ.de Affli.in deciſ.regni.xlj.in reliquis recurre ad Dy.& alios in d.c.generi.

SVMMARIVM.

1 *Superfluitas, & inculcatio verborum tolleratur ad tollendam dubitationem.*

2 *Abundans cautela non nocet in contractibus, vltimis voluntatibus, & iudiciis.*

3 *Ordinem ſeruare, vbi prætermitti poteſt, nunquam nocet.*

4 *Notarii plura impertinentia in inſtrumentis ponunt ad abundantem cautelam.*

5 *Hæc regula limitatur. & nu. 6.*

7 *Quando aliquid non requiritur, ſi adhibeatur & inepte, quando vitiat. & numero 8.*

9 *§.cum inter.l.inter.ff.de pact.dota.declaratur, & ornatur.*

L. LXXXII. Papinianus.

QVAE dubitationis tollendę cauſa contractibus inferuntur:ius commune non lædunt.

Svmitvr ex.ll.in glo.alleg.Et iſto
1 † caſu toleratur ſuperfluitas & inculcatio verborum,quia ſatis videntur operari tollendo dubitationem. vt enim dicũt Cano. in c.nimis.el j.de exceſsi.præla.ad tollendam ſophiſticam interpretationem, verba non poſſunt ſupra modum ſpecificari, vt hic ẽt per Deci.Iaſ. & alios in l.teſtm̃.C. de teſt.Fely.in c.fi.col.vij.de conſtit.in c.eam te;col.xij.de reſcri.& in c.ſolitæ,col, fi.de maior.& obed.nam pp obſcuritatem verborum quis in errorem inducitur c.plerique.xxiiii.q.iii. tradit Card. Alexã. per illum tex.in c. erit autem lex.iiii.diſtinct.
2 abũdans† igitur cautela non nocet: Et qđ hic dicitur de contractibus, procedit etiam in vltimis voluntatibus. d.l. teſtamentum: vt hic per Deci. idem dicas in iudiciis, ſecundum Bal. & Rimin. in d.l.
3 teſtamentum. quia † nunquã nocet ordinem ſeruare, ẽt vbi prætermitti poteſt: vt per Innoc.in c.nouit. de iudi. cum aliis ibidem alleg. faciunt ad prædicta quæ pulchre ponit Are.in l.ii.col.fin.in prin.ff.de
4 leg.j. Et propter prædicta † notarii in ſuis inſtr̃is apponunt multa verba ſuperflua, & ſæpenumero impertinentia, ſcd̃m Rim.& alios in d.l.teſtamentum. & maxime in renunciationibus. ſi. n.aliquis fideiuſſor ſe obliget, apponunt renunciationẽ beneficii de fideiuſſ.nouarum cõſtit. & de duobus reis. Et econtrario vbi vnus obligat ſe principaliter pro alio, vel duo rei conſtituuntur,faciunt ꝙ renunciant beneficiis de fideiuſſ. etiã in caſibus vbi ad inuicem non videntur fideiubere, vt habetur in l.vir vxori.ff.ad velleia. quantumcunq; iſta remedia ſint diuerſa diuerſiſque competant.Et idem ſi mulier ſe obliget & contrahat nomine proprio, adiiciunt renũciationem velleiani,quod eſt ſuperfluum cum habeat tantũmodo locum qñ pro alio intercedit. Et idem eſt in inſtrumẽtis emptionum & vẽditionum dum dicunt dedit & tradidit, quia eſt ſuperfluitas in verbis. Pariter in ſubſtitutionibus apponũt clauſulam vulg.pup.& per fideicom.ẽt in maioribus & extraneis, in quibus non cadit pupillaris.& ſic de ſimilibus. Quandoq; tñ ex abundanti cautela in materia de ſi-
5 mulatione vel fraude ſuſpecta † fraus & dolus præſumitur, & ſiniſtra oritur ſuſpicio: ſecundũ glo.not. in l.ſi quis ſub conditione hæredes. ff.de condi.inſti.vt hic p Deci.& alios in d.l.teſtamentum.ſed illud eſt pp cautelas inſolitas, & in materia ſuſpecta appoſitas, redolenteq; neſcio quid illiciti. Plura poſſent adduci quæ tradũtur per Anch.in conſi. cclvij.circa fi. Barb.in conſi. vii.lib.ii.& in conſil.lxxvi.colum. fi.vol.iii.Cor.in cõſi.xxiii.col.ii.lib.iii. Soci.cõſi.cxi.fo.j.vol.ii. Are.cõſi.xxiiii. col.ii.verſ.in contrariũ.Iac.de ſan.Georg. in tract.feu.in verbo, qui quidem inueſtiti.col.j. Alex. conſil. xxviii.col.ii.vol.v. Feli.in c.tertio loco.ad fi. de probat. in c.

cauſam quæ. el ij. ad fin. de teſtib. & in c. ſi cautio. verſi. & propter ea. col. xxv. de fide inſtru. & Iaſ. in l. vnica. in. §. is videtur. col. ij. ff. ſi quis ius dicen. non obtem. vbi etiam Aquen. quem etiam vide in l. ij. ad ſi. princ. ff. ſol. ma. & Hippo. Bono. in l. de minore. in prin. in iiij. col. ff. de quæſtio.

Secundo iſta regula limitatur ſecundum Deci. hic Saly. Rimi. & alios in d. l. teſtamentum. quando illud quod cauſa tollendæ dubitationis exprimitur eſt vitioſum: vt in iuribus pro contrarijs ibi allegatis.
6 ſuperflua † igitur, vt ibi dicit Rimin. poſt alios, vitiant & vitiantur vbi ſunt contra naturam actus, vel contractus qui geritur, nec poſſunt ſeparari. l. actus. ſupra eodem. l. græce. §. illud. & §. ſi ſtichum. ff. de fideiuſſ. Confirmantur prædicta ſecundũ De-
7 ci. hic. quia † in ſententia, in libello, in depoſitione teſtis, expreſsio cauſæ neceſſaria non eſt: ſi tamen ad tollendum forte dubitationem cauſa exprimatur, & inepta ſit, vitiat: eo quia præſumptio, quæ erat pro prædictis cauſa non expreſſa, tollitur per expreſsionem. & ſic plus nocet inepta loquutio, ꝙ taciturnitas: vt dicit gl. in clem. cõſti. in verbo de nouo. de elect. Ad oppo. tamen facit regula. l. vnicæ. in prin. C.
8 de rei vxo. actio. ꝙ † illud, quod omiſſum non vitiat, pariter non vitiat ſi inutiliter vel inepte agatur, aut opponatur. eſt materia brochardica ſu qua infinita propemodum adduci pro & contra cõſueuerunt. & nonnullæ diſtinctiones tradi per doct. Vide Roma. in conſi. ccccxcvij. Fely. in cap. examinata. col. vij. cum ſeq. de iudic. & in c. cum ordinem. char. j. de reſcript. & in c. qualiter & quando. el j. col. ij. & iij. de accuſa. omnes Moder. in l. vinum. ff. ſi certũ peta. Deci. in conſi. xxxvij. col. ij. Moder. Bononi. in l. vnius. in. §. cuſtodiæ. col. ij. et ſeq. de quæſtio. Mod. Aſten. in tract. de forma. char. liiij. col. j. cum pluribus ſequen. in uerſi. octauo & ſucceſsiue.

Contra iſtam regulam opponit hic gloſ. d. l. ſi cum dotem. in prin. ff. ſolu. matri. &
9 d. l. inter †. §. cum inter. ff. de pact. dot. vbi pariter glo. opponit & non ſoluit. in dictis enim caſibus expreſsio ledit ius commune, quia vbi indiſtincte dos ſolu. ma. ad patrem dotantem redibat, propter talem expreſsionem et ſpecificationem excepto caſu expreſſo non redit. pro ſol. vide Saly. in l. qui mutuam. in prin. ff. man. dicentem, ꝙ in contrarijs prædictis pactum nõ fuit appoſitum cauſa tollendæ dubitationis: ſed cauſa limitationis, ideo in caſu cõtrario ad expreſſum vim renunciationis obtinet: vt latius per doc. in d. l. ſi cum dotem. in prin.

Et de intellectu præallega. §. cum inter. vide Alex. in l. pecuniam. in prin. ff. ſi cer. pet. Soci. conſi. ix. col. ij. lib. j. Campez. in trac. de dote. in v. parte. q. xix. Iaſ. i l. poſt dotem. col. xvij. ff. ſolu. ma. Deci. in l. j. ſuper gloſ in verbo fortiſsimum. col. ij. ff. de offi. eius. & in conſi. ccxxxij. col. ſi.

SVMMARIVM.

1 *Verba, nullo iure cogente, quomodo accipiantur proprie.*

2 *Obligatus ad Antidora ſimpliciter ſoluens non præſumitur donare.*

3 *Donatio, quæ ſit cauſa remunerationis, proprie donatio non dicitur.*

4 *Obligatio ad antidora operatur quindecim effectus.*

L. LXXXIII. Papinianus.

DONARI videtur, quod nullo iure cogente conceditur.

Sumitur verbotenus ex l. donari. ff. de dona. et ex aliis. ll. per gl. alle. Difficultas iſtius regulæ cauſatur ex illis ver-
1 bis † nullo iure cogente. ſi enim nec ciuili iure, neq; naturali debitum ſit, de plano ꝓcedit. Sed ſi naturaliter ſit debitum. diſtinguendum eſt ſecundum gl. & Bar. vt hic refert Deci. aut eſt naturalis ex pacto ꝙ potens eſt ad cauſandum retentionem. & cenſendum eſt tunc potius ſolutum debitũ ꝙ donatum, aut eſt naturalis ad antidora, & iſta non excludit donationem, quia non eſt potens parere effectum retentionis. Deci. tenet, ꝙ nulla ex dictis naturalibus obligationibus excludat donationem, ex quo talis obligatio non habet in ſe neceſsitatem ſolutionis: vt hic per eum. Et iſta eſt recta ſnīa & vera interpretatio præſentis regulæ ſi in ſole (vt aiunt) nolumus calligare. nam illa verba, nullo iure cogente, reſpiciunt & determinant actum conceſsionis & ſolutionis, non autem retentionis, & ſic modo non cogatur & neceſsitetur qs ſoluere, prout contingit in naturaliter obligato, cuiuſuis qualitatis ſit illa talis naturalis obligatio inducitur donatio, facit l. nec

ignorans.C.de dona.dum dicit, nec igno-
rans,nec inuitus quiſquam donat.Et intel
ligo prædicta qn̄ concedens vtitur verbo
donationis,aut æquipollenti : cum donari
illud dicatur,quod ea mente datur, vt ſta-
tim accipientis fiat.Et ob nullam aliā cau
ſam datur,q̄ vt liberalitatem & munificē
tiam quis exerceat:vt dicit iuriſconſultus
2 in l.i.ff.de dona.† nam ſi naturali obliga-
tione ex pacto vel ad antidora obſtrictus
ſimpliciter traderet,aut cōcederet, potius
præſumerem ſolutionem naturalis debiti
q̄ donationem:quia vbicunq; capi poteſt
alia præſumptio vel coniectura q̄ dona-
tionis, illa accipi debet.l.cum de indebi-
to.ad fi.ff.de proba.l.campanus.de operis
lib.tradunt Anch.conſi.xxxii.& clxxxi.
& Aquen.in l.poſtquam liti.& col.i.cum
ſimil.C.de pact.Si igitur ſalua ratione re-
cti & latini ſermonis īterpretari poſſumus
actum , vt ſoluens aut concedens naturali
debito ſatisfacere voluerit,cur talem cōie
cturam potius nō capimus q̄ donationis,
quodq; adhuc velit tali obligatione natu-
rali nexus ſub eadē obligatione remanere.
3 Et qn̄†naturaliter modo prædicto obli
gatus animo donandi & remunerādi,ſicq;
eam naturalem obligationem diſſoluendi,
daret aut ſolueret,nō eſſet vera & propria
donatio,ſed impropria:vt voluit Albe.ſu-
pra per Deci.relatus & Pau.de Ca.in d.l.
i.col.ii.per illum tex.ff.de dona.Operatur
4 † autem dicta naturalis obligatio ad anti-
dora multos effectus.quindecim connume
rat Aquen.in l.ex hoc iure.char.vlti. vbi
etiam Iaſ.alios congerit.ff.de iuſti.& iur.

SVMMARIVM.

1 *Priuatio præſupponit habitum.*
2 *Pupillus an dicatur proprie inteſtatus.*
3 *Hæc regula nō p̄cedit improprie loquēdo.*

L. XXXIIII. Papinianus.

NON videtur rem amittere,cu-
ius propria non fuit.

SVMITVR ex.ll.in gl.alleg.& facit
tex.no.in l.titio vſusfru.ff.de conditio.&
demon.& in l.i.in.§.i.ff.quib. mod.vſufr.
amit. vbi glo.allegat plures alios concor-
1 dan. Priuatio † ergo præſupponit habi-
tum : amittiq; nō poteſt quod acquiſitum
non fuit:& deſiiſſe non dicitur q̄ non inci
pit: quod non eſt rumpi non poteſt:& non
entis nullæ ſunt qualitates Deci.hic plu-
res.ll.adducit & canones,inferendo ad le-
gitimationem & emancipationem, vt per
eas probetur patria poteſtas,& quem non
fuiſſe legitimum.quæ omnia latius poſuit
Iaſ.in l.decem.in v.not.ff.de verbo. obli.
vbi ad comprobationem præſentis regu-
læ decem pulchra adducit ſimilia.Nō po-
teſt igitur recte poni priuatio vbi non ca-
dit habitus . vnde equus inepte diceretur
mutus,quia habitus loquendi non cadit in
eo.nec lapis dicitur eſſe cecus,quia viden
2 di habitus in illo non cadit. ſic † pupillus
non recte dicitur inteſtatus,quia in eo nō
cadit habitus faciendi teſtamētum, vt per
Iaſo.loco præalleg.de cuius dicti veritate
late ſcripſi in repe.l.ſi emancipati. in prin
ci.C.de colla.Similiter periurium non ca-
dit in eo qui non iurauit : qui enim nō iu-
rat non periurat,vt per Federi.de Senis in
q.cclxiiii.Et an excipiēs videatur fateri
debitum vel delictū ? Deci.hic ponit vnū
verbum.vide latius Aquen.in d.l.decem.
col.vi.vbi facit regulam cum octo limita.
3 Et procedit iſta regula † ſecundum ver
borum proprietatem : improprie vero &
largo modo dicitur quis perdere qđ nun-
quam habuit: ſicuti actus nullus infirmari
dicitur,vt hic per Deci.& Cardi.Alex.in
c.concilia.xvii.diſt.nota,inquit,uim dici,
perdere prius non habens,quod videt̄ im-
plicare contradictionem,cum priuatio pr̨
ſupponat habitum,ſed iſtud eſt,ſubdit,qua
tenus de facto proceſsit.I eo enim euacua-
tur , ſeu validitatem perdit , vt in c.acce-
dens.el j.in fi.vt lite non conteſt.

SVMMARIVM.

1 *Hæc regula quando non procedat.*

L. LXXXV. Paulus.

CVM amplius ſolutum
eſt q̄ debeatur: cuius
pars nō inuenitur quæ
repeti poſsit, totū eſſe
indebitum intelligitur
manente priſtina obligatione.

SVMITVR ex.§.ſi centū.in gl.alleg.
quæ duo bona ponit exempla.vnum reſpi

cit impoſsibilitatem, qm̄ ſolutio vel ſatisfactio conſiſtit in re indiuidua, alterum inuitam communionem a.l.damnatam. vt dicit text. in.§.ſi centū.& pulchre declarat Angel. in conſi. liiii.incip. Iulia. quamuis dici poſsit vtrunq; exemplum impoſsibilitatem reſpicere, cum decretum iudicis, de quo loquitur.§.ſi centum. ſecundū Deciū hic, indiuiduum ſit. Sed errore labitur, quia text.§. ſi centum, non loquitur in decreto iudicis, ſed in datione inſolutum a parte facta: & aſsignat dictam rationē, quia nemo inuitus cogitur ſtare in communione: ideo melius ſenſit hic glo. communis vt ſupra dixi. Verūtamen eſt, ꝙ diſpoſitio Bar. quā ibi ex illo tex. inferi, loquitur in decreto iudicis

1 Limita † & reſtringe iſtam regulam, vt facit iuriſconſul.in.d.§.ſi centum. aliiſque modis: vt hic ꝑ Deci.& Iaſ.in præalleg.§. ſi centum.& Soci. in.l.certi conditio.in.§. quoniam. col.fin. quadrupliciter limitantem vbi etiam Deci. & cæteri tangunt.ff. ſi cer.pet.

SVMMARIVM.

1 *Naturalis obligatio eſt de iure gentium.*
2 *Naturalis obligatio conſideratur dupliciter.& nu.3.*
4 *Quæ ſubdiuiduntur.*
5 *Ius gentium dupliciter conſideratur.*
6 *Depoſitum an ſit de iure naturali, vel iure gentium primeuo.*

§. IS natura debet, quem iuregētium dare oporret, cuius fidem ſecuti ſumus.

1 NATVRALIS † ergo obligatio, vt hic per Decium, eſt de iure gentium, & eſt no.ad declarationem ſecundum eum, ꝙ ea obligatio diſtinguitur & duobus modis principaliter conſideratur: & ſimiliter ēt ius gentium duobus modis accipit. Pri-
2 mo † naturalis obligatio conſideratur pro ea quæ oritur ex conſenſu & æquitate naturali, quæ ſuadet promiſſa ſeruari, q̄ cōtrahitur ēt cum ſeruis, & inter patrem &
3 filium. Secundo conſideratur † pro eo naturali inſtinctu, vt benefacienti benefaciamus, & cōtrahitur inter quoſcunq;: vt hic per Deci. Bart. in.l.ex hoc iure.ff. de iuſt. & iur. in ſua diſtinctione conſiderat quatuor ſpecies obligationis naturalis.alii vero moder. vt ibi ſcribit Aquen. in xiiii. col. melius conſiderant duas ſpēs tantum, vt dixit glo. in.d.l.ſed & ſi in.§. cōſuluit.ff. de peti. hære. Quia alia eſt q̄ oritur ex ratione naturali ſolis hominibus competenti, cum bruta ratione careāt, & iſta conſiſtit in obſeruantia promiſſorum l.j.ſupra de pact.cum vulg.& vt quis alteri non faciat quod ſibi fieri nollet, & huiuſcemodi, quæ ratio naturalis ſuadet, & eſt iſta de iure gentium: allegat legē noſtram. Alia eſt obligatio naturalis quæ oritur ex inſtinctu naturæ qui ēt brutis cōis eſt, vt benefacienti benefaciamus, nam & bruta hoc faciunt, vt experientia docet.
4 Et † prædictæ duæ obligationes ſubdiuiduntur poſtea in alias ſpecies, vt ibi ꝑ prę-allegatos ponentes etiam plures effectus quos inducit prædicta naturalis obligatio ad antidora vt benefaciēti benefaciamus. Si tamen lex prohiberet actum fieri, tunc ſi fieret non oriretur naturalis obligatio. text. eſt in.l.non dubiū.C.de legi.vbi Iaſ.
5 in quarto not.tradit. Similiter † ius gentium duplex eſt primeuū ſcilicet:& ſecūdarium: vt hic per Deci.Qui ad declarationem iſtius tex. ſubiungit intelligi debere de iure gentium primeuo, quod in effectu dr̄ ius naturale.c.ius naturale.j.diſt.& obligatio illa naturalis vt benefacienti benefaciamus, eſt de illo iure gētium primeuo, & ita intelligitur iſte tex. ſecus de ſecūdario quod a naturali diſtinguitur, immo eſt quodammodo contra vt infra dicā. Ideo Ang.are.inſti.de iure naturali.in.§.ius autem gentium.ad fi.not. duplex eſſe ius gētium. Primum fuit eo ipſo ꝙ gentes eſſe ceperunt naturali ratione inductū abſque cōſtitutione aliqua, vt fidē ſeruare. Et iſtud habet, inquit, concomitantiā cum iure naturali. Secundum eſt ius gentium quo oēs gentes vtuntur, quodq; ſibi conſtituerunt gentes non ſecundum rationem naturalē ſed quodammodo contra, vt bella, captiuitates, ſeruitutes,& diſtinctiones dominiorum, naturali.n.ratione omnes liberi naſcebantur: vt dicit tex.d.§.ius autē gentium. & hoc iuregentium annihilatus eſt ſtatus ſeruorum,& ſeparatus ab aliis, nihilq; ꝓpriū ſibi poſſunt acquirere, vt ibi ꝑ Ang. de quo quidem iure gentium primeuo & ſecūdario. vide etiam ſcribentes in.d.l.ex hoc iure. vbi Aquen. in iii.col.diſputat,
6 an † depoſitum ſit de iure naturali, vel de iure gentium primeuo: & concludit con-

tra Pau.de ca. non eſſe de iure gentiū primeuo:quia ius gentium, inquit,primeuum nihil aliud eſt, quam naturalis ratio inſita hominibus , & ſic eſt paſsio aiæ. Ex quo iure gētium bene oritur æquitas quæ ſuggerit fidem ſeruari ne dum in depoſito:vt declarat Pau.de Ca.ſed etiam in omnibus contractibus & conuentionibus. d.l.i.de pac. & l.i.de conſtit.pecu.ſed formalitas contractuum , ſiue loquamur in depoſito, ſiue in aliis , eſt poſtea introducta de iure gentium ſecundario, quod nihil aliud eſt, quā conſtitutiones quędam ab hominibus introductæ.vt ibi per Aquen.plura etiam de iſto iure gentium primeuo & ſecundario ſcripſi in rubr.ff.de orig.iur.

SVMMARIVM.

1 *In dubio iudicandum eſt pro dote tam conſtituenda,quam reſtituenda.*

2 *Mulier an habeat regreſſum ad bona alienata quorum hypothecæ renuntiauit.*

3 *Inſtrumentum dotis quando præſumitur prius factum quam alterum eodem die confectum.*

4 *Horæ appoſitio in inſtrumentis attenditur. & nume.5*

L.*non puto.ff.de iure fiſ.ornatur.*

6 *Poſſeſſor cæteris paribus vincit etiam quòd agatur cauſa dotis.*

L. LXXXVI. Paulus.

IN ambiguis,pro dote reſpondere melius eſt.

SVMITVR ex l.in ambiguis.ff.de iu. dot.aliisq; per gl.alleg. procedit generali-
1 ter† tam in dote conſtituenda , q̄ȝ reſtituenda:vt per glo.d.l.in ambiguis.et rationem iſtius regulæ aſsignat iuriſconſult.in l.j.ff. ſo.ma.vbi Bart.& alij dicunt iſtud etiam procedere tam in modo procedendi q̄ȝ decidendi,vt iudex mulieri agēti vel pro dote inſiſtēti magis q̄ȝ alteri parti fauere debeat,vt tradit Bal.Nouel.loco ſtatim alle. Alex.hic in apoſt.ad Bar.citat Bal.in l.ad exactionem.C.de dot.promiſ.enumerantē quædam ſpecialia in dotibus, ſed habes in præſentiarum duos magnos tractatus de hac materia,Campezij videlicet & Bald. Nouelli qui ſubtiliter plura ſcripſit.

2 Nota etiam diligenter, q † licet mulier renunciauerit iuri hypothecæ dotium,ſi tamen tempore quo agitur ad reſtitutionem dotis non ſit in facultatibus viri vnde mulieri pro cōſecutione ſuæ dotis cōſuli poſſit,mulier habebit regreſſum ad illa bona alienata,quorum hypothecę renunciauit fauore dotis,vt poſt Imo.ſcribit Matthę.de Affli. in deciſi.regni cccxiij.quod tū non pono pro conſtanti. Ex prædictis infer-
3 tur ſecundum Bar.in d.l.j.q † ſi reperiantur duo inſtrumenta eodem die cōfecta,& alterum ſit dotis,nec appareat de prioritate vel poſteritate temporis,præſumitur fauore dotis prius factum inſtrumentum pro dote faciens. Deci.hic extendit ad eccleſiam & fiſcum,niſi qn̄ tractaret de lucro captando per l.non puto.ff.de iure fiſ. reſtringendo cōcluſ.niſi in altero eſſet hora: quia
4 † prioritas horæ attenditur. & facit præualere,niſi pars eſſet in poſſeſsione. vt hic per eū.de quibus omnibus latius per Bal. Nouel.in præalleg.tract.fol.50. in j.char. ix.par.principa.Soci.Iaſ.Aquen. & alios Mod.in d.l.j.in primis col.ff.ſol. matri.in quibus locis præalleg. ſcribentes declarāt tex.d.l.non puto. vt de eis non facta mentione hic ſcribit Deci. Et vltra præallegata de intellectu illius tex.vide etiam Fely.in c.fi.col.ij.de re iudi.& in c.paſtoralis.col.iiij.de reſcrip. Aquen. in l.iuſtam. & in l.fi.col.ij.C.de eden.Iaſo.in l.de die. col.fi.ff.qui ſatiſ.cog.& in conſi.xcix.& cviij.volu.j.Deci.in c.ex literis.col.iij.de proba.& in rub.de iudi.col.fin.in ij.lectu.

5 Ad id vero † quod de appoſitione & probatione horæ dictum eſt, vltra ea quæ ſcribunt Bald.Nouel.Soci.Iaſ.Aquen. & alij in loco præalleg. vide Anchar.in conſilio ccclxxxviij.col.iiij.Fely.in c.capitulum ſanctæ crucis.col.fi.de reſcrip.& in c.paſtoralis.col.ij.eod.ti.Iaſ.in l.j.in.§.editiones.col.j.ſupra de eden.Deci.in d.c.paſtoralis.col.iij.& in conſi.clxix.col.fi. Soci. in l.qui duos.col.ij.ff.de rebus dub.& pulchre in cōſi.lxvij.vol.iij.quem ter in hoc
6 articulo variaſſe inuenies. Rurſus † q exiſtens in poſſeſsione obtinere debeat,et ſic ceſſet iſto caſu fauor dotis , vltra Bald. Nouellum Soci.& Iaſ.in locis præallega. vide Barba. in conſil.xxxix.col.iij.volu. iiij.Corſe.in ſingu. ſuis in verbo matrimonium.el iij. Curt.ſeniorem in repe.l.admonendi.col.lxxxvij.cum ſeq.ff.de iureiur. Iaſ.in l.ſi poſt diuiſionem.C.de iur.& fac. igno,et in l.nemo poteſt.in ij.lec.in penul.

charta.ff.de lega.j.Deci.in l.ſi.col.pen.C. de edic.diui. Mod.Bononi.in no.lxxxij. An aũt cauſa dotis comprehendatur in generali diſpoſitione,dixi in l.j.ſupra.eo.

SVMMARIVM.

1 *Non tollit factum quòd impedit faciendũ, etiam quòd factum non ſit legitimum numero 6.*

2 *Limita quando factum non eſſet perfectũ, & quando dicatur perfectum nu.3.*

4 *Dos propter inopiam viri in tuto collocata, ſuperuenientibus viri diuitijs retractabitur.*

5 *Res deueniens ad caſum, a quo incipere nõ poteſt,an vitietur.*

7 *Factum quandoq; facilius deſtruitur,quã impediatur de nouo fieri.*

§.ſacerdotio.l.nõ diſtinguemus.ff.de arbi. declaratur pulchre & ornatur.

8 *Effectus facti quòd impedit faciendum quandoque impeditur.*

§. NON eſt nouum, vt quæ ſemel vtiliter conſtituta ſunt, durent: licet ille caſus extiterit, a quo initium capere non potuerunt.

SVMITVR ex.ll.per gl.alleg. & alia exempla cum concordantibus adducit gl. in c.factum legitime.de regu.iur.in vj.vbi preſens regula etiam inſeritur,& ponit ibi Dy. duo alia exempla quæ tacito auctore tranſcripſit hic Deci.

1 No.ergo bonam regulam,ꝙ† ſemel vtiliter conſtituta durant, licet ſuperueniat caſus a quo inchoari nõ potuiſſent:ſeu ꝙ nõ tollit factum quod impedit faciendum , vt allegat Dy.loco præalleg.Et vbi iuriſcõſultus hic poſuit verbum,utiliter,ſummus Pontifex in d.c.factum.dixit legitime,qđ comprehendit factum & modum: vt factũ in ſe videlicet , ſit legitimum, & ſine peccato,& legitimo modo factum , nec retractatur ex caſu ſuperuenienti , licet ſit talis qui impediret inchoationem actus: ſecundum Ioan.And.& Phil.Fran.ibidem.

2 Et intelligitur hæc regula † qñ actus perfectus fuit & conſumatus : alias ſecus. quia deſtruitur quando deuenit ad caſum a quo incipere non potuiſſet.l.inter ſtipulãtem.§.ſacram.& l.pluribus.§.j.ff.de verbo.obliga.niſi caſus ſuperueniens ad eundem finem tenderet.l.ſciendum.in fi.ff.qui ſatiſda.cog.§.ex contrario. verſic.ꝙ ſi viuo.inſtit. de lega.vbi exemplum ponitur.

3 Diſpoſitio† autem non dicitur perfecta abſolute & ſimpliciter,niſi quando profecta eſt vltima perfectione , quia perfecta eſt executio contractus:ita Aret.per illum tex.in l.ſi ſub vno.§.j.in ij.nota.ff.de verbo.oblig. adducit pro comprobatione no. per glo.& Bald.in l.j.C.de peric. & commo.rei ven. Idem voluit ipſe Areti.in d.l. pluribus.in.§.j.in ij.col. vbi notanter declarat,& limitat quod dictum eſt de cauſa inhabilitatis ſuperuenienti , & ad eundem finem tendente,per d.l.ſciendum.in fin. & d.verſi.ꝙ ſi viuo.vt procedat quando non intereſſet debitoris ꝙ per ſecundã cauſam ſuperuenientem retractetur et irritetur.Prima ſecuti in dicto verſi.ꝙ ſi viuo.vt de ſe patet & in d.l.ſciendum.ad fi. vbi reus cũ ſatiſdederat,ſed quando multum intereſſet debitoris cauſam primam non remanere firmam , tunc licet cauſa ſuperueniens ad eundem finem tenderet per hoc tamen nõ ſeruaretur prima diſpoſitio.l.j.§.ij.ff.de curat.fur.vbi liquet,ꝙ ſecunda cauſa ſuperueniens tollit primam ſi talis erat quæ a principio impediuiſſet actum fieri,licet diſpoſitio præcedens & ſequens eam tenderet ad eundem finem:ideo tenet , ꝙ † dos

4 vxoris in tuto collocata, propter inopiam viri ſuperuenientibus viro diuitijs retractabitur vt pœnes virũ remaneat , ex quo ſuperuenit caſus a quo initium habere nõ potuiſſet propter diuitias,quę licet tendãt ad eundem finem cõſtituendi vxorem magis tutam & cautam , quia tamen intereſt mariti vt recuperet adminiſtrationem bonorum dotis,retractabitur, vt ſequitur Iaſo.poſt alios per eum allegatos in l.ſi conſtante.colum.penul.ff.ſo.matr. Ad regu

5 lam prædictam, † an res deueniens ad caſum a quo incipere non poſſit,vitietur,tradit pulchram & not.doctrinam Salyc.in l. ſi gaudentius . vbi eſt text.qui concordat cum hac lege.C.de contrahen.emptio.diſtinguendo an caſus ſuperueniens agat in cauſa vel in perſona efficiente,aut in cauſa formali,id eſt forma rei,aut in cauſa materiali vel finali,vt ibi late per eum quem refert & ſequitur Ang.in.§.ſi quis debitori.inſtit. de lega.adde quæ ſcribunt Imo.et Are. in l.ſi ſub vna,in.§.j.& i l.pluribus.

etiã in.§.j.de ver.ob.Deci.et alij in c.cum ceſſante.de appel.

Et quia hæc regula loquitur quando aliquid vtiliter factum eſt, ampliatur etiam
6 † ꝙ factum non ſit legitimum, vt quia contra prohibitionem iuris, tamen videlicet: quia multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent.l.j.§.biduum.ff.quando app. ſit. quod exemplificari poteſt in pluribus caſibus: vt hic per Deci.& plenius per Iaſo.in l.a patre furioſo. colum.iij.& iiii.ff. de his qui ſunt ſui vel alie.iur.quæ intelliguntur quando lex prohibẽs vlterius procedit ita diſponendo, vel tractatur de commodo aut fauore partis cui renunciare poſſit: vt hic per Deci.poſt Pau.de Ca.in conſi.ccxvj.circa principium.in antiquis.per Iaſ.in l.non dubium. in multis locis.C.de legi.& Fely.in c.ſi diligenti. de foro compe.& per eundem Deci.in cõſ.ccccxciiij.& ccccxcix.vbi reprobat deciſionem Fede.de executione facta per Guardianũ fratrum minorum, quam hic approbauit & ſequutus fuit.

Quandoq; tamen ecõtrario ad regulam
7 noſtram, facilius † deſtruitur factum ꝙ impediatur de nouo fieri.l.non diſtinguemus in.§.ſacerdotio.ff.de arbi.idq; operatur in eo caſu rationis diuerſitas, ſoluitur enim ibi compromiſſum, quia veriſimiliter in tali dignitate ſecularia negotia tractare noluiſſet; ideo datur abſtinendi facultas & cõpromiſſum ſoluitur, quæ ratio ceſſat quando in conſtitutum in ſacerdotio compromiſſum fuit: ſecundum Deci.hic ad fi. ſed tex.ibi aliam rationem aſsignare videtur, quæ pariter locum habet quando compromiſſum factum fuit in ſacerdotem iam ordinatum, dum ait, id non tantum honori perſonarum, ſed etiam maieſtati dei indulgeri, cuius ſacris ſacerdotes vacare oportet, ſicq; fauore diuinæ maieſtatis iudicare nõ compellitur. Vnde dico, ꝙ quando iam ſacerdos exiſtens compromiſſum ſuſcipit, cogitur pronunciare, quia imputãdum eſt ei cur paſſus fuerit in ſe compromitti, præſumendumq; eſt ꝙ tale onus non recepiſſet niſi ſciuiſſet poſſe ſacris vacare & tali oneri ſatisfacere, ea propter merito cogitur. de quo quidem text.præallegat.§.ſacerdotio. vide pulchre Fely.in capit.præſentata.colum.j.de teſtib.& Deci.de materia.in conſi.ccccxciiij.& ccccxcix.

8 Poſtremo not.ꝙ † quamuis legitime factum duret, & non retractetur propter cauſam ſuperuenientem; attamen quandoque impeditur illius effectus, vt per glo.in dicto c.factum legitime.

SVMMARIVM.

1 *Ex cauſa receditur a regulis iuris.*

2 *Aequitas quando rigori præferatur.*

3 *Ratio naturalis allegabilis eſt ad deciſionem cauſarum.*

4 *Quærere rationem vbi ſentimus non eſt niſi firmitas intellectus.*

§. QVOTIES æquitatem deſiderii, naturalis ratio, aut dubitatio iuris moratur: iuſtis decretis res tẽperãda eſt.

IN TEXT. ibi moratur, id eſt differt & impedit. Exemplifica vt per gl.& Deci.hic, probari illud generale dictum, ꝙ
1 † ex cauſa receditur a regulis iuris communis. de quo plene per Felyn.& omnes ſcribentes Moder. in c.j.de conſtit. Tu
2 potes etiam dicere hic probari, ꝙ † æquitas non præfertur rigori quando ratio naturalis vel iuris diſpoſitio refragantur, de quo in l.placuit.C.de iudic. & dicetur in
3 fra. Notari etiam poteſt, ꝙ † ratio naturalis eſt allegabilis ad deciſionem cauſarũ: ad quod eſt tex.nota.in l.ſcire oportet. in .§.ſufficit.ff.de excu.tut.ibi, quod ipſa naturali iuſtitia ſufficit firmare. de quo, quia an in ſuperioribus dixerim memor non ſum, vide text.not.in l.in rebus. in.§.poſſunt.ff.commoda.tex.l.vnicæ. in.§.j.cum no.per Bald.C.de cadu.toll. Barba. in conſi.iij.colum.fina.libr.ij.dum ponit ratione naturali quid probari & reprobari. Corſe. in litera o, ſingul.incip. vbi doctores. Iaſo. in l.dedi.in.§.ſi libertus. colum.ſecũda.ff. de conditio.cauſa data.& in l.quamuis.colum.prima.ff.de in ius voca.in lege illam. colum.iij.C.de collatio.& in auctentica ſi quã mulier.colum.ſecunda.C.de ſacroſan. eccleſ. Decius in cap.ſecundo requiris.in tertio notab.de appellatio.& Moder. Bononien. in repetitio. rubri.C.de probatio. colum.xxxviij.Iaſo.in conſi.cxxvj.col. penul.lib.iiij.vbi refert Iſern.dicentem iudicem ita moueri debere per dictum naturale, ſicuti per legem ſcriptam. Et ſi-
4 militer † quærere rationẽ vbi ſentimus nõ

eſt niſi infirmitas intellectus, ſcd̃m Auer. quem doct. ſæpe referunt & ſequuntur: vt ibi p Iaſ. Rei.n.ſatis demonſtratæ fruſtra alia additur demõſtratio.l.i.in fi.ff.de dot. p̃leg.ſuperuacuisq; laborat impendiis, qui ſolem facibus illuſtrare conatur c.bene q. dem.xcvi.diſt. vt per Zanetinũ inter cõſilia Socin.iiii.vol.in conſil. vi.

SVMMARIVM.

1 *Actoris conditio per litis conteſta. non ſit deterior.*

2 *Dictio, plerunque quomodo accipiatur. & an quandoq; conditio fiat deterior per litis conteſta.*

3 *Effectus reſultantes ex litis conteſtatio. qui ſint.*

L. LXXXVIII. Paulus.

NON ſolet deterior conditio fieri eorum qui litẽ conteſtati ſunt, q̃ ſi non eſſent, ſed plerunq; melior. Nemo enim perſequendo deteriorem cauſam, ſed meliorem facit. Deniq; poſt litis conteſtatam hæredi quoq; proſpicitur: & hęres tenetur ex omnibus cauſis.

Dividitvr in tres partes. In prima ponit dictum. In ſecunda rationẽ. In tertia quod dixerat probat ab effectu.ſcda ibi,nemo enim tertia.ibi,denique,Sumitur ex.ll.in glo. alleg.

1 No. ꝙ † per litis cõteſt. non fit deterior conditio eius qui litem cõteſtatur,ſed plerũq; melior: vt hic.& aliis iuribus p glo. alleg.Deci.aſsignat rationem quia iudiciũ introductum eſt in fauorẽ actoris ideo in eius odium retorqueri nõ debet. Mihi vr̃ ꝙ iuriſconſultus hic clarius rationem aſſignet dicens; nemo.n. perſequẽdo &c. quaſi dicat labor & diligentia proſequẽtis ius ſuum nocumento ſibi eſſe non debet.l. fina. C.de allu. & palud. vbi glo.adducit alia iura, & illud Catonis.

Cum labor eſt damno mortalis creſcit egeſtas.

Hinc dicimus, ꝙ vigilantibus & non dormientibus iura ſubueniũt.l.pupillus.ff. de his quæ in frau. credi. & in rub.prohem. inſti. ibi, cupide legum iuuentuti, cum ibi

2 no. Et ex verbo † plerũq;,in prin.regulæ appoſito patet, ꝙ qñq; conditio litigãtis deterior fit per litis conteſt. nã poſt litem conteſt. variare non poteſt. ſecũdum glo.hic in fi.& ſecundum Deci.id cauſatur ob electionem prius factã non propter lit. conteſt. Sed reſpon. ꝙ niſi accederet litis conteſta.non impediretur variare, vt in.l. alleg.per glo.ideo effectus attribuitur litis conteſtationi. Comprobãtur prædicta clarius per.l.edita. cum materia, C.de eden. vbi litis conteſtat. impedit emendationẽ, & mutationem libelli,& ſic variationem.

Aduerte ẽt quia verbum illud, plerũq;, determinat quod de meliori cã dixit non de deteriori, & ſic male elicit̃, arguiturq; per litis conteſt. fieri quandoq; cãm deteriorem.cum.n.dicat plerunque fieri meliorem, non bene infertur quãdoque fieri deteriorem,ſed bene non ſemper fieri meliorem,ſed ꝙ fiat deterior nequaquam. Et ſi nonnunquam per litis conteſt. conditio litigantis deterior efficiatur vt in caſu.l.amplius nõ peti. ff.rem rat.hab.vbi promittẽs ſub pœna non petere, non incurrit pœnam per ſimplicem petitionem, ſed facta demum litis conteſt. Quod autem per litis conteſt. plerũq; faciat quis conditionẽ ſuam meliorem probat hic iuriſconſultus

3 per vnum not. † effectum inde reſultantẽ, quia actio alias non tranſmiſsibilis fit trãſitoria ad hæredem & contra hæredẽ, de quo plene in.§.pe.inſtit.de perpet. & tẽp. act.& in.l.j.C.ex delic.defun. Glo. addit ſecundum effectum de perpetuatione actionis, vt per eum. Alium effectum ponit tex. not.in.l.ſi titius.ff.de verb.obl.vbi Aquẽ. & alii not. quia per litis conte.acquirit qs ſibi actionem quã prius non habebat, vt in caſu illius legis. Quoſdã alios effectus reſultantes ex litis conteſt.ſeu quaſi,ponit Soci.in c.quoniam.in pe.charta. extra vt lite non conteſt.

SVMMARIVM.

1 *In mora nõ dicitur,qui legitima exceptione tueri ſe poteſt.*

2 *Pœna non cõmittitur vbi nulla eſt petitio.*

3 *Hæc regula quomodo intelligitur. & numero 4.*

L. LXXXIX. Scæuola.

NVlla intelligitur mora ibi fieri, vbi nulla petitio eſt.

SVMITVR ex l.ſi pupillus.ff.de verbo.obli.& ex l.lecta.in verſi.dicebam.ff.ſi
1 cer.pet.vbi dicitur†non eſſe in mora eum, qui legitima exceptione ſe tueri poteſt, & vbique doct.tradunt.Et hoc etiam pro regula ponitur in c.non eſt in mora. de regu. iur.in vj.vbi not.glo.plura exempla ponit ad iſtam regulam,declarans quomodo intelligatur exceptio legitima. Infertur ex re
2 gula,ꝙ†pœna non committitur vbi nulla eſt petitio, quia ſine mora non incurritur. de quo in l.ſi pacto quo pœnam.C.de pact. Infertur etiam ad notab. quæſtionem per Ioan. And. & alios in d.c.non eſt in mora.

Intelligitur autem præſens regula, nul-
3 lam†eſſe moram quæ inducatur, ſed prius inducta bene conſeruatur, quia dilatio lucrum afferre non debet.l.in fideicommiſsi. in prin.vbi glo.not. ſecundum Deci. ff. de vſur.Pro quo pondera tex.noſtrum,in verbo,fieri:ſecus ergo ſi facta ſit.
4 Limita†etiã vt per Iaſ. in d.l.ſi pupillus.

SVMMARIVM.

1 *Succeſsio teſtati præfertur ſucceſsioni inteſtati etiam quòd inſtitutus non eſſet capax totius hæreditatis.*

2 *Subſtitutus non admittitur donec inſtitutus ex teſtamento ſuccedere poteſt.*

3 *Hæc regula fallit. & nu.5.*

4 *Spurius poteſt inſtitui ſub conditione ſi legitimabitur.*

L. XC. Paulus.

QVandiu poſsit valere teſtamentum:tandiu legitimus hæres nõ admittitur.

SVMITVR ex l. quandiu. la.ij. ff. de acquir.hære.cum allega.per gloſ. hic & in d.l.quandiu.Deferuntur enim hæreditates ſecundum voluntates teſtatorum.l.j. C. de ſacroſan.eccl.§.diſponat.in auct. de nupt. & l.in conditionibus.cum vulg.ff. de condi.& demon.ideo nimirum ſi ſucceſsio teſtati præfertur ſucceſsioni inteſtati. Et
1 procedit regula†etiam ſi inſtitutus nõ eſſet capax totius hæreditatis, vt innuit tex. in l.antequam.C.cõmunia de ſucceſ.vbi not. Bald.Cor. & alij declarantes, quid fiet de
2 portione quam non capit. Et pariter†ſubſtitutus non admittitur donec inſtitutus ex inſtitutione & teſtamento ſuccedere põt l. quandiu.la.j.ff.de acquir.hære.quod nulla alia ratione diſponitur ꝙ vt ſeruetur voluntas teſtatoris.

Limitatur iſta regula ſecundum glo. hic
3 & ſequitur ſimpliciter Deci. † quando ita eſſet teſtatoris volũtas:per tex.in l. ſi quis hæres ita inſtitutus.ff.de hære.inſtit. Azo gloſſator antiquus volebat, ꝙ legitimus hæres ibi veniret ex teſtamento. mouebatur argu. nõ concludenti Accurſio noſtro. ideo dicit arg .illud capiat qui poteſt. Albe.de roſa.hic nititur capere. Et opinioni Azonis adhærebat etiam Bald.in d.l.antequam dicens ꝙ in d.l. ſi quis ita. propter voluntatem teſtatoris veniens ab inteſtato obtinet gradum inſtituti, ſed verum nõ eſt ꝙ ibi legitimus cenſeatur inſtitutus, qa poſita in conditione non cenſentur eſſe in diſpoſitione.l. ſi quis ſub conditione. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſt. ſecundum Saly. Et ſecundum Fulg.& Corn.in d.l. antequam. dici poteſt,ꝙ hæc regula non fallit in caſu. d.l.ſi quis ita.ſtatim ꝙ legitimus hæres declarat ſe velle hæreditatem deficit conditio inſtitutionis, adimiturque facultas ſeu ſpes ſucceſsionis ex teſtamento: ideo non ſuccedit ab inteſtato antequam deficiat ſpes ſucceſsionis ex teſtamento, ſed ſimul ſucceditur ab inteſtato, & deficit cauſa teſtati.Et ſic glo.& Deci.hic ponentes limitationẽ in caſu.d.l.ſi quis. minus bene ſen
4 tiunt. Et per†illum tex.doct.communiter tenent ſpurium poſſe inſtitui hæredem ſub conditione ſi legitimabitur,& interim dandum eſſe curatorem hæreditati qui bona adminiſtrabit:vt per Alex.in l.gallus.in §.inſtituens. ff.de lib.& poſth.& late conſuluit Cur. Iun.in conſi.lxxxiiij.

Secundus caſus in quo fallit regula no-
5 ſtra eſt in l. hac conſultiſsima. in §.ſi quis autem.C. de teſta.vbi Alex.in ſecũdo not. ait cauſam inteſtati præualere teſtamento. & ſequitur hic ſimpliciter Deci. Sed fallitur.in caſu enim illius.§.teſtamentum primum non ſubſiſtit, verum cauſa inteſtati præualet:ergo non poteſt eſſe fallentia ad regulam legis noſtræ,ꝙ legitimus non admittitur quandiu valere poteſt teſtamentũ cum teſtamentum ibi valere non poſsit.

De caſu tamen illius.§.vltra dicta ibi per ſcribentes. vide Alexan. in conſil.cv. & cxiiij.lib.vij.& Moder. Aſten. in tractatu de forma.fol.xj.col.iij.verſi.ad dictũ.§.

SVMMARIVM.

1 *Aequitas in omnibus actionibus mundi, præcipue in iure, attendi debet.*
2 *Opinio doctorũ prima, quæ equitatẽ ſapit, cenſetur approbata.*
3 *Aequitas quid ſit quomodo cognoſcatur nume. 4.*
5 *Iudicem habere æquitatẽ ante oculos quomodo intelligatur. & nu. 7.*
6 *Iudex clementior lege non debet eſſe.*
8 *Facultas procedendi ſecundum æquitatem quid ſignificet.*
9 *Rigor præfertur æquitati, quando æquitas nõ eſt ſcripta. Limita nu. 10.*
L. proſpexit. ff. qui & a quib. ornatur.
11 *Rigor in ſpecie ſcriptus præfertur æquitati in genere ſcriptæ. Limita nu. 13. 14.*
12 *Præſcriptio quare fuit introducta.*
15 *Rigor ſcriptus poſt æquitatem præfertur æquitati.*
16 *Lex pœnam continens dicitur eſſe æqua.*
17 *Rigor iuris ſæpe ponitur pro eo quòd ordinatum eſt a iure.*

L. XCI. Paulus

IN omnibus quidem, maxime tamẽ in iure, ęquitas ſpectanda eſt.

SVMITVR ex ll. per glo. alleg. cõformis eſt alia regula poſita. ſupra eo. ꝙ in dubijs benigniora pręferẽda ſint: & ibi plura ſcripſi. Et ideo ęquitas pręfertur rigori l. placuit. C. de iudi. & per ſemitã æquitatis procedi debere iubet lex. de offic. leg. c. quærẽti, quã ęquitatẽ ante oculos iudex ſemper habere debet. l. quod ſi epheſi. ff. de eo quod certo loco. hinc Ariſtot. Ethicorũ. v. Epicheam, quã ęquitatẽ dicimus, meliorẽ eſſe legali iuſtitia ꝑdicat, ideoq; pręferri. Et iſta † ęquitas ĩ omnibus actionibus
1 mundi attẽdi debet, præcipue tñ in his quę tractãtur & tradũtur in iure, qđ ſemper eſt bonũ & ęquũ. l. j. ff. de iuſt. & iure. ita voluit hic dicere iuriſcõſultus, ſcđm primam declarationẽ glo. quæ melior eſt ſecũda. & huic literę magis quadrat. Æquitas ergo attẽdenda eſt in pactis, in contractibus, in vltimis voluntatibus, & in iudicijs, ſcđm glo. hic. Et gñaliter in quibuſcũque diſpoſitionibus per generalitatem præſentis re-
2 gulę. Hinc etiam eſt, ꝙ † licet vltima opinio doctoris cenſeatur approbata, quando tamen prima ęquitatem ſapit ſecus eſt: vt per Iaſ. in d. l. placuit. & per Deci. infra ad fin. cõmenti. qui in materia ęquitatis plura hic allegat, quę prius cumularũt Iaſ. et alij. in d. l. placuit. & in d. l. qđ ſi epheſi. & in l. ſi tibi. ff. ſi cer. pet. But. & Abb. in c. fin. de tranſa. Card. Alex. i c. diſciplina. xlv. diſt.
3 & Fely. in c. ij. de re iudi. Eſt aũt † æquitas iuſtitia dulcore miſericordię tẽperata, ſecundũ Hoſtiẽ. in c. fi. de transla. prælat. vel eſt benignitas quędã animi impelleas ad aliquid iuſte agendũ l. nulla. ff. de legib. vel eſt rectitudo iudicij naturalẽ ſequẽs rationẽ. l. j. ff. de legib. & l. j. §. quod quis. ff. ſi quis teſt. liber. l. ſcire oportet. in. §. ſufficit. ff. de excu. tuto. l. ij. §. itẽ varus. ff. de aqua plu. arc. alias diffinitiones. tradit Bal. in l. j. col. ij. ff. de iuſt. & iur. & Archiepiſ. Flor. in tertia parte ſummę, vbi dicit, ꝙ eſt rerũ cõueniẽtia quę cuncta cõęquat, & in paribus cauſis paria iura deſiderat: lex vero ĩterpręs eius eſt. intellige pręd ícta de ſimplici & vera ęquitate. ſimulata. n. ęquitas duplex eſt iniquitas. glo. in cle. j. in verbo ſanctitatis. de relig. domi. Ad cognoſcẽdũ:
4 † vero ęquitatẽ Bal. quędã ſcribit, docetq: in l. in emẽtis. col. j. C. de cõtrahen. emp. & in l. ſi quis ſeruo ꝑſuaſerit. C. de furt. vbi inquit, ꝙ ex l. ita vulneratus. ff. ad legem acql. colligit iſta doctrina ad cognoſcẽdũ ęquitatẽ, vt id equũ dicatur cuius cõtrariũ eſt abſurdũ, cõperio ẽt ꝙ Zaſius Germa. ĩ l. nulla. ſupra de legib. ſcribit, ꝙ ad inueniẽdum æquitatem non ſcriptam per rationẽ boni & prudentis viri nulla melior eſt via ꝙ̃ benignitas, & parabilis moderatio, dũmodo fiat ĩterpręta tio ſine cuiuſq; iniuria. quo nomine. Seru. Sulp. a Cicerone in v. Philippica pulchre laudatur, cuius admirabilem iuris ſcientiã ſcribit fuiſſe in ſententijs ex æquitate explicandis, vt non tam iuris ꝙ̃ iuſtitiæ conſultus diceretur, vtpote medulla iuſtitiæ & quaſi germana veraque iuſtitia ſit ęquitas: vt Budęus & Zaſius in interpretatione l. j. ſupra de iuſt. & iur. dixerunt. Ea etiam ratione mirũ in

modum ab eodē Cic. in orationibus extollitur C. Aquilius, vereor, inquit, de tali viro ne plus dicam ꝙ vos aut ſentiatis, aut apud vos cōmemorari velitis, quapropter hoc dicam nunquam eius auctoritatem nimium valere, cuius prudentiam popu. Roma. in cauendo non in decipiendo proſpexit, qui iuris ciuilis rationem nunquam ab
5 æquitate ſeiunxit. Iudicem † vero æquitatem ante oculos habere debere, intelligitur non de æquitate a iure informata, de qua in c. ex parte. el ſecūdo. de offic. deleg. quia eſt idem quod ius, quod eſt ſemper bonū & æquum. d. l. j. de iuſt. & iure. ſed ſimpliciter de ęquitate naturalis iuſtitię: vt ꝑ Deci. hic & in d. c. ex parte. Abb. tamen & Iaſ. vbique relatus per Deci. contrariū tenent, vt Deci. refert, & ſequitur etiā in c. quoniam contra. col. ij. de proba. & Mod. Taurin. in l. j. col. iiij. ff. de iuriſ. om. iud. & in l. qui accuſare. colū. j. C. de eden. & pulchre Barba. in d. c. ex parte. el ij. col. iij. nota, inquit, ex iſto tex. ꝙ iudex debet procedere ſecundū ęquitatē informatam a iure, adducit etiam tex. in d. c. fin. de tranſa. in l. placuit. C. de iudi. & in l. quod ſi epheſi. Sicq; inquantum, ait, iudicem ſequi debere æquitatem, intelligitur de ęquitate infor-
6 mata a iure, quia † iudex nō debet eſſe clementior lege. §. oportet. in auct. de iud. qd dicit not. contra illos qui ſe amplecti æquitatem aiunt præter iuris formam illa enim non poteſt dici æquitas quia deuiat ab eo quod eſt iuſtum & æquum, cum lex ſit fundata ſuper ratione & æquitate. c. conſuetudo. diſt. j.
7 Vt arbitror & ex ꝑdictis patet † diſtinguēdū eſt. aut habemus ius ſcriptū & æquitatē ſcriptam, & tunc ab eis nōn eſt diſcedendum. c. erit aūt lex iiij. diſt. l. leges. C. de legib. l. nemo pōt. ff. de leg. j. Et fatuus eſſet qui ſpretis prædictis vellet ex æquitate capite proprio fabricata procedere. Aut æquitas & ius deſcripta non reperiuntur illo occurrenti caſu, & tunc attenditur æquitas naturalis iuſtitię: & ita loqui vidētur Barb. & Deci. vbi ius deficit, & idem Deci. in d. c. quoniam contra. col. ij. de proba. dum inquit, vbi ius ſcriptum deficit ad æquitatem recurritur, quæ idem eſt quod naturalis iuſtitia: ſecundum Bald. in c. paſtoralis. in fi. per illum text. de cau. poſ. & propr. & ita etiam tenet Card. Alexā. in c. diſciplina. col. j. xlv. diſt. allegat. c. fi. in fin. de tranſact. & c. conſuetudo. diſt. j. & ita intelligi debet iſta materia, quæ omnia no-

8 Quid aūt † poſſit facere ille, cui data eſt poteſtas & facultas procedendi ſecundum ęquitatē, ponunt Felyn. & Deci. in d. cap. ex parte.

Quantum aūt ad regulā noſtrā dicētem ęquitatē pręferri rigori, plures dari poſſunt limitationes, vt hic ꝑ Deci. & ſcribētes in
9 locis pręalleg. Et primo † qn̄ ęqtas eſt ſcripta: alias ſecus, quia rigor pręfertur ęquitati non ſcriptę. l. j. C. de legib. Iaſ. in d. l. placuit. Abb. & alij in d. c. fin. & Card. in d. c. diſciplina. oēs citāt l. proſpexit. ff. qui & a quib. ibi, hoc quidem per quā durum eſt, ſed ita lex ſcripta eſt. De quo text. ratione carente ſcdm pleroſque vltra dicta ibi per Bar. & Alexā. vide Iaſo. in l. gallus. in. §. ſi eius. col. iiij. vbi Aquen. l. j. ff. de lib. & poſthu. Iaco. de ſanct Georg. in tract. feud. in verbo, & dicti inueſtiti promiſerunt. ad fi. Deci. in conſi. xxxvij. col. j. & Pariſium in c. in pręſentia. nu. 83. de proba. Aduerte tñ, ꝙ licet ęquitati non ſcriptę pręferatur
10 rigor ſcriptus, fallit † qn̄ cū dicta æquitate concurrit præſumptio contra iuris rigorē. glo. eſt not. in c. ſuſcitata. in glo. pen. de reſtitutio. in integ. rigor enim iuris diſponit pendente appellatione vel ſupplicatione ſententiam exequi non debere, ſi tamen præſumptio ſit contra petentem reſtituta ex æquitate fiet executio præſtita cautione. vt ibi ſequuntur Fely. in c. ij. col. prima. de re iudic. & Cardi. in d. c. diſciplina. ad fin. j. colum.
11 Secundo regula † procedit in æquitate in ſpecie ſcripta, ſecus ſi ſcripta eſſet in genere, quia rigor in ſpecie ſcriptus præfertur. Deci. hic. Iaſo. & omnes in locis præallegatis exemplificant in præſcriptione quæ videtur contra generalē æquitatem dictantem cum aliena iactura neminē debere locupletari. l. nam hoc natura. ff. de condi. indebiti. c. ſuam. de pœn. Et tamē rigor iuris pręſcriptionē inducentis in ſpecie aduerſus illā generalem æquitatē pręfertur. l. i. & toto titu. ff. de vſucapio. licet cōtra ęquitatem videatur vt ex re tua ego diues efficiar. Sed certe non eſt iniquitas, nec rigor contra ęquitatem in prædi-
12 cta materia. † Æquum enim, bonum, & vtile eſt, ꝙ rem quandiu bonaque fide poſſedi non auferas a me: & æquitatis ratio ſcripta eſt in d. l. j. ne dominia rerum ſint in incerto, quod eſt ęquum, & qui damnū patitur ſuæ negligentiæ aſcribat. l. quod quis infra eodem tit. Reſtringe etiam prædi-
13 ctam concluſionē † de rigore in ſpē ſcripto

præferendo æquitati in genere ſcriptæ, niſi æquitas in genere ſcripta ſit per modum regulæ, quia tunc præfertur rigori etiã in ſpecie ſcripto: vt poſt Imol. & Alexã. ibi relatos ſcribit Deci. in præalleg. cap. quoniam. colum. ij.

14 Iterum reſtringe † in arbitrarijs, in quibus iudex poteſt æquitatem non ſcriptam rigori ſcripto præferre: ita poſt Imol. voluit hic Deci. in ver. pro dicto tamen Abb. & latius Felyn. in c. ij. col. j. de re iud. ſed ſi voluerit rigorem ſcriptum ſequi id facere poterit, cum arbitrarium ſit: vt per Iaſo. in d. l. placuit. ad fi. Eo igitur caſu bonum eſſet habere iudicem fauorabilem. Et plura quæ ęquitate ſuadente poteſt iudex facere, accumulant Mod. Bonon. in l. j. §. fin. colũ. xiij. ff. de quæſtio.

15 Tertio limitatur † regula quando æquitas eſt poſt rigorem ſcripta: ſecus ſi rigor ſcriptus ſit poſt æquitatem, quia attenditur rigor. glo. pen. in c. extirpandę. de præben. quam ſequuntur Alexan. Iaſo. & alij. in d. l. placuit. & Socin. in l. ſi tibi. circa fin. ff. ſi cert. peta. Deci. hic ad fin. ſequitur Abb. Gemin. & Felyn. contrarium tenentes. nec obſtat ꝙ lex poſterior priorem corrigat, quia procedit quando directo cõtrariatur, ſed rigor & ęquitas non ſunt directo contraria, quia æquitas temperat rigorem. idẽ tenet ipſe Deci. in dicto cap. quoniam. colum. ij. & licet non dicat, per prædictam rationem tenent Anto. de But. in d. c. fina. & Cardina. Alexan. in d. c. diſciplina. colum. ij. in princi.

16 Poſtremo nota, ꝙ † lex pœnam continens dicitur æqua: per tex not in l. ita vulneratus. ff. ad legem aquil. Deci. poſt Bal. in dicto cap. quoniam. col. ij. & per dicta l. ita vulneratus. dixit not. Bartol. in l. quem admodum. circa medium. C. de agrico. & cenſi. lib. xi. ꝙ vbi tractatur de punitione delicti, materia reputatur fauorabilis & extendenda. de quo vide Roma. in conſil. cv. Iaſo. in l. ſi certis annis. colum. ſecunda. C. de pact. & in l. ſi quis id quod. colum. penul. ff. de iuriſdi. omnium iudic. Aquen. in repet. l. vt vim. colum. xviij. ff. de iuſt. & iur. & in dicta l. ſi quis id quod. colum. fina. Corſe. in ſingu. incip. lex pœnalis ſub litera e. Deci. in l. qui ſe patris. colum. fina. C. vnde lib. Crotum in repet. c. vt animarum. cõlum. fin. de conſtitu. in ſexto.

17 Scias etiam, ꝙ † rigor iuris ſępenumero ponitur ꝙ eo, quod eſt ſcriptum & regulariter ordinatum a iure, non autem ad differentiam ęquitatis: vt in c. ſi clericus laicũ. de foro compet. & in cle. ij. de app. vt per Deci. in c. ex ratione col. vj. de app.

SVMMARIVM.

1 *Repudiato vno iure, non tollitur alterum. Limita nu. 2. 4.*

3 *Renuntiationes ſunt ſtricte intelligendæ.*

5 *Filia, quæ renunciauit hæreditati patris, poteſt eam adire ex perſona fratris.*

L. XCII. Paulus.

QVOTIES duplici iure defertur alicui ſucceſsio: repudiato nouo iure quod ante defertur, ſupererit vetus.

SVMITVR ex ll. in glo. alleg. Hæc regula ſecundũ Deci. dupliciter intelligi poteſt. Primo quando eodem tempore ſucceſsio defertur. Secundo vbi ſucceſsiue cõpeteret. ſed iſta intelligentia repugnat literæ loquenti quãdo vna ſucceſsio poſt aliã defertur, ꝙ repudiato nouo iure, ſupereſt vetus: ergo non loquitur quando ſucceſsio eodem tempore defertur. Dictum in ſe ve-

1 rum eſt, ꝙ † per repudiationem vnius iuris, non tollitur alterum, vt infra dicetur.

Pro primo dicto Deci. hic allegat. l. puberem. cum glo. C. de iur. delib. & l. ſi domus. ff. de ſerui. vrb. prędio. intelligẽdo tamen quando renunciatio reſpicit vnam ſpeciem litis, prout hæc regula loquitur in illis verbis repudiato nouo iure: quo caſu repudiatio limitata videtur limitatum pro ducere effectum. l. in agris. ff. de acquiren.

2 rerum dom. ſecus † ſi repudiatio referatur ad ipſam hæreditatẽ vel ſucceſsionẽ, quia tunc videtur renunciatũ omnibus iuribus quæ ad ipſam hæreditatem competerent: vt per Bar. in l. nec is. in. §. j. ff. de acquirẽ. hære. & glo. l. j. in. §. ſed videndum. in verbo ſuccedat. ff. de ſucceſ. edic. cum alijs hic

3 per Dec. alleg. ꝙ † renunciationes ſunt ſtricte intelligendę: & ideo vno iure ſublato, alterum non tollitur: vt late dixi in repe. l. fin. nu. 165. cum ſeq. C. de pact. Ad glo. vero ſuper ꝓdicto verbo, ſuccedat. vide Are. in d. l. quandiu. la. j in fin. ſupra de acquir. hære. Angel. in. §. cum igitur. inſtit. de bon.

poſſ.Soci.in repe.l.j.fol.pen.colū.iij. ff. de vulg.Deci.in l.j.colū.iij.C.qui admitti.& Iaſo.plene in l.nec is.in.§.j.colū.iii. & iiii. ff.de acquir.hęre.

4 Secundo limitař regula† in pluribus iuribus ſeparatis:ſecus,inquit Deci. ſi eſſent connexa,quia vnum haberet dependentiā ab altero, tunc enim vno ſublato non remanet alterum.l. illud.ff. de acquir. hære. vbi repudiata hæreditate ab inteſtato,etiā ex teſtamēto repudiata intelligitur, vt hic per eum. de quo eſt tex. not. in.§.j.dicta l. nec is.vbi Iaſo.colum.ij.dupliciter reſtringit.Quando vero ſucceſsiue plura iura cō peterent,vt in terminis iſtius regulę, tunc vno ſublato non tollitur aliud: & iſtud eſt veriſsimum,quia etiam ꝙ ſimul competerent,vno repudiato non intelligitur repudiatum alterum,cum repudiationes (vt dixi)ſint ſtricti iuris,ſtricteque intelligendę, limitando tamen vt in præceden dictū eſt.

Exemplificari etiam poteſt no.hęc regu

5 la ſecundum Deci. in† filia quæ renunciauit hæreditati patris, ꝙ non excludatur quominus poſsit ſuccedere in hæreditate paterna, quæ inde ex perſona fratris ſibi deferatur, cum illa ex nouo iure ſuperuenienti ſibi deferatur, etiam ꝙ hæreditas patris non fuiſſet per filium adita: vt hic per eum,de quo plenius dixi. in repe. l. ſi. C.de pact. & in l. hæreditas ſupra eo.ti.

SVMMARIVM.

1 *Librarius quis ſit. Et unde dicatur.*

2 *Imperitia tabellionum deſtruit mundum.*

3 *Error notarij non nocet. Amplia. nume.4. Et in dubio in eo non præſumitur. nume. 6.& 34.*

5 *Error in ſententia vel iudicijs quando noceat.*

7 *Scripta in inſtrumento præſumuntur de commiſsione partium.*

8 *Idem in clauſulis,etiam teſtamenti. maxime in dubio nu.9.*

10 *Notarius quando verba partium latine exprimi nequit, debet ea vulgarizare.*

11 *Verba vulgari modo ſcripta interpretantur ſecūdum communem uſum loquēdi.Et quando nu.12.*

13 *Notarius an concipere debeat verba in prima vel in tertia perſona.*

14 *Et ſufficit quòd ſcribat effectum verborum.*

15 *Verba notarij non nocent partibus. Et ſi ſunt ambigua declarantur per eum numero 62.*

16 *Notarius quando poſsit errorem ſuum corrigere.& nu.17.18.22.24.*

19 *Indictio omiſſa quando vitiet inſtrumentum & nu.20.*

21 *Quæ ſpectent ad officium notarij:& quæ requiruntur in inſtrumento publico.*

23 *Officiali in officio ſibi commiſſo quando credatur.*

25 *Error in dubio cuius præſumatur.*

26 *Error quomodo probetur.*

27 *Protocollum ad petitionem partis exhiberi debet. Et quid ſi inſtrumentū fuit exhibitum nu.29.*

28 *Petens protocollum exhiberi quādo inſcribat ſe ad pœnam tallionis.*

30 *Inſtrumentum leuatum ab alienis protocollis quando faciat fidem.*

31 *Notario aſſerenti ſe rogatū de alio inſtrumento non creditur niſi producatur.*

32 *Notarius quando poſſit extendere inſtrumentum ex protocollis alterius notarij. Et quid ſi fuerit. nu.33.*

35 *Notarius an poſſit interrogari, quid diſponat lex cui aſſerit renuntiatum, & ſi ignoret an noceat parti.*

36 *Notarius vtens duobus ſignis incidit in crimen falſi. Et quid operetur ſignum. nume.37.*

38 *Inſtrumento notarij ſine forma publica non datur fides.*

39 *Notarius ſcribens inſtrumentum uſurarium quomodo puniatur.*

40 *Duo notarij rogati,etiam ex forma ſtatuti,conficientes etiam inſtrumenta uaria, an debeant ſe ſubſcribere,uel unum alius pro teſte apponere.*

41 *Statutum requirens duos notarios habet*

ta in inſtrumento.

84 *Regiſtrum an probet, & an ſufficiat ipſum producere.*

L. XCIII. Scæuola.

SI LIBRARIVS in tranſcribendis ſtipulationis verbis erraſſet: nihil nocere quominus & reus & fideiuſſor tenerentur.

Svmitvr ex l.imperator.ff.de ſtatu hom.& ex alijs per glo. hic & ibi alleg. continet pulchram & vtilem materiã. ideo Bart. maiori dote hanc legem ꝙ cæteras iſtius titu. condonauit.

1 Librarius † a ſcribendis libris dicitur. hinc Hieronym. ad Nitiã Aquileię hypodiaconũ. quid.n. eſt vt ita dicam tam præſens inter abſentes, ꝙ per epiſtolas & alloqui & audire quos diligas. nam & rudes illi Italiæ homines qui (vt in Rhetoricis ait Cicero) ferino ritu victum quærebant, ante chartę & mẽbranarũ vſum aut in dedolatis e ligno codicillis, aut in corticibus arborũ mutua epiſtolarũ alloqua miſitabãt. vnde & portiores earũ tabellarios: & ſcriptores a libris arborũ librarios nũcupauere, librarius igitᷣ proprie dicitur qui libros trãſcribit aut concinnat, ꝓut eſt bibliopola ſcḋm Grãmaticos & Oratores. Et primo modo hic vr̃ accipi quãuis glo. Bar. & doct. pro notario accipiãt, qḋ apud probatos auctores forſitã non inuenies, cum tã in iure ꝙ apud alios notarius vel tabellio ille nuncupetur, vel ẽt ſcriniarius in l. ſcrinarios. C. de teſt. mil. Niſi diceres nõ inepte tabellionẽ librariũ vocari a libro quem de inſtrumẽtis receptis conficere diligenterq; ſeruare debet. vt in auct. de tabel. & tradit Fely. in c. accepimus. col. fi. de fide inſtr. & & in c. cũ p. col. j. eo. tit. Vtcũq; ſit tex. iſte vt doct. volũt, ꝓcedit ẽt in notarijs & tabellionis. ad quod facit tex. in l. ambiguitates. C. de teſt. ibi ſed vitio tabellionis vel alterius q teſtm̃ ſcribit, vbi a pari procedũt
2 errores ꝓdictarũ ꝑſonarũ, nimia † vero tabellionũ imperitia mũdũ deſtruit, & ponit cõſciẽtias proborũ virorũ in magno diſcrimine. Bal. lib. j. cõſi. vj. Iaſ. ĩ l. ſi filius a pręcol. fi. ff. de lib. & poſth. vbi ẽt Alex. dicit ſępe eos eẽ ipſo teſtatore ĩperitiores, vt ẽt p. Alex. in cõſi. lij. co. v. lib. iiij. Pau. de Ca. in cõſi. cc. ad primũ in fi. in antiqs. vbi dicit neſcire illos mẽtẽ, intẽtionẽq; teſtatorum exprimere. & Ang. in cõſi. cccxxxviij. ſer Simõ in nouis. tabellionũ, inquit, imperitiã, teſtantiũ voluntates ſubuertere: ignari, ait, ſunt quid ſcribãt, quid re vera teſtatores ſentiãt, & qd verba denigratiua papyri aut mẽbranarũ ſignificẽt. Hinc ẽt Bal. in l. iã hoc iure. ff. de vulg. & Seueri. in repe. l. ꝑcibus. col. xxv. C. de impub. &c. dicũt, ꝙ notarij qui ĩ ſubſtitutionibus vtũtur, inſtituit, & ſubſtituit, bene dicũt licet nõ intelligãt, ad ſimilitudinẽ illorũ cantorũ qui ꝑ naturã bene cãtant licet neſciãt rõnem ſui cantus, quẽadmodũ ẽt dicit Rom. ĩ ſing. 52 ꝙ ſunt ſicuti pſitacus & pica, qui ſtãt in domo dñorum & dicũt ea quę audiunt & neſciũt quid dicant. Sunt tñ multi legales & experti, quorũ operę neceſſarię ſunt, & hi ſumme laudandi & honorandi.

3 Error † igitᷣ ſcriptoris vel notarij aliter ſcribẽtis verba cõtractus ꝙ fuit dictũ minime nocet. Deci. hic pro concor. allegat prędictam l. imperator. & l. ambiguitates. quę licet faciãt nõ cõcordãt: Loquunᷣ.n. in alijs terminis. vel qñ erratũ eſt in grãmatica, vel in vltimis volũtatibus. tex. iſte qñ fuit error in ſcribẽdo aliter ꝙ in contractu dictũ eſt: Eſt tñ idẽ in vltimis volũtatibus, & vbi error fuit in omittẽdo. d. l. ambiguitates. & eo. ti. l. errore cũ not. ibi p ſcribentes, vt.n. inquit, Bal. ĩ d. l. imperator. co. pe. Error omiſſionis minor eſt ꝙ error cõmiſſionis. arg. l. ſi more. cũ ibi not. p gl. & doc. ff. ſol. mat. quę tñ limita in defectu indictionis, q ſi nõ ſit appoſita in inſtrumento ſed omiſſa vitiat, ſecus ſi corrupte fuerit adiecta: vt p Bal. in d. l. imperator. col. iiij. Fely. poſt antiquos. in c. inter dilectos. col. ix. de fide inſtr. Iaſ. in repe. l. admonẽdi. col. lxix. ff. de iureiu. & Dec. ĩ c. j. co. iiij. de fid. inſt.

4 Procedit † ergo cõcluſio tex. nr̃i ſiue error fuerit in omittẽdo ſiue in cõmittendo, ſiue in cõtractibus, ſiue ĩ vltimis volũtatibus, ſiue fuerit error in grammatica. l. plautius. cũ no. ff. de auro & arg. leg. et ĩ d. l. imperator. ſiue in orthographia. vt p Bal. ĩ d. l. imperator. col. j. dicentẽ, ꝙ licet orthographia ſit pars grãmaticę conſiſtens in recte ſcribẽdo, nõ tñ vitiat reſcripta vt faciat falſa grammatica. quã materiã late pulchreq; explicat Felyn. in c. ad audientiam. el. j. de
5 reſcrip. Quid autem † de errore cõmiſſo in ſentẽtia, vel iudicijs, an vitiet, noceatq;

doct.variāt in d.l.errore. dicam late infra.
Et ideo ſi notarius ſcribat patrem reli-
quiſſe filiæ iure reſtitutionis, cum dicere
deberet inſtitutionis: vel dicat ꝑ falcidia,
cum dicere deberet pro legitima: aut in re-
nunciatione mulieris velleiani, beneficiū
valeriani nuncupauerit: ſeu in conſtitutio-
ne procuratoris vſus fuerit verbo ſubſtitu
tionis,huiuſcemodi errores non nocent: vt
hic per Deci.& per Bal.& Ang.in d.l.im-
perator.& Felyn. in d.c.ad audientiam.
Et hæc procedunt quando conſtat de
6 errore,†qui in dubio non præſumitur: vt
poſt Bal.& Ang.hic vult Deci.& Vitalis
in trac.clauſularum.fol.xl.in ver. de erro-
re notarij.col.j.& Mod.Aſten. hoc modo
ſaluantes glo.iſtius regulæ in tract. de for-
ma ſub tit.de poten.& effect. formę. char.
liij.colū.ij.Pau.de Caſt.in conſi. cc.ad pri-
mum.in fin. in antiquis. dicit ſi conſtat de
errore notarii non nocet.d.l.errore.ex quo
tamen de eo non apparet ſtandum eſt ver-
bis.l.ſi alij.ff.de vſufruct.leg. qa talis prę-
ſumitur intentio,qualem verborū proprie-
tas importat.l. non aliter. de leg. iij.
7 Et quicquid†ſcriptum ſit in inſtrumen-
to quod factum reſpiciat,videtur ſcriptum
de voluntate & commiſſione partium: vt
per Bar.in l.ſi quis filiabus.ff.de teſta.tut.
Bald.ad fin.l.j. C. de priuil. dot. cum alijs
hic ꝑ Deci.alleg.& latius in cōſi. clxxxv.
8 circa fi.& cōſi.ccccl. & dcliij. Et ꝙ†no
tarius cenſeatur a partibus rogatus, vt po-
nat in inſtrumento clauſulas quæ ſunt de
conſuetudine,eaſq; & cæteras inſertas ap-
poſuiſſe cenſeatur de mente & voluntate
teſtatoris & contrahentium:tradunt etiam
Alex.in conſi.v.col.ij.& conſi. liij. colū.
pen.lib.iij.& in conſi.j.col.v.vol.v.Barb.
conſi.xlviii.col.vij.vol.j.& conſi.xvi. co
lum.j.volu.ij.& conſi.lij.colum.iij.& lxj.
colum.j.volu.ij.& conſi. vj.ad fi.in iij.vo-
lu.& Fely.in c.j.col.ix.vt lite non conteſt.
Iaſo.in l.vnica.in.§.ſi procurator.col.fi.ff.
ſi quis ius dicen. non obtem. Quamuis
tabelliones ſæpe ponunt clauſulas ex ſuo
capite: vt plene tradunt Barba. in conſil.
xlviij.colum.vij. præalleg. & per Mod.
repet.in.§.quidam recte.l.gallus.colū.xiij.
9 ff.de lib.& poſth. In dubio†tamen ap-
poſitę cenſentur de mente voluntateque
teſtatoris vel contrahentiū,niſi aliud pro-
betur,propter præſumptionem quę eſt pro
notarijs & inſtrumētis eorum:vt ꝑ Alex.
cōſi.v.col.iij.lib.iij.& cōſi.i.col.v.vol.v.
Barba.in conſi.vi.colum.fi.lib.iii.& Cor.
in l.quoties.col.iii.C.de hære.inſtit.quod
not.& in hoc errore labitur.Ripa.lib.ii.de
reſcri.præla. & princi.gra.cap.xxv.colū.
ii.de hoc etiam infra dicam.
10 Et ſi mens† teſtatoris vel contrahentis
latino liberatoque ſermone bene exprimi
nequeat,cautela eſt ꝙ vulgari ſermone &
lingua materna cōcipiatur & exprimatur:
vt tradit Bart. in d.l.ſi quis filiabus.ff. de
teſt.tut.ad fin. Et de inſtrumento vulgari
ſermone confecto:tradit Alexan. in conſil.
xlviii.in cauſa & lite.lib. v.& conſil. cxl.
col.j.lib i.& probatur in l. quoniam indi-
gnum.C.de teſta.ibi,vel in quolibet loquē
11 di genere. Et tales†ſermones vulgari ſer
mone prolatos interprætari debemus ſecū
dum communem vſum loquendi & profe-
rendi ſermones in vulgari, ſed latine prola
tos vel relatos interprętari debemus ſecun
dum artem literatum & ſecundum groſſum
loquendi modum:ita Bal.in l. lege xij. tab.
ad fi.C.de leg.hær.Alex.conſi.ii.col. vii.
ver.non obſt.quintū.vol.i.& conſi. v. col.
ii.& iii.lib.iii.& Fely.in rub.de conſti.co-
lum.fi.vbi ponit,quomodo, & quando no
tarius teneatur vulgarizare ſcripturam &
inſtrumentum.taliter enim proferre debet
& ſtipulari ꝙ partes & teſtes intelligant,
vt etiam per Pau.de Caſt.in l.i.C.de erro.
12 aduoc. De prędicto autem articulo,†quū
verba intelligi debeant ſecundum commu
nem vſum loquendi vulgarium & groſſo
modo, vltra præalleg. tradunt Roman. in
conſi.iiii.& xxiii.Abb.conſi.lxxv. colū.
pen.Barb.conſi.xxxiiii.col.xvii. & lvii.
colū.iii.lib.ii.& lxxxv.col.fina. lib. iiii.
& in c.ſi tibi in tribus vlt.chartis. de teſt.
Corn. conſi.cvi.volu. iiii. Alexan. conſil.
xliiii.colum.ii.& conſi. lviii.colū.i.lib.v.
Fely.in prohem.decret.Bolog.in conſi.lx.
col.fi.Soci.in tract.de cit.artic.xvii. colū.
xi.ver.aut ſi intelligimus ſtatutum:& De-
ci.in conſi.cclviii.col. iii.
13 Et an†debeat notarius verba concipere
in prima vel in tertia perſona, ponit Iaſ.in
l.diuortio.in prin.in vii.col.ff.ſol.mat.Spe
cu.in tit.de inſtru.edic.§.i.in ver.illud etiā
ſcias.& ver.ſeq.non refert, inquit, vtrum
tabellio apponat nomina teſtium in nomi-
natiuo,vel in genitiuo,aut ablatiuo, in pri-
ma vel in tertia perſona:quia non curamus
de verbis dummodo habeamus effectum,
de qua materia tradunt etiam ſcribentes in
l.his verbis.ff. de adopt. & Bald. pulchre
per illum tex.in titu. de noua for. fide. in
14 i.col. Nec†tenetur not. ſcribere omnia
verba

verba cõtrahentium,ſed effectum, ſufficit enim ꝙ ſcribat p. fideiuſsiſſe pro q. licet ibi plura verba requirantur: vt per Bar.in
15 l.mutum.ff.de acqui.hære. Et qñ† verba ipſius notarij non ſunt verba partium, non nocent eis: vt habetur inter conſilia Fran.de Curte ſenioris in conſil.iij.& per Deci.conſil.ccccl.nume.4.

Veniamus modo ad dicta Barto. qui in
16 primis quærit † an & qñ not.poſsit errorem ſuum corrigere,deinde qualiter probetur talis error. Circa primũ duo præmittit in inſtrõ publico cõtineri, quorum alterum ad notariũ ſpectat, prout annus, dies, indictio,& ſimiles ſolennitates: aliud ſpectat ad partes.v; ſubſtantia contractus:et concludit vt hic per eum,quem doct.cõiter ſequuntur vt hic per Deci. late p Bal. & Ang.in pręalleg.l.imperator.latius per Vital.de Camb. in tract.clauſularum.fol. xlj verſi.reſtat videndum. an no.Lanfran. de Oria.in repe.c.qm̃ contra falſam.in gl. inſtrumentorum productio.col.viij vbi dicit Bar.hic loqui imperfecte. Bald.in rub. C.de fide inſtr.alio modo & imperfectius, ſed cõiungẽdo ambas theoricas ſimul perfectam doctrinã poſſe tradi;, vt ibi per eũ. adhuc imperfecte & ſobrie nimis loquentem.ideo vide Gemin.in c.abbate ſane.in .§.fi.col.fi.de re iud.Alex.conſil.lxxxix. vol.iij.& conſ.cxc.lib.vj.Iaſ.cõſ.xxviij. vol.j.& latius poſt alios.Fely.in c.ex lite
17 ris.de fide inſtru. Et in effectu † cõiter concludunt,ꝙ in his quæ ſpectant ad notarium in quibus error non vitiat, prout eſt error grammatices & ortographiæ. vel ſi verbo reſtitutionis pro inſtitutionis, et falcidiæ pro legitima,& ſubſtituo pro conſtituo vſus fuiſſet quemadmodũ in ſuperioribus retuli:poteſt notarius errorem ſuũ corrigere,et parte non citata, & ſine licentia iudicis,etiam ꝙ parti datum eſſet inſtrm̃, quia emẽdatio neminem ledit,nec pars habet cauſam conquerendi cur corrigat: vt hic per Deci, Ange.Bal.& Vitalem in locis prçalleg. & Alex.hic in apoſtillis ad Bar.licet enim id fiat, partis non intereſt, dicit: quia abſque tali emendatione valet inſtrm̃.d.l.errore.l.præpoſteri. & l.ambiguitates.C.de teſta.& clarius conſulendo tradit idem Alex.in cõſi.lxxxix.col.fina. lib.iij.& Fel.in c.ex literis.col.iij.de fide inſtru.vbi tñ dubitat ſi data ſit parti copia propter dictum Bal.ibi volentis, ꝙ reſtituto inſtrumẽto adeo tabellio functus ſit officio ſuo ꝙ nec punctum nec ſyllabam intellectualiter mutare poſsit niſi iudicis mãdato,per d.l.imperator. quæ non probat. ideo verior eſt & cõis præcedens concluſio. conſulerem tñ ante factum notario ne id faceret poſt reſtitutionem inſtrumenti, niſi iudice mandãte,qui hoc facere poterit etiam parte non citata, cum ſit punctus iuris:vt per Bal.in d.l.imperator, colum.ij.

18 Si vero † erratum ſit in pertinentibus et ſpectantibus ad notarium , & ſit error qui vitiaret inſtrm̃ indictionis puta, ne error partibus noceat,indiſtincte corrigi poterit ſi parti datum nõ ſit.Si vero fuerit parti reſtitutum non niſi citata parte & de mandato iudicis:vt per præalleg. & late Soci.in conſi.xcviij.lib.iij.Bart. tñ quem ipſe & alij ad hoc citant in d.l.imperator.circa fi. non loquuntur de indictione,ſed de tempore,vt ſtatim dicam.ideo circa indictionem ſiue ſit error commiſsionis , ſiue omiſsionis qui maior eſt in propoſito noſtro vt ſuperius diximus,poterit notarius auctoritate propria talem errorem corrigere , qa ex adiectione temporis appoſiti in inſtrumento conſtat quæ indictio apponi debeat: vt hic per Bar.Ange.clare in d.l.imperator. Vitalem in loco præalleg. Alex.in conſil. cxc.lib.vj.Iaſ.in conſi.xxviij.lib.j.& Fely.in d.c.ex literis.col.iij.

19 Omiſsio † igitur indictionis vitiat inſtrumẽtum:ſecus ſi appoſita fuerit,ſed corrupte & perperam,vt ex præceden. apparet.Limitant tñ docto.quod dictum eſt de omiſsione indictionis vitiante inſtrumentum,vt non procedat,qñ ex conſuetudine omitteretur vel eſſet dimiſſum ſpatiũ pro indictione annis dñi appoſitis.Bal.in l.pe. col.ij.C.de accuſ.Ang.in conſi.ccvj.inci. reperitur. Alex.in l.prætor ait.in.§.ſi initiũ.ff.de eden.Cor.pulchre.in conſ.xciij. cum ſeq.lib.iiij.Soci.in l.ſi nominatim.ff. de condi.& demon.Fel.in c.inter dilectos. col.viij.& in c.imputari.col.fi.de fide inſtru.Iaſ.in repe.d.l.admonendi, loco præalleg.& Deci.in c.j.col.iiij.de fide inſtru. & vltra montes in pluribus locis indictio non apponitur in inſtrumentis. No.etiã
20 diligenter, † ꝙ ſi indictio poſita fuerit in principio protocolli,licet poſtea omiſſa fuiſſet in aliquo inſtrumẽto illius anni ibidem inſerto,talis error & omiſsio nõ vitiaret,quia cenſeretur repetita in eodẽ inſtrumento: vt per Alexan.& Iaſ.poſt alios in prælle.§.ſi initium.quod bene nota, quia ſæpe in actu practico vidi hunc caſum,obtinuique.

21 Quæ vero ſint † illa alia præter indictio
nem, quæ ſpectant ad officium notarij: Et
quæ fuit neceſſaria in publico inſtrumen-
to: tradunt gl. & doc. in l. generali. C. de ta
bul. lib. x. Alex. conſi. xxxvij. ad fi. volu.
iij. Deci. late poſt alios in d. c. j. de fi. inſtr.
22 Aliquando eſt † erratum in pertinenti-
bus ad officium notarij, ſed non conſtat in
quo ſit erratum, vt quia omiſit diem vel
menſem, & non conſtat de quo die vel mẽ
ſe. & hoc caſu notarius corrigere poteſt,
quia officio ſuo functus nõ videtur edẽdo
inſtrumentum abſq; die, crediturq; eidem
dicenti ſe recordari de tali tempore, quia
creditur officiali in officio ſibi commiſſo,
niſi tempus tale eſſet de ſubſtãtia vt in hy
pothecaria, vel eſſet inſtrumentum parti
datum, quia tunc corrigere non poteſt niſi
probato errore & iudicis mandato. vt per
Bart. hic & in d. l. imperator. & Deci. hic.
ac ſcribentes omnes in locis ſupra alleg. et
pulchre Gemi. in d. c. abbate ſane. colum.
ii. vbi poſt Ioan. And. concludit, ꝙ aut no
tarius non appoſuit diem neq; locũ & po
teſt auctoritate propria ponere, quia con-
ſtat ex inſpectione inſtrumẽti erratũ eſſe,
cum ſit impoſsibile inſtrumentum fieri ſi-
ne certo die & loco, vnde ſunt iſta de con
comitantibus neceſſarijs ſine quibus actus
fieri non potuit: vt ibi dicit tex. Sin autẽ
illa omiſit quæ non ſunt de neceſſario con
comitantibus, vt quia non appoſuit teſtes
ſine quibus inſtrumentum fieri potuit, cũ
iſtud non ſit de concomitantibus neceſſa-
rijs licet ſit de validantibus inſtrumentũ,
tunc fieri debet cum auctoritate iudicis.
Aut appoſuit diem & locum ſed fuit erra-
tum, & tunc ſi antequam ſit data copia par
ti notarius vult corrigere, poteſt, quamuis
melius ſit, ſecundum Gemi. ꝙ faciat nouũ
protocollum & nouum inſtrumẽtum pro-
pter ſuſpicionem militantem contra tale
inſtrumentum correctum: vt in l. fin. C. de
teſta. Si vero data eſt copia parti, & in-
ter eas ſuper hoc oria. Altercatio, aucto-
ritate iudicis fieri debet, vt dictum eſt. iu-
dex vero, ſubiungit, in dando licentiam cõ
ſiderare debet an notarius ſit bonæ famæ,
an altercatio diei allatura ſit præiudicium
aduerſario vel non. hæ præſumptiones ha
bent mouere iudicem ad facilius vel diffi-
cilius concedendum denegandum ve talem
correctionem, ſecundum Ioan. And.
Dum autem Bart. in prædicta deciſione
23 dicit † credendum eſſe officiali in officio
ſibi commiſſo, & ſequuntur communiter
ſcribentes in locis ſupra alleg. intelligi de-
bet ne erres. quando officialis a communi
electus fuit, aut de publico cõſtitutus, alias
non. Bar. & alij in l. j. C. de ponder. & auri
illa. libr. x. intellige etiam hanc concluſio-
nem, vt pulchre per Bald. in d. l. imperator.
colum. iij. verſi. ſed pone libellus. & Fely.
in d. c. ex literis. col. j. vbi tenet, ꝙ ſi erra-
uerit notarius in appoſitione diei aut men
ſis, vnum videlicet pro alio ponens, non
poſsit corrigere niſi incontinenti, vt ibi
per eum.
24 Quando vero † erratum eſt in pertinen
tibus ad partes & ad ſubſtantiam contra-
ctus, poteſt incontinenti notarius errorem
corrigere non autem ex interuallo, niſi er-
rore probato & ex iudicis licentia. Barto.
hic. omnes in d. l. imperator. Felyn. in d. c.
ex literis. & cæteri in locis præalle. Sci
re autem oportet pro intelligentia & decla
25 ratione prædictorum. † cuius præſumatur
error in præmiſsis & circa: Bald. Paul. de
Caſt. Rimi. & alij in d. l. errore. concludũt
ꝙ in ſpectantibus ac pertinentibus ad no-
tarium, vt ſunt inſtrumentorum ſolennita-
tes de quibus ſupra notarij præſumatur
error. In pertinẽtibus ad partes, vt eſt ſub-
ſtantia contractus, error præſumatur par-
tis: ideo in his quæ ſcripſit notarius non
præſumitur error, neq; aliter fuiſſe ſcriptũ
ꝙ̃ dictum ob præſumptionem pro notario
militantem, vt etiam infra dicetur. ꝙ ſi cõ-
ſuetas clauſulas in inſtrumento non appo-
ſuerit cum id illi iniunctum cenſeatur, vt
infra late dicam. notarij præſumitur error,
vt per Rimi. loco præalleg.
Circa ſecũdam dubitationem principa-
26 lem † de iuſtificatione & probatione ta-
lis erroris, quæ plurifariam multiſq; mo-
dis fieri poteſt: vt hic per Barto. & Deci.
per Alex. Soci. Iaſ. & alios in conſilijs &
locis præalleg. Fely. in d. c. ex literis. Vi-
27 talem loco prædicto. Et ꝙ † eo caſu ad pe
titionem partis exhiben. ſit protocollum:
tradunt Abb. & alij in c. cum p. de fide in-
ſtru. & Bal. in d. l. imperator. Quod ſi liber
1 Deportare † eſt de loco portare, ſiue extra portare, hoc eſt ponere extra ea quæ ſunt iuris ciuilis:l. quidam ſunt.ff. de pœn. Bar.in l.relegatorū.ff.de interdi.& relega. Et hæc deportatio hodie ſucceſsit loco aquæ & ignis interdictionis.l.iii.ff ad legē iul.pecu.l.gallus.§.& quid ſi tantum. cum glo.& ibi doct.ponunt.ff. de lib. & poſth. & cuius auctoritate fiat:tradit Spec.in tit. de relat. in.§.iii, Iterum not.eſt hanc pœnā deportationis hodie non eſſe in vſu, ſed eſt imponēda alia arbitrio iudicis:ita Imol.in l.ii.col.ii.ff.de pub.iud.
2 Proſcribere † vt declarat Vlpia. in l. ſed & ſi pupillus.in.§.i.ff. de inſti. eſt claris literis, vt de plano recte legi poſsint, ante tabernam, vel ante eum locum in quo negotiatio exercetur, non in loco remoto ſed euidenti, quid proponere. Sed aliter accipi-

tur in propoſito noſtro, vt pro damnare. Ideo in rub.C.prꝗalleg.dr de bonis ꝓſcriptorũ ſeu damnatorũ. tractũ eſt autẽ ab eo quod Vlpia loco pꝗalleg.dixit, qa proſcriptorũ noĩa pro roſtris ponebantur. Et ſecũdum Alber.in dictionario in verbo ꝓſcribere.proſcripti proprie dicuntur qui corporaliter nõ damnãtur, verũ eorũ bona publicantur, vt patet, dicit ipſe, in ti.C.de bo. proſcrip. Sed melius declarat M. Cic. in orationibus ſuis.quid aũt,inquit,eſt proſcribere. velitis,iubeatis,vt M.Cic.in ciuitate non ſit,bonaq; eius vt mea ſint.ita enim fecit(ait) ſi alijs tulit verbis, ex quo patet proſcriptionem afficere ẽt perſonam cum extra ciuitatem & prouinciam ſæpe proſcriptus eijciatur.

Redeundo modo ad tex.noſtrũ oppo.cõtra ipſum,nã per deportationẽ omnia fiſco applicari videntur.l.deportatorũ. de pœn. & l.deportati.C.de bo.proſcrip. ergo ſnia deportationis oĩa aufert,cuius cõtrariũ vr velle hic text. in illis verbis, ea ſola &c. Glo.ponit duos intellectus cõiter tenetur ſecũdus,ꝙ quę nõ ſunt fiſco applicãda per ſententiã deportationis nõ auferuntur, ea vero plura ſunt: vt plene per Alex. in cõſi. xxiij.lib.i.& in conſi.lxxxix.lib.iiij.Exẽplificare etiã poſſes,in caſu.l.ſi filius. C.de bo.proſcrip. vbi filio deportato caſtrenſe peculium non ſequitur fiſcum, ſed patrem.

Glo.hic ad fi.reputat ad hoc ſolennis & ſingularis per Bal. Alex. & alios. ꝙ†licet
3 deportatus non habet hæredem. l.j. cũ ibi not.C.de here.inſti.id tñ verũ eſt,fiſco volẽte bona deportati: alias ipſo fiſco venire nolẽte deportatus hęredẽ habet: vt hic vult glo.de qua vide Alex.in l.ſi ſeruus pluriũ. in §.ſi quis ante. in fi.ff.de leg.j.Iaſ.in l.ex facto.in.§.iul.col.j.ff.de vulgar.& in l. vnica.col.iiij.C.quãdo non pet. part. Et per
4 hanc eandẽ gl.dicebat Rom.ius†accreſcẽdi locũ non habere in fiſco hęrede, qui bona recuſare põt,ſed eſt hoc ia veritate alienũ,neque glo.loquitur in caſu iſto: vt per Alex.in l.j.col.pen.ff.de acquir.hære.Iaſ. in d.l.vnica.in iiij.colum.

Beneque hic iuriſconſultus dicit, ꝙ de-
5 portationis ſententia aufert. nam in† caſibus in quibus bona confiſcantur & publicantur id ipſo iure non fit,ſed per ſententiã l.i.cũ not. p Bar.ff.de vi priua. & per Frã. de Parma.in tract.de iure fiſc.char. xxiiii. ſed in deportatione non requiritur alia expreſsio,quia ad pœnã deportationis tacite ſequitur adeptio bonorũ.d.l. deportatorũ. cum not.per Salic.ideo recte hic dicitur ꝙ ſententia aufert etiam ꝙ de publicatione bonorũ nihil dictũ fuerit,ad quod vide etiã Are.in l.eius qui. in.§.ſi cui.colum.i.& ii. ff.de teſta.

Et intelligitur prędicta ſecundum Sali.
6 †de bonis quæ deportatus habebat tẽpore deportationis. futura.n. non veniunt, nec cõprehenduntur in publicatione. l.ſi mãda uero. in.§.is cuius.ff.manda. De quo vide Bal.in l.ii.C.de bo.proſcr. Anch. in conſi. cclxxv. Roma. in conſi. ccxlvii. Paul. de Ca.in conſi.xxxii.in antiquis. Alexan. in conſi.xv.ad fi.vol.i.Fely.in c. ad liberandum.in ii.nota. de iudę. & Deci. in conſi. ccxxxv.& Sali.in auct. bona damnatorũ. col.ii.C.de bo.proſcrip.Ang.Are.in tract. maleficiorum.charta antepe.Deci.nouiſsime.in l.fi.ſupra quod quiſque iur. vbi ponit not.quęſtionẽ quę erat in facto de iure adeundi bannito delato. De iure nouiſsi-
7 mo†non publicantur nec confiſcantur bona niſi in crimine lęſæ maieſtatis.auct. bona damnatorũ.cum ibi plene not. per doct. C.de bo.proſcript.et per Bar.in cõſi.clvii. vbi intelligitur hoc eſſe verũ ſtãtibus aſcẽdentibus vel deſcendentibus:ſecus autẽ ſit ſtantibus collateralibus tantũ, vt patet ex corpore.vnde illa auct.ſumitur, vbi de collateralibus non fit mentio. Et ideo verba illa ex latere,de quibus in d.auct. bona dãnatorum.male ibi fuerũt per Irnerium poſita:ſecundũ Bar.quã opi.confirmat & cõprobat in pũcto iuris Are.in in l.eius.in.§. ſi cui.col.iii.ff.de teſta.fatetur tñ communẽ opi.eſſe in oppo.Ang.Are.loco infra alleg.& plene Deci.in cõſi.cclii col.pe. vbi poſt Bal.ſcribit, ꝙ licet iudex contra tex. in d.auct.bona damnatorũ. confiſcaret bona,ſententia non valeret,nec noceret quãuis non fuiſſet appellatũ.& dicit no.Bal.in tit.de pace conſt.in verbo nos romanorũ, ꝙ bona cõdemnati ad furcas pro furto ex forma ſtatuti nõ publicãtur nec confiſcãtur ſequitur Are.loco præalleg.col.iiii.& Deci.in l.ii.col.fi.C.qui teſt.fa.poſ. vbi de iure antiquo, & ante auct. bona damnatorũ. aliud fuiſſe probat. De qua materia. vide. Bar.in l.i.ff.de bon.dam. Are.in l. ventre. col.fi.ff.de acquir.hære.Ang in tract. maleſi.in glo.& eius bona publicamus. eſt in pen.charta trac.vbi ad tex.prædictæ auct. bona damnatorũ alias lim. tradit pręcipue
8 ea†procedere qñ pœna cõfiſcationis in cõſequentiã pœnę corporalis venit, vt in deportato: ſecus; vbi bona expreſſe olim cõ

fiſcabātur non in conſequentiam, vt in relegatis incorrecta remanēt antiqua iura de publicatione bonorū loquētia: vt per Bar. in præalleg. l. i. propterea videmus paſsim ad confiſcationē bonorū etiā hodie procedi contra contumaces non comparentibus nec obtemperantibus imponuntur pœnæ declaranturq;, & vſque ad confiſcationem bonorum incluſiue proceditur.

9 Confiſcatis † aūt bonis an, quomodo, & qualiter prouideatur filiis, vide Bar. & doćto. in d. l. i. de bonis dam. Are. in d. §. ſi cui in ii. col. Ang. in tract. malefi. loco prēalle.

10 Et diligenter nota, q † in caſibus in quibus fit publicatio & confiſcatio bonorum modo offenſa non reſpiciat principaliter dñm, ſeu delictū non ſit commiſſum in perſonam domini, feudū non confiſcatur nec applicatur fiſco, ſed agnatis: vt per Bart. in l. i. per illum tex. ff. de interdi. & relega. de quo articulo vide Barb. inter conſi. Alex. quarti. vol. in conſi. l v. col. fi. & in cōſi. lx. in quarto dubio lib. iii. eundē Alex. in cōſi. ii. col. iii. & ſeq. lib. v. & conſi. xxx. lib. vi. Iac. de ſancto Georg. in ſua feud. inueſt. in verb. qui quidem inueſtiti. colū. xiii. & ſeq. & in verbo, & cum pacto de non alienādo. col. viii. Franc. de Curte in tract. feu. in liii. col. ver. qua principalis. & Deci. in conſi. cxliiii. col. ii. & cōſi. ccviii. & cclii.

11 De bannitis † vero noſtri tēporis vtrum ęquiparantur deportatis, vel relegatis: examinant glo. & doct. inſtit. quibus mod. ius patr. pot. ſol. in. §. relegati. Signorol. conſi. cxix. Anch. conſi. cclxxv. Alex. cōſi. xvi. lib. ii. oēs in l. i. C. de hęre. inſtit. & in l. ex facto. in. §. ex facto. ff. ad treb. Cur. Iun. in conſi. clx. clxvi. & clxxxii. & Gram. Neapolit. in voto. xix.

Poſtq̃ de ſententia deportationis, de publicatione, & confiſcatione bonorum plura diximus, videamus aliqua de indulgentia, reſtitutione, & remiſsione. Indulgentia

12 † quidē pœnam ſolum remittit, bona vero non reſtituit, niſi dicatur. text. eſt not. vbi Salic. ſignat in l. cum patrem. C. dę ſen. paſ. faciunt quæ dixi in l. id quod noſtrū. nu. 4.

13 ſupra eo. tit. Vtrū vero indulgentia † ac reſtitutio prædicta locum habeat in præiudicium tertii; & qualiter pro amico concipi & formari debeat, vt etiam alienata recuperet: tradunt ſcribentes in l. gallus. in. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth. Felyn. in c. vrgentis. de hæret. Iaſ. in conſi. vlt. lib. i. Deci. in l. in condemnatione. in. §. i. vbi vide quæ dicam infra eo, & in c. quia diligentia col. ii. de elect. Alexand. in conſi. cliiii.

14 Eſtoque memor vt † in reſtitutione pro cōdemnato in crimine læſæ maieſtatis impetrata ad hoc vt valeat, dicatur, motu proprio principis illam fuiſſe factam, vt per Cur. Iun. in l. iii. in. §. ſi procurator. ff. quod quiſque iur.

SVMMARIVM.

1 *In pari cauſa lucri præfertur ille qui prior eſt in tempore.*

2 *Mulier habens expreſſam vel tacitam hypothecam præfertur habenti tacitam anteriorem ſecus: expreſſam.*

3 *Prioritas ex ordine cognoſcitur.*

L. XCIX. Hermogenianus.

QVOTIES vtriuſq; cauſa lucri ratio vertitur is: prēferēdus eſt, cuius in lucro cauſa tpe præcedit.

1 ET SIC in † pari cauſa lucri præfertur ille qui eſt prior in tempore. Et prioritas temporis cæteris paribus inducit prioritatē in iure, ad idem text. in c. qui prior. de re. iur. in vi. vbi eſt optima glo. declarans. iſtam regulam. nonnullas lim. ponit ibidem Phil. Fran. viginti ampl. & totidem lim. cōgerunt Mod. de Fano. in tract. de pig. in ſecundo membro. v. partis princip. char. 35.

2 & ſeq. Notabis etiam diligenter, q † licet mulier habens expreſſam vel tacitā hypothecā pro dote prēferat habēti tacitā etiā anteriorē fauore dotis: iuxta l. aſsiduis. C. qui pot. in pig. hab. non tñ præfertur habēti expreſſam: quicquid dixerit Ang. & Areti. & in ea locū habet regula l. noſtræ, vt prior tpe potior ſit in iure, & præferri debeat, ſecundū cōem cōcluſionē ſcribentiūt vt per Bar. in d. l. aſsiduis. Iaſ. in l. i. in ii. lectu. ff. ſolu. mat. & in. §. fuerat. col. xvii. inſti. de act. Ioan. de Plat. in l. vnica. C. cre. fiſ. præferri. lib. x. Moder. Peruſi. in d. l. i. char. pen. & Moder. de Fano loco prællegato.

3 Et in † ſcripturis ex earum ordinę cognoſcitur prioritas temporis. Et qñ producuntur duo inſtrumenta eodē tēpore confecta, quomodo cognoſcatur prioritas tēporis, ponunt prædicti Mod. Fanenſes loco prælleg. in ſecunda parte, quarti membri. fol. xvi.

SVMMARIVM.

1 *Creditor non tenetur offerre, conſignare, aut deponere quando debitum eſt non liquidum.*

2 *Et quid debeat facere debitor nu. 2. Vel pars debiti ſit liquida nu.3.*

4 *Debitor de x.a quo xx. petuntur an poßit negare. Et quid in poſitionibus nu.5. Vel reſpectu moræ & expenſarum, nu. 6.*

7 *Iudex debet ferre ſententiam diffinitiue, ſeparans ius competens ab incompetenti.*

L. C. Venuleius.

NOn pōt videri improbus q ignorat quantum ſoluere debeat.

SVMITVR ex ll. in glo. allegatis. facit etiam text. l. qui ſolidum. in prin. ff. de leg. ſecundo. a contrario ſenſu. Et ſecundum Albe. de Roſ. hic facit hęc lex ad materiam oblationis, conſignationis, & depo-
1 ſitionis: ꝙ † ſi debitum incertum ſit & non liquidum, non teneatur creditor offerre, cōſignare, aut deponere, allegat. l. acceptā. C. de vſur. l. obſignatione. C. de ſol. & l. quidā extimauerunt. ff. ſi cer. pet. cum ibi not. & tradit Alex. in l. ſi mora. col. ij. ff. ſol. mat.
2 Vbi etiam ponit, ꝙ † eo caſu ſufficit debitorem coram iudice comparere & requirere, vt deputetur vnus mercator ad calculandum rationes, offerendo ſe paratum ſoluere quicquid conſtabit eum debere l. pe. vbi
3 Bar not. ff. de diſtra. pig. Et ſi pars † debiti eſt liquida, ſufficit illam offerre, & pro reſiduo offerre ſe paratum ſatiſdare, quando eſt ſuſpectus, per l. ſtatuliber rationem. ff. de ſtatulib. aliter ſatis eſt offerre ſe paratū ſoluere conſtito de debito. De qua materia ample tractant Pau. de Caſt. in conſil. 324. col. iii. in antiquis. Alex. in conſil. ccxxii. col. fin. lib. ij. & conſi. cxxx. col. iii. lib. iiii. & in prin. l. ſi ſe non obtulit. in vlt. col. ff. de re iudi. Barba. in conſi. xxxvi. col. xiii. lib. ii. Soci. conſi. lxxx. col. iii. vol. iii. Iaſo. in l. i. col. iiii. ff. qui ſatiſd. cog. & Alcia. in l. i. in. §. ſi ſtipulanti. colum. fina. ff. de verbo. obliga.

Et per iſtam regulam infert hic Bart. ad determinationem quæſtionis quam dicit
4 habuiſſe de facto piſis, ꝙ † ſi quinquaginta debeam, & petas centum, ex quo ratio nō eſt implicita ſi recuſo ſoluere quinquaginta conſtituor in mora: & ſic vult Bar. ꝙ debitor decem florenorum, a quo viginti petiti fuere, negare non poſſit minorem illā ſummam citra incurſum periurii: vt latius per eundem Bar. & Alexā. in d. §. ſi ſtipulanti.

Contrarium firmat idem Bar. in d. l. qui ſolidum. in princi. concludens, ꝙ ſi quis petat plus debito, aduerſarius habet iuſtā cauſam litigandi ſuper toto, nec condemnabitur in expenſis niſi actor dixerit ſe paratū recipere partē: per illum tex. hanc opin. vti veriorem contra Bar. hic, ſequitur hic Deci. Nec obſt. ꝙ qui negat totum videtur ēt negare partē: & ꝙ in maiori ſumma contineatur minor, quia in toto continetur pars ad integrandum illud totum. & pariter minor ſumma continetur in maiori ad illam integrandum, ſed illa pars vel minor ſumma per ſe non videtur petita, ideo non videtur eſſe in mora improbus vel periurus, qui totum negat vel ſoluere recuſat; vt hic per Deci. faciunt quę in dicto propoſito an in maiori ſumma contineatur minor, plenius ſcribit idē Deci. in l. in eo quod plus infra eo. Articulus eſt difficilis, qa Bar. & doct. fuerunt varii & contrarii. Quantum ad poſitiones vult Bar. in d. §. ſi ſtipu-
5 lanti. ꝙ † poſitio partim vera & partim falſa non poſſit ſine reatu periurii in totū negari. ideo reſpondentem fateri debere partem veram reliquum negare. In ſecreto iuris opi. Bald. quam hic amplectitur Deci. verior videtur. Et illam defendere poſt Peruſinos & Soci. conantur. Alcia. & Galiaula in d. §. ſi ſtipulanti. Communis tamē eſt cum Bart. contra id quod hic tenet Deci. vt omnes pręalleg. Mod. atteſtantur. & latius Fely. in c. nam concupiſcentiam. colum. fina. de conſti. vbi poſtea poſuit tres not. limit. Et ſecūdum Lan. Galiaulam ita eſt tenendum vt veritas facilius habeatur & finis cauſę citius imponatur. Adde & quia in dubio tenenda eſt illa pars quę ſecurior eſt pro anima; vt per Abb. in c. eſtote miſericordes. de reg. iur. & dixi in ſuperioribus. ideo propter periurium animę nociuum, ita teneri poteſt. Vel diſtingui ante reſponſionem & poſt, vt ante reſponſionē cōſulamus fateri debere partem veram vt euitetur periurium. Poſt reſponſum negatiue datum dicamus licuiſſet, vt hoc modo euitemus incurſum periurii. Sed ad euitandum has opi. & contrarietates doctorū, aduocati practici ſalutarem apponunt clauſulam, ꝙ ſi conuentus non credat de tanto

reſpondeat

reſpondeat de quãto,quia ita ponitur vſq; ad quadrantem vel nummum citra præiudicium ponẽtis,tenetur enim tunc abſque dubio conuentus reſpondere de qualibet parte: vt per Fely.ad fi.præalleg.c.nam cõcupiſcentiam.& omnes Mod.in dicto.§.ſi ſtipulanti.

6 Reſpectu vero† moræ & expenſarum, cõis eſt cum Bar.in d.l.qui ſolidum. ad fi. principij.quia non eſt veriſimile ꝙ totum petens velit partem recipere niſi id dixerit.l.lucius.§.tutor.ff.de vſur. ideo litigãs ſuper toto iuſtam habet litigandi cauſam, vnde condemnari non debet in aliquibus expẽſis: ſecundum cõiter ſcribẽtes,vt per Iaſ.in l.properandum, in.§.ſin aũt alterutra.col.vij.C.de iud.Galiaulam & alios ĩ d.§.ſi ſtipulanti.in vltimis col. Bart.hic viſus eſt cõtrarium dicere ꝙ reſpectu partis liquidæ conſtituatur reus in mora.Ruinus ibidem quantum ſit ad propoſitum noſtrum ait,ꝙ vbi pars debiti eſt liquida per petitionem totius conſtituitur in mora reſpectu illius partis, vt hic dixit Barto.niſi confiteatur illam partem: ꝙ ſi fecerit in mora nõ conſtituitur, niſi actor dixerit ſe partem illam recepturum,quia nõ tenetur offerre: per d.§.tutor & hoc modo, dicit Rui.procedit tex.in d.l.qui ſolidum. cum dictis Bar.ibi & ſequuntur quidã alij Moder.Sed,vt inquit Galiaula loco præalleg. Bar.in d.l.qui ſolidum.& cõiter docto.ibi relati,tenent,ꝙ etiam ſi non confiteaꝛ partem,non debeat debitoꝛ condemnari in aliquibus expẽſis propter iuſtam cauſam litigandi, niſi actor ſe paratum obtulerit etiã partem recipere.nec in d.l.qui ſolidũ.apparet ꝙ conuentus confeſſus ſit partem debiti,vt Ruinus ait. Et per præalleg.l.qui ſolidum.in prin.cum not.per Bart.dicit,poſt Ant.de Bu. Are.in c.exhibita.ad fi.j.col.
7 de iudi.ꝙ † vbi ſententia ferri poteſt diffinitiue ſeparans ius competens ab incompetenti, iudex etiam parte non petente id facere poteſt & debet.

SVMMARIVM.

1 *Nihil ſuperfluum in iure quomodo intelligatur.& nu.2.3.& 4.*

5 *Dictiones in iure an abundent.*

L. CI. Caius.

OMNIA quæ iure contrahunt, contrario iure pereunt.

IN tex. non eſt difficultas:materia vero tacta fuit in l.nihil tam naturale. ſupra eod. Et ſi opponeres ꝙ nihil debet eſſe ſuperfluum, nec ſyllaba quidem in iure.§. quibus.in prima conſti.C.l.j.cum glo.ſupra quod met.cau.ideo dicebat not.Bal.in l.ampliorem.in.§.in refutatorijs.C de appel.ſemel capitulum non eſſe vlterius capitulandum, nec interrogatum interrogandum:& ſi in prima cauſa ſit reſponſum capitulis,nõ reſpondẽs eiſdem iterum in cauſa appellationis factis non habetur pro cõfeſſo,quia ſemel reſpondendo ſatisfecit le-
1 gis mandato.Reſponde,ꝙ † ſi eadem lex ad verbum nullo addito nec diminuto repeteret in eodem titulo, ſuperflua quidem dici poſſent: alias ſecus.Et ideo cum verba differant,aliuſq; ſit dicẽdi modus,& ſi idem ſit ſenſus nõ cenſetur ſuperflua. Abba.& Ioan.de Ana.in c.fi.per illum text. de homici.dicuntur enim tunc diſsimilia, & diuerſa quo ad formam verborum: vt pulche per Iaſ.in l.qui liberis.in princi.ff. de vulg.Et illud dicitur ſuperfluum, quod nõ facit ad id quod cauſa deſiderat.Bal.in d.§.in refutatorijs.per illum tex.

2 Et ad accuſandũ† ſuperfluitatem plura ſunt adinuenta, & accommodata vt pulchre per Fel.in c.eam te.col.xij.de reſcri. in c.ſolite.col.iij.de maiori.& obed.& in prohe.decretalium.rex pacificus.col.vlti. Deci.in l.ij.§.fi.col.fi.ff.ſi cer.pe.& in cõſi.ccxxxij.col.fi.Peruſinũ. in c.vnico.de ſumma trini.lib.vj.vbi not.ſuperfluũ non eſſe illud quod magis diſtincte exprimit modum eius quod primo erat diſpoſitum: vt etiam per Deci.loco præalleg.Quod facit pro poſitionibus & articulis ſaluandis ne reijciãtur propter ſuperfluitatem ſcdm Peruſi.& Gemi.ibidem. ſecuriuſq; eſt ſuperfluum admittere ꝙ̃ neceſſarium omittere.Spe.in titu.de teſte.in.§.nunc de interrogatorijs.

3 Item † qñ aliquid deciſum fuit in genere,ſi inde decidatur in ſpecie,nõ poteſt de ſuperfluitate redargui.gl.eſt not.per illum tex.ibiq; valde notari mandat, Curt.in l. fi.ſupra quod quiſq; iur.

4 Item qñ vna † regula loquitur de poteſtate faciendi,alia de effectu iam facti,ceſſat ẽt arg. de ſuperfluitate.vt per Archiepiſcopum Flor.in prima parte ſummæ in regula,poteſt qui in fi. Vides itaq; plures modos excuſandi haſce regulas, & generaliter quãcunq; diſpoſitionem a vitio ſuperfluitatis. quibus addas etiam Cardi,

Alex.in c.romanorum.colum.ij.diſt.xix.
5 Aduerte tñ quia † dictio,fortaſſis,abun
dat in l.ſi iure.ff.de leg.iij.ſcdm gl.ibi. idẽ
in dictione,maxime in l.fi.C.de teſt.man.
ſecundum glo.ibi.& Iaſ.in l.qui ſe patris.
col.x.C.vnde libe.pariter,dumtaxat. in l.
fi.in.§.filiusfa.C.de bo.quæ lib.no. Deci.
in auct.ex teſtamento. col.ij.C.de collat.
ergo contra prædicta, ſed ſi bene prædicta
iura cõſideres inuenies vel cauſa ornatus,
vel ad maiorem declarationem, aut alio re
ſpectu poni,ita ꝙ argu.de ſuperfluitate lo-
cus non eſt:quæ omnia bene nota.

SVMMARIVM.

1 *Menſis quomodo intelligatur,& in cõtra-
ctu & teſtamento nu.3.*

2 *Nomen menſis ſimpliciter prolatum quo-
modo accipitur.*

4 *Menſis in lege vel ſtatuto pœnali quomodo
intelligatur.*

5 *Dies termini quãdo cõputetur in termino.*

L. CII. Paulus.

VBI lex duorum men-
ſium fecit mentionem:
& qui ſexageſimopri-
mo die venerit audien
dus eſt. Ita enim impe
rator noſter Antonius cum diuo fra
tre ſuo reſcri pſit.

HANC not.& vtilem regulam exem-
plifica in l.j.ſcdm gl.ibi.C.de tempo.app.
& in l.ſi venditor de his.ff.de ædili.edict.
1 Deci.hic concludit,ꝙ † ſi mẽſis ſimpli
citer proferatur,intelligitur de duodecima
parte anni,q̃ pro triginta diebus declara-
tur,& ſic de triginta diebus intelligiẽ:per
text.l.fi.in prin.& in.§.j.C.de iure deli.&
ita procedit tex.l.noſtræ:qñ facta fuit mẽ-
tio duorum menſium abſolute,intelligitur
enim de ſexaginta diebus, tñ hic ex beni-
gnitate adiungiẽ vnus dies:qd intelligit in
materia fauorabili, prout ẽt voluit hic gl.
Confirmaẽ quia alias repugnaret d.l.fi.in
prin. Et idẽ vbi fit mentio de menſe vtili,
prout in ducali decreto loquente de inſtan
tia,& de mẽſe qui iudici ſtatuitur pro vi-
ſione actorũ.itelligitur.n.de xxx.diebus:
vt per Alex.in conſi.cxiiij.col.fi.lib.v.Si
tñ deſignetur menſis quia exempli gratia,
prima die Auguſti dicatur, hinc ad mẽſem
vel duos menſes, tũc menſis intelligiẽ tot
dierum quot eſt ille menſis de quo mentio
facta fuit:iuxta gl.in c.quam ſit. in verbo
menſe. de elec.in vj.ſcdm Deci. Vide Al-
be.de Roſa.ponentẽ aliam doctrinam, &
ad plures qõnes inducentẽ in ſuo dictiona
rio in verbo,mẽſes. Signo.de Homod. tra
dentẽ aliam prolixam diſtinctionẽ in cõſi.
xxxviij.& Alex.in apoſti.ad Bar.in l.cũ
biſextus.ſupra tit.proxi. Appellatione
ergo menſis ſimpliciter & abſolute prolati
intelligimus de triginta diebus per prædi
2 cta & c.de illicita.xxiiij.q.iij.niſi † de ali
quo menſe in ſpecie,& in indiuiduo facta
fuerit mẽtio, quia tunc ſcdm numerũ die-
rum illius menſis determinamus menſem
per gl.in prædicto verbo mẽſem.quæ a do
ctoribus eſt cõiter approbata: vt per Imo.
& Alex.in l.de diuiſione.ff.ſol.mat.Soci.
cõſi xcix.col.j.vol.iij.Mod.Peruſi.in l.ſi
ante,col.j.ff.ſo.ma.& Corn.in l.fi.in.§.do
nec. ad fi.j.col.C.de iure deli.vbi dicit in
practica ita vidiſſe ſeruari.Phi.Fran.ſuper
gl.præalleg.in ver.menſem, recedendo ab
eo quod dictum fuerit de duodecima parte
anni, & bene quicquid dicat hic Deci.qa
ſi recte computabis,duodecima pars anni
aliquantulum plus q̃ ſit ſpatium xxx.die-
rum comperitur,cõcludit mẽſem capi pro
xxx.diebus ſecundum cõem vſum loquen
di locum habentẽ in qualibet diſpoſitione,
niſi ex lege vel ſtatuto vel alia demonſtra
tione aliud appareãt,prout erat ibi ex quo
expreſſum fuit,a quo tẽpore inciperet men
ſis.tunc enim habita relatione ad eum mẽ
ſem ſecundum ſubiectam materiam intelli
gimus, menſemq; capimus ſecundum nu-
merum dierum illius mẽſis in quo incidit
ſermo. Et ſecundum prædicta temperan
da eſſet & intelligenda glo.iſtius legis,di-
3 cens † non procedere in teſtamento,& cõ
tractibus. verum enim dicit vbi ſimplici-
ter & abſolute de menſe ſermo factus eſt,
quia intelligitur de xxx.diebus tantũ per
prædicta: ſecus ſi in teſtamento vel cõtra-
ctu deſignatus aut nominatus in ſpecie fo-
ret menſis,ſcdm ea quæ ſupra retuli, quia
ad talem mẽſem & numerum dierum dicti
menſis fieri deberet relatio & haberi con-
ſideratio. Vide ẽt quod per hunc tex.cum
gl.conſuluit late Ludo.Bolog.in cõſi.vlt.
4 concludens,ꝙ † in diſpoſitione legali aut
ſtatutaria etiam ꝙ nõ agatur de pœna cui-

tanda, dies lxj. comprehēduntur ſub ſpatio duorum menſium. & nō exigit ipſe, vt hic ad ſi. facit Deci. ꝙ materia ſit fauorabilis. Et vere hoc eſt diuinare ad hanc legē litteramq; uiolare. Fateor ex benignitate legis id eſſe i[n] diſpoſitione ipſius legis prout hic voluit gl. Et ratio fortaſsis fuit: duodecim menſes conſtituunt annum, qui habet dies ccclxv. l. anniculus ſupra ti. proxi. Si in diſpoſitione legis ſolummodo xxx. dies pro quolibet menſe acciperemus, poſt duodecim menſes ſupereſſent quinq; dies calculo recte facto quod eſſet abſonum, ideo lex de illis quinque diebus ſingulis bimeſtribus ſeu duobus menſibus adiungi debere ſtatuit diem vnum. hoc eſt quod hic dixit eſſe eum audiendū qui. lx. die venerit vbi lex duorum menſium mentionem facit. ita ꝙ attributis ſingulis bimeſtribus diebus ſexaginta vno, cōperietur annū finiri diebus. ccclxvj. et ſic uero numero diem vnū addi, quem lex propter biſextū adiunxit, & ſi ſex im̄ horæ quolibet anno ſuperſint dicto numero dierū ccclxv. l. cū biſextus, cum gl. ſupra de verb. ſig. Verum quia annum ciuiliter ad dies nō ad momenta temporum computamus, vt dicit tex. in præalleg. l. anniculus. ideo lex noluit diuidere illas horas, ſed diem illum biſextus ſingulis annis ipſius biſextus attribuere. quod no. quia non legiſti hoc alibi.

5 Nunquid autem † dies termini computetur in termino, ſiue intelligamus de termino a quo, ſiue de termino ad quem: vide tex. in c. pia. in. §. ſi quis igitur. cum glo. in verbo computato. & dictis Cano. ibidē de excep. lib. vj. Bar. Pau. de Ca & Iaſ. in l. j. ff ſi quis cau. Ange. in conſi. pen. incip. Pau. Phil. Franc. in c. quam ſit. in. §. j. col. j. de elec. in vj. Deci. in c. ex ratione. col. j. de appel. & quæ ſcripſi in l. quoties dubia. in fin. ſupra eo. ti.

SVMMARIVM.

1 *Paria ſunt contra prætorem vel edictum aliquid fieri.*

L. CIII. Vlpianus.

QVI vetante prætore fecit: hic aduerſus edictū feciſſe proprie dicitur.

1 Paria ergo ſunt † aliquid fieri contra prohibitionem prætoris, & contra edictum: vt etiam in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdi. om. iudi. & in l. aduerſus. ff. de arb. ad declarationem vide Alex. in conſi. cxciiij. lib. vj. & de termino aduerſus, qui idem ſonat quod contra, vide tex. in rub. C. ſi aduer. rem iudi. cum rub. ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Ad poſitionem generis non ſequitur poſitio ſpeciei, ſed bene ad remotionem.*

§ EIVS eſt actionem denegare, qui poſsit & dare.

Expedita eſt ſupra in regula eius eſt nolle qui poteſt & velle, quod eſt idē. verum quod ibi dixerat in genere, hic di-
1 cit in ſpecie de actione loquēdo. † Ad poſitionem enim generis non ſequitur poſitio ſpeciei, quamuis bene ad remotionem. vide gl. Bal. Alex. & alios inducentes ad nota. qō. in l. iuriſgentium, in. §. ſed ſi fraudandi. ff. de pact.

SVMMARIVM.

1 *Domus ſua debet eſſe, vnicuiq; tutiſsimum refugium.*

2 *Idem in domo aliena prohibente domino ingreſſum. Niſi iuſtitia impediat.*

3 *Domum alienam ingredi an & quando liceat.*

4 *Locator quid facere debet conductore non comparente & domo clauſa.*

L. CIIII. Paulus.

NEMO de domo ſua inuitus extrahi debet.

1 Domus † enim ſua debet eſſe vnicuiq; tutiſsimum refugium, atque receptaculum: vt dicit tex. in l. plerique. ff. de in ius voc. & in l. j. C. de præto. & hon. prætu. lib. xij. ibi, maneat vnuſquiſq; domi ſuę tutus atq; ſecurus. Deci. hic quædam ponit quæ latius explicat Iaſ. in d. l. pleriq;. vbi materiam iſtius legis ordinauit aſsignatis duodecim ampliationibus, & quatuordecim limi, vt ibi per eum.

2 Quod autem hic dicitur † de domo ſua, idem eſt de aliena dño domus prohibente ingreſſum: niſi iuſtitia impediretur, quia dñs domus tunc impedire nõ poſſet in domo ſua capi illum puta, qui de iure capi poteſt: vt hic per Deci. in fi. de quo vide pulchre Bar. in l. j. ff. de ſer. fug. Bald. Paul. de Caſt. & Are. in l. ij. C. eo. ti. de ſer. fugi. vbi
3 ponunt, an † cum licẽtia iudicis poſsit qs impune ingredi alterius domũ, gratia perquirendi rem ſuam quam ibidem eſſe coniectat & opinatur. Et cõſtituunt differentiam inter res animatas & inanimatas. res enim animatæ quæ dolum committere fugiendo poſſunt, prout ſeruus, & vxor indiſtincte iudice admittente in aliena domo perquiri poſſunt. l. requirendi. C. de ſer. fugi. l. j. & l. diuus. ff. eo. ti. cum pulchre not. per Are. in conſi. xcv. col. ij. & Aquen. in l. ij. col. ij. ff. de iuriſdi. om. iud. Secus in rebus inanimatis ẽt furto ſubtractis, ne in diuitibus rei familiaris pompa propter inuidiam detegatur, in pauperibus ne vtilitas paupertatis manifeſtetur, niſi aliqua præſumptio iudicem ad ſic facieñ. moueri. ſufficiũt aũt leuia indicia, quia agitur de modico præiudicio: ſed ſi ad vtil tatẽ publicam, indiſtincte fieri poſſet per l. oẽs. C. de aqueduct. lib. xj. ita cõcludunt præfati ſcribentes. & ſequitur Ioan. de Ana. in c. qui cum fure. col. ij. de furt. & Mod. Bono. in l. j. in prin. in ix. col. ff. de quæſtio.

4 Poſtremo diligẽter nota, † ꝙ ſi conductor domus meæ nõ compareret, & clauſa ſit, domus aperiri debet iudice præſente, & coram teſtibus deſcribi quæ ibi reperiuntur. tex. eſt nota. in l. cum domini. vbi Bar. not. ff. loca.

SVMMARIVM.

1 *Solutio in dubio facta videtur in cauſa quæ remouet infamiam. & nu. 4.*

2 *Vita & fama quomodo æquiparentur. et nume. 3.*

L. C V. Vlpianus.

SI. in duabus actionibus alibi ſumma maior, alibi infamia eſt: præponenda eſt cauſa exiſtimationis. Vbi autem æquiparantur famoſa iudicia: & ſi ſummam rei diſparem habeant, pro paribus accipienda ſunt.

SVMPTA eſt ex l. j. cum ſeq & ex l. ſi quid cum ſeq. ff. de ſolu. vbi latius clariuſq; quod hic ſummatim & ſuccincte di
1 citur, explicatur. Solutio † ergo in dubio facta videtur in cauſam quæ remouet infamiam, quia grauior videtur, cum fama ſit præferenda pecuniæ. l. iuſiurañ. quod ex conuen. in. §. ſi procur. cum gl. ff. de iureiu. nihil enim eſt vtile ſine honeſto ſecũdum Cic. in officijs. Hinc Salomon melius eſt bonum nomẽ, ꝙ̃ diuitiæ multæ. hinc etiã eſt ꝙ periculum vitæ & infamiæ pari paſſu ambulant. l. iuſta. cũ gl. ff. de manu. vin.

Ad oppo. facit quod poſt Bart. & alios hic ſcribit Deci. limitando regulam & pręd
2 dicta, niſi † ageretur de grauiori cauſa quę reſpiceret cõſeruationem membri aut vitæ. arg. l. j. ff. de his qui mor. ſibi cõſci. ergo nõ procedũt a pari. Ad idem facit tex. in l. ſi adulterium. in. §. liberto. ibi, multo magis vitæ parcẽdum eſt. ſupra de adulte. & tex. in l. j. ff. an cauſæ app. per alium agi poſſ. & quæ pulchre cõgerit Fely. in c. ius generale. col. fi. in j. diſt. decr. Dici poſſet, ꝙ apud viles perſonas quæ magis curant de commodo pecuniario & vita ꝙ̃ de fama aut infamia, non procedit æquiparatio prædicta: ſecũdum Aquẽ. in l. imperium, col. fi. ff. de iuriſd. om. iud. regulariter ergo vult aliud eſſe. quod tñ ex prædictis con
3 funditur. Ideo poſſumus dicere, ꝙ † ſufficit æquiparationem & ſimilitudinem eſſe ſecũdum quid, nõ autem exigitur ꝙ ſit per omnia. c. tranſlato. vbi Fely. et Deci. de cõſti. vnde non æquiparantur in omnibus & per omnia, cũ cauſa vitæ vel membri præponderet, maiorq; videatur per prædicta. De æquiparatione vitæ & famæ ſuperius relata infinita accumulãt. Are. in l. ſi quis. C. de poſtul. Barba. in cõſi. xlvj. col. j. li. ii. & in c. licet cauſam. col. iii. de proba. Cur. ſenior in repe. l. admonẽdi. col. lxxvii. vbi Iaſ. fol. xvii. col. ii. ver. tertio ex prædicta. Iaſ. in l. iuſiuran. quod ex conuẽ. in. §. fi. in quarto not. ff. de iureiur. Deci. in c. in præſentia. col. xv. de proba. & Gaſp. Portug. in d. l. imperium. col. lxxvii.

Poſtremo ad intelligẽtiam prædictorũ
4 & materiæ ꝙ † ſolutio cedit in duriorem cauſam, & potius pro eo quod debet nomine proprio, ꝙ̃ pro eo quod alieno nomi

ne debetur: vide Fulgo.in cõſi.vii.Alex. conſi.lxxxv.vol.iij.& cõſi.lv.lib.v.Corne.in conſi.ccxcv.lib.iij.Bar. in q̃onibus ſuis.ad fi.primę.Are.tin conſi.lxiij.colũ.iij.Alex. cõſi.clix.col.ij.& conſ.cxxxij.col.ij.& cxxxiiij.ad fi.lib.v.Soci.in conſi.xxiiij.vol.iij.& Deci.in conſil.xxj.ad fi.& in conſi.ccxv.col.fi.

SVMMARIVM.

1 *Prætor quis dicatur.*

L. CVI. Paulus.

VBICVNQVE cauſæ cognitio eſt: ibi prætor deſideratur.

1 SECVNDVM Albe.† prætor pro iudice ordinario ponitur, quia largo modo quilibet iudex prætor dici poteſt: vt hic per Deci.quaſi velit his dicere iuriſcõſul. ꝙ vbi plena cauſæ cognitio exigitur, iudex ordinarius qui cognoſcat requirit, & per delegatum expediri nõ poteſt. de qua materia plene dictum fuit in l.omnia.ſupra eo.Et in tali cauſæ cognitione eſt neceſſaria partis citatio.l.in cauſæ.l.j.§.cauſa cognita.ff.de mino.vt hic per Deci.

SVMMARIVM.

1 *Libertas eſt inæſtimabilis.*
2 *Patria poteſtas eſt inæſtimabilis.*
3 *Libertas quid ſit.*
4 *Contractus factus cum extracto de carcere appoſitis cuſtodibus non valet.*
5 *Liberum corpus æſtimationem nõ recipit.*
6 *Vendens ſe vt de pretio participet an libertas tunc ſit æſtimabilis.*

L. CVII. Paulus.

LIBERTAS inæſtimabilis res eſt.

NOTA ex hac l. & alijs in glo.alleg.
1 † Libertatem eſſe inæſtimabilẽ. ideo Alber.hic dicit.no.auream legem.quam non nouerũt niſi qui ſeruitutem malorũ tyrannorum experti ſunt: nihilq; gratius ſeruis præſtari poteſt, ꝙ̃ libertas: vt dicit text.no.in l.paulus.ff.de fideicom. liber.quem hic alleg.Deci.& prius Albe.de Roſa.de quo tex.vide Barb.in cõſi.xxxij.col.j uo lu.iiij. Et quia inæſtimabilis res eſt, omnibus alijs fauorabilior eſt.l.libertas oibus. infra eo.Et cõtra rigorem iuris pro libertate multa ſtatuta ſunt.l. generaliter.§. ſi quis.ff.de fideicom.liber.Et eodem modo
2 † patria poteſtas inæſtimabilis eſt dicit tex.in l.filiusfamil.in.§.ſecundum vulgarem.ff.de lega.j.

3 Quid aũt † ſit libertas diffinit iuriſconſul.in l.libertas.ff.de ſtatu homi. Et qui aliquem libertati reſtituere tenetur, debet illum in libertate ponere extra eius terri-
4 torium & extra cuſtodiam ſuam.† quod facit cõtra illos qui e carceribus aliquẽ extrahi faciunt, & ſecum contrahunt appoſitis cuſtodibus: vt per Abba.& alios in c. accedẽs.in iij.no.& in gl.prima.de procu. & per Barto.in l.qui in carcerem.ff.quod met.cau.Facit illud vulgatum Non bene pro toto libertas venditur auro.

5 Et eodem modo † liberum corpus, vt ait gl.æſtimationẽ nõ recipit l.fi.ff.de his qui deiec.vel effu.l.ex hac.cum ſimil.ff.ſi quadru.paupe.feci.dica. vbi propterea iuriſconſul.eleganter dicit, ꝙ ſi liberum corpus læſum fuerit, iudex computat mercedes medicis præſtandas, cæteraq; impendia, quæ in curatione facta ſunt. Præterea operarum, quibus caruit vel cariturus eſt, ob id quod inutilis factus eſt. Cicatricum autem vel deformitatis nulla fit ęſtimatio, quia liberum corpus nullam recipit æſtimationem.

6 Fallentia aũt gl.hic † de eo qui ſe venũdari paſſus eſt ad participandum pretium non eſt bona, quia ibi venditio fit tanquã de ſeruo, non tanquam de libero: alias non valeret: vt hic per Deci.vide latius gl.inſti.de iure perſo.in.§.pen.in verbo maior. cum not.ibi per ſcribentes. vide etiam ad hanc regulam & materiam quæ diximus ſupra in l.quoties dubia.

L. CVIII. Paulus.

CVM ſeruis nulla actio eſt.

EXPEDITA eſt in l.in perſonã ſeruilem.& in l.quod attinet.ſupra eo.

SVMMARIVM.

1 *Infans non capax doli, vel pubertati & capax doli quomodo puniatur.*

2 *Senex delinquens quomodo puniatur.*

3 *Maior quatuordecim annis imprudenter delinquens quomodo puniatur.*

4 *Dans imprudenter mulieri medicinam ad impediendum cõceptum, non punitur pœna mortis.*

5 *Dictum imprudenter, ſeuere per Romanos fuit punitum.*

L. CIX. Paulus.

FERE in omnibus pœnalibus iudiciis & ætati, & imprudentiæ ſuccurritur.

Glo. hic plene declarauit materiam. Circa primum de ætate
1 Deci. nonnulla ſcribens concludit, ꝙ † ſi ſit infans non capax doli in totum excuſatur, quia non habet animum, & ideo nõ videtur deliquiſſe. l. j. C. de fal. mon. l. infans. de ſicar. & cle. j. de homic. Si ſit maior infante pubertati proximus & doli capax, tenetur ex delicto ſed ſuccurrit̃, quia pęna diminuitur: vt hic & l. auxiliũ. in. §. in delictis. ff. de mino. & in c. j. de delict. pue. Facit text. l. ſi adulterium. in. §. fratres. ff. de adul. vbi imperatores propter ætatẽ Claudiæ pœnam inceſti remiſerunt: vt hic per Deci. & latius per Pau. de Caſt. & alios in l. j. & ij. C. ſi aduer. delic. Hipp. Bono. in d. l. infans, & oẽs Cano. in titu. de delic. puer. Are. in conſi. cxxxxj. ad fi. Franc. de Curte iuni. in conſi. viij. ad fin. Soci. conſil. clvij. vbi ẽt inuenies, quod qñ deliquit per culpam iuuatur per reſti. in integ. vt nulla pœna plectat̃. d. l. j. C. ſi aduer. delic. vbi Pau. de Ca. no. & ꝙ delictũ conſiſtens in non faciendo non cadat in minorẽ, ideo ſeruatur tunc ipſo iure illeſus. l. ij. vbi Pau. de Caſt. tradit. C. ſi aduer. delict.

Et pondera verbũ, ætati, in regula poſitum, nõ ſolum. n. minoribus pp ętatem ſuccurritur in diminutione pœnæ: verum etiã
2 † ætate prouectis propter ſenectutem. l. ij. cum gl. ff. rerum amot. vt hic per Deci.

3 Circa ſecundum dictum regulæ de † imprudentia, quæ ẽt maiores excuſat: vt hic per gl. vbi. n. imprudenter, inaduertẽter, & inconſiderate delinquitur, cõſiderat̃ culpa potius ꝙ̃ dolus, ideo mitigari debet pœna tam ĩ factis imprudẽter, ꝙ̃ in dictis: vt hic per Deci. Hinc conſuluit eleganter Cald. in conſi. iiij. poſito ſub ti. de ſen. excom. ꝙ faciens, ſed non incontemptũ non incurrit pœnam legis vtentis verbis denotantibus dolum. accedant accumulata per Mod. Bono. in l. in lege Cor. in. §. cũ quidam. ff. de
4 ſica. Hinc ẽt eſt, ꝙ † licet dans mulieri medicinam aliquã ad impediendũ conceptũ, tenetur tanꝙ̃ homicida. c. ſi aliquis. de homici. qui tñ inconſiderate & per imprudẽtiam ſit, pœna mortis non tenet̃, ſed mitiori: per dicta Fel. in c. ſolite. col. ij. de maio. & obed. & in ſpecie per Mod. Bono. in l. ſi mulierem. ff. de ſica. Sed de imprudenter
5 ter † & incõſiderate dicto, ſeuere & graui mulcta per Ro. punito in filia Appij Ceci, tradit Aul. Gel. in noct. atticis. & retuli. in prin. l. vnice. ff. ſi quis ius dicẽ. non obtẽ.

L. CX. Paulus.

NVLLVM crimen patitur is, qui non prohibet cum prohibere non poſsit.

Expedita eſt in l. culpa caret. ſupra eodem.

SVMMARIVM.

1 *Minor ſumma an contineatur in maiori de proprietate ſermonis.*

2 *Fideiuſſor pro maiori ſumma obligatus, nõ tenetur in minori ſumma in qua erat obligatus principalis.*

L. CXI. Paulus.

IN eo quod plus ſit, ſemper ineſt minus.

Sumitur ex. ll. per gl. alle. & maxime ex. §. ſi ſtipulanti. l. j. ff. de verb. ob. Facit tex. l. ſi ſeruus legatus. in. §. qui quinq:. ff. de lega. j. §. fi. l. inter pares. ff. de re iud. l. rogatus. ff. man. l. ſi vltra. C. de fideiuſſ. Et huic regulæ connexa eſt regula, nõ debet cui quod plus eſt. ſupra eo. & ex iſta ſumpte ſunt aliæ quæ ponunt̃ lib. vj. decre. in c. plus ſemper. & ĩ c. in toto. de quibus miror ꝙ Deci. hic non fecerit mentionem. & in d. c. plus eſt optima gl. declarãs hãc gl.

Quaſdam limi. tradit hic Deci. de materia quam latius ordinarie examinant ſcri-

bentes maxime Moder.in d.§.ſi ſtipulãti. Recurrendum eſt igitur ad dicta legiſtarũ ibi, & Canoniſta.in d.c.plus ſemper. Et
1 dum Deci.hic late in prin.inſiſtit. † an minor ſumma contineatur in maiori de proprietate ſermonis. Are.Soci.et pręfati Moder.in.§.ſi ſtipulanti. concludũt ꝙ de proprietate ſermonis per fundamẽta relata hic per Deci.& plura alia.& facit hercle optime tex.in d.c.plus ſemper.& hic in verbo ineſt.Declarãdo tñ vt etiam hic per ipſum Deci.ꝙ continetur proprie minor ſumma in maiori tanꝙ̃ pars illius, non tanꝙ̃ quid ſeparatum:& ſic qui petit viginti, dicitur proprie decem petere vnite,nõ tñ proprie petere decem ſeparatim. & ideo in caſu d.§.ſi ſtipulanti.non proprie continetur,ſed ex æquitate & legis interpretatione, ne actus pereat: vt hic per Deci. Dicit etiã Rui.in d.§.ſi ſtipulanti.ſummæ maiori ineſſe minorem re & proprie,quia ſine ea ad maiorem perueniri non poteſt,& hoc caſu loquuntur præalleg. Sed de hoc dicit ipſe nõ quæritur, ſed an verbum ſignificatiuũ maioris ſummæ , vox hæc centũ exempli gratia,ex proprietate vocabuli cõprehendat ſummam minorem:& tenet ꝙ nõ , ſed ex interpretatione tm̃,vt ibi per eundem. Et vere alia eſt ſumma de centum,alia de decem vt de ſe patet.

Eſt etiã no.articulus ille de fideiuſſore, quem hic in quinta limi.tangit Deci.con
2 cludens,ꝙ † ſi in maiori ſumma ſe obligauerit pro principali,non tenebitur pro minori pro qua erat principalis obligatus:& hoc caſu in ſumma maiori non inerit minor.Deci.hic contrarium firmat,quamuis doct.cõiter(vt ait)aliter dicant. Galiau.in d.§.ſi ſtipulanti.col.pe.licet de Deci.nõ faciat mentionem, ſequit̃ hanc opi.tanꝙ̃ veriorẽ.ad.§.illud.l.græce.ff.de fideiuſſ. vbi eſt fundamentum contrariæ ſñiæ rñ.ꝙ illa verba omnimodo nõ obligari,debẽt,intelligi.i.nec naturaliter nec ciuiliter . hæc.n. bene reſpiciunt modũ obligandi,non autẽ minor vel maior ſumma. Pro cõi tñ opi. cõſuluit Ro.in cõſi.lxvj.inci.vir eximie. per d.§.illud.quia vbicũq; reſpectu formę actus eſt indiuiduus & inſeparabilis , licet ſit diuiduus reſpectu eſſentiæ,ſemper vtile & inutile vitiat̃. Verũ quia vbi adeſt iuramentũ,vtile non vitiatur per inutile , vt hic per Deci.Et ceſſat tunc difficultas prędicta,nõ eſt ſupra vires laborañ.cũ in omni inſtr̃o & obligatione hodiernis temporibus iuramentum apponatur , in reliquis dicendum , vt per ſcribentes in dicto.§.ſi ſtipulanti.

S V A R M M I V M.

1 *In cauſa criminali admittitur quis ſine ſatiſdatione ad allegãdũ cauſas abſentiæ.*

2 *Executio ſine nouo proceſſu fit contra fideiuſſorem de iudicato ſoluendo.*

§. NEMO alienæ rei expromiſſor idoneus videtur,niſi cum ſatiſdatione.

Est regula iuris antiqui.vt dicit Imperator in.§.pe.inſti.de ſatiſ.Deci.hic ponit tres amplia.plures cũ limi.ponũt Pau.de Ca.in l.qui procuratorio , in.§.qui aliũ defendit.ff.de ,pcu.Iaſ. in l.exigẽdi.col.j. C.de procu.in l.filiusfa.col.j.ff.q ſatiſda. cog.vbi late poſt Alex.& alios ſcribit de materia iſtius.§.Deci.hic ſolũmodo iſiſtit circa vnã limi.quã poſuit hic gl.reputatã.
1 no.per oẽs ſcribentes,ꝙ † in cauſa criminali admittat̃ quis ſine prędicta ſatiſdatione ad allegandũ cauſas abſentiæ:quicquid dicat Iaſ.in d.l.filiusfa.quia agit̃ de vtilitate publi.Et quia iudex defenſionem pro innocẽtia abſentis ſuſcipere tenetur , ideo iuſtũ eſt ꝙ quilibet defenſor pro innocentia abſentis poſsit cõparere, excuſando.ſ. eum pp abſentiã intellige.& vltra hic per Deci.allega.de hac materia vide Signo.in cõſi.clxx.Imo.in l.pe.in.§.ad crimẽ.ff.de pub.iud.Cor.in cõſi.cclxxxj.li.iiij.Alex. in cõſil.vj.& xxx.in ſi.lib.vj.& pulchre in l.quæſitum.in ſi.ff.de re iudic.Iaſ. in l. vbi pactum.col.v.C.de tranſa.& Deci. in conſi.cccclxix.circa fin.

2 Poſtremo quæritur,an † contra dictum fideiuſſorẽ de iudicato ſoluẽdo fiat executio ſine nouo proceſſu.Doc.cõiter cõcludunt ꝙ ſic,in l.ſi.per illum tex:C.de vſur. rei iud.& in l.j.ff.iud.ſol.vbi per Bar.in j. col.& vltra vide Bal.& Pau.de Ca.in l.j. C. vbi cauſæ ſiſ. Ang.Are.in.§.ſi.inſtit.de ſatiſda.& Guido.Papæ in q.xxvj.

S V M M A R I V M.

1 *Pupillus pati non poteſt, quia quicquid videt ignorat.*

2 *Pupillus an pati dicatur pp primũ decretũ.*

3 *Ad citationẽ cõtra pupillũ plura requiruntur §.j.l.hæc aũt.ff.quib.ex cau.in poſ.ea.ornatur.*

4 *Pupillus agere poteſt actione iniuriarum pro iniurijs ſibi illatis.*

§. PVPILLVS pati poſſe non intelligitur.

SVMITVR ex.ll.per gl.allega. optimeq; exemplificatur i l.labeo.ff.de aqua
1 plu.arcen.Ratio iſtius tex. eſt quia † talis ætas quicquid videt ignorat.l.j.C.de fal. mone.nec eſt capax conſilij.l.more.§.fin. ff.de acqui.hære.& in omnibus rebus infirmum habet iudicium,ideo auctore tutore regitur.l.fi.ff.de manu.vindi. & a teſtimonio repellitur, teſtariq; prohibet.§.prçterea.inſti.quib.non eſt permiſ.fac.teſt.& eius voluntates nulla eſt.l.furioſi.cum ibi not.ſupra eo. pro abſenteque habetur.l.ſi pupillus.ff.quib.ex cau.in poſ.ea. Ideo ni mirum ſi iuris præſumptione pati nõ intelligitur,cum neſciat quid faciat,et etiam dicitur in.§.pupillus.inſti.de inuti.ſtip.
2 Quantum tñ ad † primum decretum,qđ contra ipſum pupillum interponitur ſi non defendatur.l.apud iul.in.§.fi.cum l.ſeq.ff. ex quib.cau.in poſ.ea.pati dicitur, ſecundum Deci.hic.quæ limitatio male conuenit in propoſito.pati enim in hac lege pro, permittere & cõſentire,vt dictum eſt,accipitur.cui non quadrat quod de primo decreto dicitur,quia interponitur contra ipſum etiam inuitum & recuſantem.nec conſideratur hoc caſu ipſius tm̃ pupilli inobedientia & contumacia,ſed omnium aliorũ illum non defendentium. requiritur enim ꝙ fuerit legitime citatus, quia illegitima citatio in eo qui citatur excludit cõtumaciæ crimen.ff.de inter.acti.l.ſi filius.la ij. & ff.ſi quis in ius voc.l.ij.ad fi.tradit Roma.in cõſi.ccccliiij.in re præſenti.& Soc. plene in tracta.de cita.arti.xx.q.iij. Sunt
3 autem plura † neceſſario requiſita ad hoc vt dicta citatio contra pupillum ſit legitima.vide tex.cum gl.no.ff.quib.ex cau.in poſ.eat.in l.hæc autem.in.§.j.quam materiam pulchre explicat Cic.in xij.oratione pro P.Quintio.Bal.conſi.ccclv.lib.j.Pau. de Ca.conſi.lij.in antiquis.Fulgo.conſilio cxiiij.cum ſeq.Alex.in l.iii.C.de procur. & in l.ſi finita.in.§.iul.colũ.xiii.& ſeq.ff. de dam.infe.Soci.in trac.de cita.arti.v.q. xiiij. Et de intellectu d.§.j. cum materia dum ait,liquere conſtareque prætori.vide Ro.in conſi.proxi.alleg.Pau.de Ca.in cõſi.ccxcix.et cccxix.in antiquis.Are.in cõſi.clxiiij.col.v.Barb.conſi.lvj.col.ij.libr. iij.& cõſi.vj.col.iij.lib.iiij.Soci.in l.multum.col.fi.ff.de condi.& demon.Felyn.in c.ſciſcitatus.col.fi.de reſcrip.& Deci.conſi.ccccxxj.col.ij.

Et prædicta intelliguntur quantum ad
4 præiudicium ipſius pupilli, ſed † reſpectu iniuriæ quæ ſibi infertur,pupillus pati dicitur,vt actione iniuriarum experiri poſſit licet illam inferre nequeat.l.illud relatum. ff.de iniur.ſecundum gl.hic & Deci.In ſe dictum verum eſt,ſed aliter capitur pati in regula iſta ꝙ in lege illa,ex prędictis liquere poteſt.ſi tamẽ ſit pupillus proximus pubertati & doli capax poteſt etiam iniuriã facere.l.pupillum.infra eo.& ſatis voluit text.d.l.illud.pro declaratione vero eius quod de doli capace dictum eſt, vide pulchre Lappum allegatio cxv.

SVMMARIVM.

1 *Orationum ſpecies tres ſunt, & earum natura.*
2 *Oratio ſoluta quõ accipiatur ſi de mẽte appare,& ſi non apparet nu. 3.*
4 *Punctus in oratione ſoluta tenet locum copulæ.*
5 *In diſiunctiuis & alternatiuis ſufficit alterum verum.*

§. VBI VERBA coniuncta non ſunt: ſufficit alterum eſſe factum.

1 TRES ſunt † orationum ſpecies vt declarat Dy. in c.in alternatiuis.de regul. iur.in vj.quædam ſunt cõiunctæ,id eſt quæ aliquam copulatiuam orationem habent. quædam diſiunctæ quę habent aliquam diſiunctiuam,quædam ſolutę quę nec diſiunctiuam nec copulatiuam coniunctionẽ habent. Natura copulatiuę requirit omnia ſimul vera.l.ſi quis ita.de ver.ob.l.ſi hęredi plures.ff.de cõdi.inſti.Natura diſiunctiuæ alterum tm̃ præalle.regula in alternatiuis. Oratio vero ſoluta eſt illa de qua hic fit mẽtio,vt cũ in diſpoſitione plura abſq; copulatiua vel diſiunctiua nominant:vt in l.ſæpe.ſupra ti.j.Et in iſta tertia ſpecie eſt maior difficultas & cõtrarietas inter glo. & ſcribentes,ꝙ in alijs præcedentibus,vt patet ex dictis gloſ.& in l.triplici. & in l. alienationis. & in l.ſæpe.vbi per Bart.ſupra titu.j.

2 Si de†mente proferẽtis apparere poteſt nulla erit difficultas, quia vel cõiuncta vel diſiuncta accipitur. ſecundum mentem ipſius proferentis.tex.eſt clarus. in d.l. alienationis.in fi.mens enim eſt illa quæ dominatur in omnibus diſpoſitionibus.l.nõ aliter.ff.de leg.iij.l.iij.C.de liber.pter.ꝓut latius dixi ſi me non fallit obliuio in l. ſemper in ſtipulationibus ſupra eo. Quod ſi
3 †de mente non appareat in hoc eſt diffiſcultas.glo.hic,alterum,ait, fieri ſufficere, vt dicitur in regula præſenti. quia etiam in obſcuris quod minimum eſt ſequimur.glo. in d.l.alienationis.in fi. contrarium dixit, ꝙ in dubio pro coniuncta accipitur, per d.
4 l.triplici. vbi probatur, ꝙ†in oratione ſoluta punctus tenet locũ copulæ, vt inquit glo.in l.pretia rerum.ff.ad legem falci.cum alijs hic alleg. per Deci. qui reſpondet, ꝙ ibi de mente proferentis conſtabat, & ſic ſequitur glo. hic dicens, in dicta regula in alternatiuis Dynum aliter reſpondere: Verum adeo obſcure loquitur ꝙ Deci. eum non intellexit,nec vt puto ſe ipſum Dyn. intellexit. Bar.in d l.alienationis.glo.ibi verius dicere ſcribit,idem facit hic Alber. de Roſa.dum ait, vel dic ſimpliciter glo. l. alienationis.veriorem eſſe vt ſoluta pro cõiuncta accipiatur, vnde non ſufficier alterũ fieri,vt hic.Et iſtam opi.licet de prædictis mentionem non fecerit,ſequitur Alciat. in d.l.ſæpe.& in d.l.alienationis.etiam in dubio non recedendo a verbis quæ coniunctionem inferunt,cum & punctum loco copulæ & coniunctionis ſæpe poni Accurſius docuerit. Sed idem Bart. in l.ſæpe. latius materiam reaſſumpſit. In diſpoſitione legali ſolutam pro coniuncta accipi dicit,niſi de mente legislatoris aliud eſſe appareat.per tex.d.l.ſæpe ponderãdo verbũ interdum in ea l.poſitum, quod in contrarium regulam eſſe notat.In d.ſpoſitione hominis in iudicijs & vltimis voluntatibus diſtinguit,vt ibi per eum. In contractibus concludit interpretationẽ fieri contra fundãtem ſe in verbis.per regulã l. veteribus. ff. de pact. Et ſic in fauorem debitoris vt alterũ fieri ſufficiat. ſicuti hic dicitur. Et iſtud videtur verius per hanc regulam, & alteram per gloſ. hic cõſideratã in ſuperioribuſq; relatã, nos in obſcuris quod minimũ eſt ſequi.niſi vt diximus de mente contrahentiũ ex verbis aut coniecturis aliud eſſe appareret quia tunc pro coniuncta vel diſiuncta accipitur:iuxta mẽtem cõtrahentium:ita procedit quod dicit tex.prædictæ l.alienationis in fi.Si igitur ſtipulatus fuero.Titium,Seium,Pamphilam, Dammam ſi de mente cõtrahentium aliud non appareat diſiunctiue deberi dicendum eſt, vt ad minimam ſummam res redigatur. In di-
5 ſiunctiuis ergo†& alternatiuis ſufficit alterum fieri, & adimpleri, quod eſt verum in alternatiuis affirmatiuis, in negatiuis autẽ requiritur ꝙ neutrum fiat l. ſi quis ita. in fin.ff.de verbo.oblig.ſecundum Dyn.loco prealleg. nam vt affirmatiua vult alterum fieri,ita negatiua vult alterum non fieri & ſic neutrum fieri, ſecũdum Ioan. Andr.& Philipp.Fran.in d.c.in alternatiuis.

SVMMARIVM.

1 *Deceptis & non decipientibus iura ſubueniunt.*

2 *Leges tollunt occaſionem delinquendi quoad poſſunt.*

§. MVlieribus tunc ſuccurrendũ eſt, cum defraudantur: non vt facilius calumnientur.

Svmitvr ex ll.in gl.alleg.Deceptis
1 †ergo & non decipientibus iura ſubueniũt vt hic.& l.ij.§.verba.ad velleia.& l. pen. C.ſi minor ſe ma. dix.& c. inter dilectos. de don.cum alijs hic per Deci.poſt gl. adductis.ad declarationem & intelligentiam d.l.pe.vltra allegata hic per Dec.vide Anchar.in conſi.ccxxvj.Soci.conſi.lxvj.colum.viij.lib.j.& Cur.Iun.in conſi.cxviij. cum ſeq. Et eſt no.ex hoc tex. ſecũdum
2 glo.ꝙ†iura tollunt occaſionem delinquẽdi quoad poſſunt: reijciuntque conuentiones quæ poſſunt inducere ad delinquẽdum l. conuenire.ff. de pact. dot. quibus adde Bal.in l.fi.C.de reuo.donat. & in l.j.C. de ingra.lib.opizo.in l.pactum.colũ.pe. C.de colla.& Deci.in cap.j. colum.iij.de appellationibus.

SVMMARIVM.

1 *Pubertati proximus quando quis dicatur. Et in criminalibus. nu.4.*

2 *Aetas quotuplex ſit.*

3 *Malitia ſuplet quandoque ætatem. Et an præſumatur. nu.5.*

6 *Pubertati proximus in matrimonialibus*

quando dicatur.

7 *Pupillus proximus pubertati obligatur pro furto & iniuria.*

8 *Niſi ſit haud doli capax quia etiam in ciui libus non tenetur. Secus ad exhibendum numero 9.*

10 *Pubertati proximus & doli capax ligatur iuramento.*

11 *Et an poſſit teſtari etiam ad pias cauſas, vel ex priuilegio.*

L. CXII. Caius.

PVpillum qui proximus ſit puber tati: capacē eſſe & furandi, & iniu riæ faciendę conſtat.

SVMITVR ex ll. in glo. alleg. Sciendū eſt primo pro declaratione qui dicatur pro
1 ximus pubertati. † maſculus dicitur proximus pubertati ab anno decimo cum dimidio ſupra, quod eſt tēpus medium inter infantiam & pubertatem fœmina ab anno nono cum dimidio ſupra ſecundum glo. hic & in §. pupillus Inſti. de inuti. ſtipul. Bart. & docto. in l. j. ff. de noua. Ang. Are. in d. §. pupillus Deci. hic & Albe. de Roſ. qui aſſerit in practica ſe vidiſſe ſeruari opin. iſtius glo. vti mediam & æquitati conſonam, & ſequitur etiam Iaſo. in auct. ſacramenta puberum. colū. iiij. C. ſi aduer. vēn. in quibus locis ſcribētes atteſtantur opi. iſtius gl. cōmuniter teneri, vt etiam per Ioan. de Ana. late in cap. j. colum. ij. de delic. puer. Vbi
2 † ętatum aliam inquit eſſe infantilem, aliam pupillarem, aliam pubertatis, iuuenilem aliam: ideo proximum dici reſpectu ætatū quando nulla eſt ætas media, ſed comparatione facta ad ætatem infantiæ tranſactam & ad futuram ætatem, pubertatis proximus infantiæ dicitur qui nondum medietatem dictorum annorum exceſsit: proximus
3 pubertati qui exceſsit. Quæ intelligas † niſi malitia ſuppleret ætatem, quia tunc etiā ſi ſit minor annis decem cum dimidio pubertati proximus dicetur: ſecundum Ang. in d. §. pupillus. quia eſt doli capax & tenetur, vt ibi per eum. & per Ioan. Andr. Abb. & Ioan. de Ana. in cap. j. de delic. puer. referentes Gregorij auctoritatem, de puero quinque annorum deum blaſphemante e manibus patris per diabolum, exportato, ex quo patet dolum & malitiam in infantem cadere, quia alias deus ex iuſtitia eius non permiſiſſet infantē illum rapi & perire: vt etiam per Hippol. Bonoñ. in l. infans. col. j. ff. de ſica. Iaſo. in d. auct. ſacramenta. colū. iiij. & ſeq. Prædictam concluſionē
4 procedere intelligit in ciuilibus, † ſecus in criminalibus acriter puniēdis ī quibus nō dicitur quis proximus pubertati niſi parū a pubertate per ſex menſes puta. quæ declaratio confunditur per iſtum tex. cū glo. communiter vt dixi approbata, loquitur enim in delictis, vt patet. bene verum eſt ꝙ propter ætatem mitigaretur pœna, vt per Hyppol. loco præalleg. & dixi in l. Fere in omnibus ſupra eo.

5 Diligenter tñ aduerte, ꝙ † nō propterea ætatis prædictæ puer doli capax de neceſſitate præſumetur, ſed arbitrio iudicis id relinquetur: ſecundum Salyc. But. Abba. & Ioan. de Ana. quos refert & ſequitur Dec. quæ omnia prius retulit. Ana. in d. c. j. col. ij. dicentes, ꝙ iſtud conſiderabit & ſtatuet conſideratis perſonis. c. de cauſis. de offic. dele. & materia ſubiecta. Intelligas vt per Lappum in præalleg. alleg. cxv. vbi dicit, ꝙ licet impubes poſsit eſſe doli capax, vt intelligat malum etiam & peccatum furari, iniuriam inferre, blaſphemare, & ſimilia tamen non erit doli capax vt poſsit intelligere ꝙ coram delegato cōparere teneatur, & alia quæ ad ordinē iudiciarium ſpectāt: ſicq; ſecundum ſubiectam materiam iudex cognoſcet & arbitrabitur, an pupillus ſit doli capax vel ne.

Non procedunt etiam quæ ſupra ſcripſi
6 mus de proximo pubertati ī † matrimonialibus, in quibus eſt arbitrarium iudici qui ſit proximus pubertati, arbitrarique debet ex qualitate pueri vel puellæ malitia & lanugine: ita Abb. & Præpoſitus in c. continebatur, circa fin. de ſpon. impu.

7 Secundo not. pupillum † pubertati proximum obligari ex furto & iniuria. idem eſt in alijs delictis ac contractibus, vt hic per
8 Deci. Et iſtud intelligitur † dummodo ſit doli capax: alias neq; furti, neque iniuriarū tenetur, neq; de cōſilio aut ope: ita vult iuriſconſultus in l. impuberem. ff. de fur. vbi Ang. multum not. & ſequitur Ioan. de Ana. in c. j. col. iij. de delict. puer. Et quādo non eſt doli capax non obligatur etiam in contractibus ciuiliter aut naturaliter etiā ſi ad eum aliquid peruenit, vt ex illo cōtra
9 ctu teneatur. Ad † exhibendum tamen tenetur vt res illa vendicari poſsit, vel actione

ſine cauſa:vt per Bal,in l.j.ff. de don. Ioã. de Ana.in d.c.j.col.ij.& Dec.in l.pupillus nec velle infra eo.ti.

10 Ex prædictis infertur,ꝙ†pubertati proximus,doliq; capax intelligo, ligabitur iuramento:vt hic per Dec.atteſtantem cõem opi.& latius Iaſ.in pręalleg.auct.ſacramẽta puberũ.col.iiij.& v.Corn.in cõſi.ccxl. lib.j. Afflictũ in deci.regni.cccxxij. Pariſium in repeti.c.in præſentia.nume. 30. de proba.& Deci.conſi.dclxxxij.

Quantum tamen ad vltimam voluntatẽ
11 †pubertati proximus etiam doli capax nõ æquiparatur puberi,quia licet pubes teſtari poſsit l.qua ætatẽ.ff.de teſta.ſecus eſt in proximo pubertati etiam ad pias cauſas, quamuis ex priuilegio principis habilitari diſpẽſarique poſsit vt teſtari valeat, vt hic per Deci.per Are.& alios in d.l.qua ætate.& in l.fin.C.de mil. teſta.vbi Deci. late ſcribens idem concludit.

SVMMARIVM.

1 *Actiones pœnales ex maleficijs ad hæredes non transmittant.*

2 *Cadauer mortui ad furcas ſuſpendere non licet.*

3 *Cadauer ſuſpenſi deponi vel ſepelliri inconſulto principe non licet. Et quæ ſit pœna numero 4.*

5 *Cadauer banniti offendi nec ſpoliari licet, dato quod bãnitus impune offendi poſſet.*

6 *Contra mortuum in pluribus caſibus proceditur.*

7 *Hæc regula quando non procedat.*

IN hæredes non ſolent actiones tranſire quæ pœnales ſunt ex maleficio,veluti furti,damni,iniuriæ, vi bonorum raptorum.

SVMITVR ex ll.alleg.per gl.quę plene regulam hanc exponit.

1 Nota certiſsimam iuris regulam,†actiones pœnales ex maleficijs in hæredes non tranſire:vt dicit ẽt Imperator in.§.non aũt oẽs.inſti.de perpe.& temp.act.& tex. in l. j.ff.de pri.delic,Ratio eſt quia delictum & pœna extinguũtur morte.l.j.ff. de pub.iud. l.j.& toto tit.C.ſi reus vel accuſ.mor. fue. omnia.n.ſoluit mors.§.deinceps.in auct.de nupt.de quo vide pulchre Anch. in conſil. cclxxiij.& Corn.conſi.cxcv.col.ſi. lib.ij. & poſt mortem quis regulariter acccuſari
2 non poteſt.Et ea ratione†iniuſtũ & illicitũ dr̃ cadauer mortui ad furcas ſuſpẽdere, errantque aſſeſſores contrafacientes cõueniriq; poſſunt in ſyndicatu tanquã iniuriã cadaueri inferẽtes:ſed m Ang.in d.l.defuncto.ff.de publ.iud.per tex.l.j.in.§.quoties. ff.de iniur.& ſequitur hic Deci. alios allegans & tradũt oẽs Mod. in l. imperiũ.ſuper glo.animaduertendũ per illũ tex. ff. de iuriſd.om.iud.& latius tradit Corn. in l.ij. C.qui teſta face.poſ. Bal.tñ in d.l.ij. tenet hoc eſſe arbitrarium iudici, qui ex cauſa facere id poterit ad aliorum vz terrorẽ, vt ibi ẽt per Deci.& per eundem in d.l.imperiũ.col.iij.poſt Imo.& Rom. & idẽ volunt ibidẽ alij Mod.& ita videmus in practica ſeruari. Poſtquã vero facta eſt exe-
3 cutio & †ſuſpẽſus exẽpli gratia delinquẽs, deponi nõ debet nec ſepeliri incõſulto principe:per tex.cũ glo.in l.i. & ii. ff. de cada. punit. & tradit Iacob. de ſancto Georg. in tract.feud.in verbo cũ mero.col.ij.& bene quia gratiã ſapit quæ ad ſolum principem ſpectat.l.j.ff.de quęſtio.& in l.diui fratres. ff.de pœn.quãuis glo.in cle.j.in verbo pœnitentię.de pœnitẽ.& remiſſ.velit poſſe iudicẽ id facere,& de facili concedere debere.faciunt quæ ſcribit Cur. in tract.de conſuet.ſuper.c.fin.in iii.not. colum.iii. ſed in puncto iuris refragantur leges pręallega.

4 Et quæ†ſit pœna deponentis cadauer ſuſpenſi abſq; licẽtiæ: Ioã. Graſſus in l.ſi quis id quod.ff.de iuriſd.om. iud.pœnã illius legis de corrumpente aut tollente edictũ prętoris quæ eſt quinquaginta aureorũ, incurri vult. Verum quia vt dixi id ſoli principi ſpectat, videtur talia attentantem ſibique auctoritatẽ huiuſcemodi vſurpantem læſæ maieſtatis crimen incurrere:per l.iij. ff. ad legem iul.maie.

Ex prædicta cõmuni cõcluſione, ꝙ crimen & pœna per mortẽ extinguãt inferẽ,
5 ꝙ†licet ex diſpoſitione ſtatuti bãnitus impune offendi poſsit,ſi bannitum mortuum reperias offendere non debes, nec veſtes illi ſubtrahere impune poteris: vt per Bal. in l.ſororem.C.de his quibus vt indig. niſi incontinenti poſt mortem a te illatam id egeris : vt per Paul. de Caſt. in conſil.
6 xxxiii.ad ſi.in antiqs. Plures†vero caſus

in quibus propter atrocitatem criminis cõtra mortuum procedi poteſt,tradunt glo.& ſcribentes in.§.per contrarium. inſtitu. de hære.quæ ab inteſt.Ang.in maleſi. in verbo,che hai tradito.col.iij.Fely. in c.cũ nobis.col.iiij.de præſcript.& in c.ſi quis epiſcopus.de hæret.& alios caſus in quibus pœna morte non extinguitur,ſed continuatur,enumerãt Deci.in d.l.ij.col.j.C. qui teſta.fac.poſ.

Limitatur nunc iſta regula legis noſtræ
7 †aliquibus modis, vt hic per Deci. vide quæ ſcripſi in l. ſicuti pœna ſupra eo. eſt materia late examinata per Bald.Ang.Saly.& alios in l.j.C.ex delic. defun. Imol. in l.j.ff.de priua.delic. Ang. in.§.non omnis.inſti.de perpet.& tempor.actio.

SVMMARIVM.

1 *Hæc regula quomodo intelligitur.*
2 *Habere actionem inutilem vel non habere æquiparatur.*

L. CXIII. Paulus.

NIhil intereſt ipſo iure quis actionẽ non habeat an per exceptionem infirmetur.

Iſta regula in effectu traditur etiam in l.non videtur cœpiſſe ſupra eod. vbi late ſcripſimus, & ex ibi dictis inuenies re-
1 gulam hanc intelligi † quãdo effectualiter cõtra agentẽ opponitur exceptio infirmãs & elidens actionem,ex quo enim quantum
2 ad effectum repellitur agẽs, lex† a pari procedere voluit,ꝙ non habeat quis actionẽ, vel ꝙ habeat ſed inutilem, & quæ infirmetur.accedat.l.nam is ff.de dolo.ibi.n.æquiparantur quempiam nullam habere actionem,vel habere inanem.

SVMMARIVM.

1 *Turpis eſt pars quæ ſuo non conuenit vniuerſo.*
2 *Rei appellatione etiam pars continetur.*
3 *Pars tripliciter capitur.Et quæ ſint.*
4 *Pars etiam eſt quæ poteſt ſine toto conſiſtere.*
5 *Totum vniuerſale & integrale quid ſit.*
6 *Genus, ſpecies, & indiuiduam quomodo differant.*
7 *Ad poſitionem vnius an ſequatur poſitio alterius:& nu.8.*
9 *Ad poſitionem partis an ſequatur poſitio totius.*
10 *Genus ineſt ſpeciei poſitiuè.*
11 *Plebs differt a populo tanquam ſpecies à genere.*
12 *Ad remotionem partis non ſequitur remotio totius.*
13 *Pars cum toto pluribus modis dicitur.*
14 *Argu.de toto ad partem quando valeat.*

L. CXIIII. Caius.

L. in toto,& pars continetur.

Svmitvr ex ſl.per glo. alleg. ponitur pariter hæc regula in c.in toto. de reg. iur.in.vj.vbi Ioan.And.ad quæſtiones inducit.Et per hanc regulam recte dicitur in
1 c.ſi.de ſpon.du.ꝙ† turpis eſt pars quæ ſuo nõ congruit vniuerſo,tunc enim non eſt in toto,ſed extra totum. Limitando tamẽ vt per Anch.in conſi.x. & quia pars eſt ſub toto petito,& pars petita videtur. Sententiaque lata ſuper toto,etiam ſuper parte pro lata cenſetur,& rei indi. obſtat exceptio. l.ſi quis cum totum.ff. de except. rei iudi. Dicunt etiam per iſtam regulam theologi, ꝙ in ſacramento eſt totus Chriſtus,ideo & omnes partes eius,ideſt corpus, anima, ſanguis,diuinitas,& huiuſmodi:ſecundum Archiepiſcopum Flor.in d.c.in toto. Item ꝙ omnis ſcientia & ſapientia in deo eſt: ſi quis igitur partem aliquam velit ad eũ accedat,ab eodẽq; petat: vt docet Ambroſ. diſt.xxxv.& xxxvij.in c. legimus. Facit etiam ad hanc regulam tex.d.l.ſi quis cum totum. & in l. appellatione rei ſupra titu.
2 proxi.†(Rei inquit iuriſcõſultus) appellatione,etiam pars continetur,accedant quæ poſui ſupra eo.in l.in eo. Et totum dicit totalitatem reſpectu vnius rei tantum. inſti. de ſociet.in prin.cum gl.j. vbi Chriſtoph. Portius adducit ad not. in l. iij.in.§.filius inter medios.ff.de lib.& poſth.ibi, & erit a toto gradu ſemotus.aliud in dictione vniuerſali omne, vt plene ſcripſi in prohem. fforum.in prin.in ij.colum. vbi late poſui qualiter differant omne & totum. Faciunt.

etiam ad hãc regulam quæ ſcribit Philoſ. lib. j. de naturali auditu. Vbi totum, inquit, ſequi partem quo ad magnitudinem & par uitatem, exemplificãdo caro, & os, & reliqua, partes ſunt animalis. & fructus plantarum, impoſsibile ergo carnem aut os aliqd aliud quantumcunque eſſe secũdum magnitudinem, aut in maius aut in minus. Ibi cõmentator Auerrois format conſequentiam a deſtructione conſequentis, ſi partes ſunt infinitæ compoſitum eſt infinitum, ſed cõpoſitum eſt finitum, ergo etiam partes finitæ. ſed hoc parum ad nos.

Et ex dictis. menteq; Bar. Ang. & aliorum in l. qui vſumfru. ff. de verb. obli. & in l. ſi mater. in. §. ſi quis iter. ff. de except. rei iud. not. eſt pro declaratione præſentis re-
3 gulæ & materiæ ꝙ † pars tripliciter capitur, Quædam numeralis, vt quatuor. eſt n. tertia pars duodecim, & iſta etiã nuncupatur per Barto. præalleg. pars integralis, ex quo eſt neceſſaria ad integrandum illũ numerum duodenarium, proprie tamen & a nomine ipſo facta denominatione numeralis rectius appellari videtur.

Integralis vero proprie illa cẽſenda eſt ex qua vnum totum & integrum conſtituitur, ſicuti paries eſt pars integralis domus, & vſusfr. pars fundi, ſine pariete enim & tecto nõ conſtituitur domus. l. eum qui ædes. ff. de vſucap. ideo paries recte pars integralis ipſius domus recte appellabitur. idẽ in vſusfructu ſiue formali, ſiue cauſali pars eſt fundi, non quotitatiua ſiue diſcretiua, puta tertia vel quarta fundi pars, ſed eſt pars integralis fundi, cum ex proprietate & vſufructu totum illud integrale. ſ. fundus conſtituatur, vt per gloſ. l. recte dicimus ſupra titu. j. & Iaſ. in d. l. qui vſumfruct. in ſecundo nota. & Ripam in repet. l. re coniuncti. col. x. cum ſeq. ff. de leg. iij.

Quædam eſt pars quotitatiua ſeu ſubiectiua, vt triens, quadrans, ſemis, partes ſunt aſsis: & appellatione aſsis, vt pars appellatione totius continentur. §. hæreditas. inſti. de hære. inſt. Et ſpecies ſub genere, animal enim eſt genus, ſicque totum homo, bos, & ſimilia, partes ſunt ſeu ſpecies ſubiectiuæ, quia ipſi generi ſubijciuntur & de genere prædicantur, quia ſi eſt homo, ſequitur animal eſſe, & dicitur etiam pars prædicamentalis, vt per Bar. in d. l. qui vſumfructũ. Eſt
4 etiam † pars quæ poteſt ſine toto conſiſtere. l. cum aurum. ad finem. ff. de auro & argen. leg. glo. l. malam. in verbo inutiles ſupra titu. proximo, quicquid dixerit Alex. in rub. ff. de lega. j. Et dici poteſt pars non neceſſaria: vt per Ruynum in præalle. rub. de leg. i. ſicuti de acceſſorio non neceſſario dicam in l. cum principalis infra eo. ti.

5 Eſt quoque † totum vniuerſale, & totum integrale ſecundum præfatos ſcribentes, totum vniuerſale eſt illud quod ſub ſe multas ſpecies numero differentes continet, genuſq; appellatur, Et quicquid cõtinetur ſub iſto toto, ſpecies nuncupatur, & pars generis dicitur: ſecundum Angel. & alios in d. l. qui vſumfructum. per text. not. in. §. hoc edictum. l. j. ff. de his qui deiecerunt. Ideo diſpoſitio loquens in genere, verificatur in qualibet ipſius generis ſpecie, immo in quolibet indiuiduo ſub eodẽ genere cõtento. ff. quod cu. vn. nomi. l. ſicut in fi. & l. non eſt ſine liberis ſupra tit. proxi. & l. j. C. de condi. inſer. per quæ iura concluſionẽ hanc tradit Are. in l. ſi mihi & titio. col. v. ff. de ver. obli. Et ſicut genus proprie cõprehendit quaslibet ſuas ſpecies, ita ratio generalis complectitur omnes caſus ſub ratione comprehenſos: ita Bald. in auct. poſt fratres. C. de legi. hære. facit text. cum ibi not. per Bart. in l. regula. in. §. cum quis. ff. de iuris & fact. ignor. Dicuntque Cy. & Vltramonta. in l. iura non in ſingulos ſupra de legi. ꝙ quando in pluribus caſibus eſt vna eademque ratio numero, illa decidit omnes caſus non per extenſionem, ſed ſicut genus quod prædicatur de ſingulis ſuis ſpeciebus: vt etiam per Deci. in cõſi. 284.
6 colum. ij. Quomodo † autem, & qualiter dicantur, differantq; genus, ſpecies & indiuiduum, declarat Bar. in l. quæſitum. in. §. pe. col. ij. ff. de fund. inſtru. & Curt. Iun. in conſil. cix. colũ. ij. Partis vero appel. quid veniat, habetur in l. nomen. in. §. portionis. ff. de verb. ſigni.

7 Nunquid autem † ad poſitionem vnius, ſequatur poſitio alterius: & ad remotionẽ vnius, ſequatur remotio alterius? dicendũ eſt ad poſitionem totius ſequi poſitionem partis, poſita domo de neceſsitate ponitur paries: vt per Bart. in d. §. ſi quis iter. poſita maiori ſumma ponitur minor quæ ineſt ſaltem interpretatiue: vt diximus. in d. l. in eo. Poſito aſſe ponitur pariter triens quadrans, &c. Niſi in toto vniuerſali, quo poſito non ponitur pars ſubiectiua ſeu prædicamentalis. poſito enim animali non ſequitur homo, quia poteſt eſſe aſinus: ſecundũ Bar & alios loco præalleg. & hoc eſt quod dicunt glo. & doct. ꝙ affirmatiue ad poſitionem generis non ſequitur poſitio ſpeciei

vt ſi dicam,hoc eſt animal,non ſequitur ergo eſt homo l.inter agnatos. cum ibi not. ff.vnde legit.& ſcribit Alex.poſt glo. in l. iuriſgentium . in.§.ſed ſi fraudandi. ff. de
8 pact.†Et ſi contentiue ſeu prædicamentaliter ſpecies generi inſit, quia poſito genere ſub eo continentur omnes ſpecies quæ de genere ſunt.ideo poſito animali, cuncta animalia continentur: ita Angel. in dicta l. qui vſumfructum. colum.fi.valet ergo arg. de genere ad ſpeciem affirmatiue prædicamentaliter, non illatiue, Bald.in titu.per quos fiat inueſtit.in.§.j. Ripa in l.j.colum. j.ff.ſi certum peta.& Deci. in l. ij. in.§.appel.illo eo.tit.

9 Ad poſitionē†vero partis non ſequitur poſitio totius,quia poſito minori numero, non ponitur maior, poſito pariete non ponitur domus,poſito vſufruct. non ponitur fundus.Niſi in parte ſubiectiua ſeu prædicamentali,prout eſt genus & ſpecies , quo caſu poſita ſpecie ponitur genus. veluti ſi dicatur,homo eſt,ſequitur ergo animal eſt.
10 †cum genus inſit ſpeciei poſitiue.l.ſi quid earum.§.inter emptum.ff. de legat. iij. tradunt glo. Alex. & alij in præalleg.§.ſed ſi fraudandi. Bartol.in dicto.§.ſi quis iter. & Ang.loco ſupra alleg.Soci. i additionibus factis.ad l.j.ff.de vulga.col.j. vbi pulchre declarat quomodo hoc intelligatur, ꝙ appellatione generis de proprietate veniat quælibet eius ſpecies. Nec obſt.text. in .§.plebs.inſtit.de iure naturali.vbi dicitur,
11 ꝙ†plebs differt a populo tanquam ſpecies a genere:nam poſita ſpecie ponitur genus. & tamē poſita plebe non ponitur populus, nam ſecundum Deci.loquitur ibi text. de toto integrali, quo caſu non valet argu. quia plebs non eſt pars populi ſubiectiua, ſed integralis , & licet taceat fuit conſideratio Aret. & Soci.in .§.fina. l.ij.ff. ſi certum pet.dicentium,ꝙ ibi genus & ſpecies non accipiuntur proprie,ſed genus capitur pro vno toto integrali,qđ ſub ſe cōtinet partem ,ſcilicet plebem ſub populo, & populus dicitur genus reſpectu plebis,quia plus comprehendit,vt per eoſdem.

12 Ad remotionē†vero partis ,nō ſequitur remotio totius,vt patet ad ſenſum, quo caſu quærere rationem non eſt niſi infirmitas intellectus,ſecundum Auerroe & ſcribentes relatos per Iaſ.in conſi.cxxvj.colū.pe. lib.iiij.ſicuti nec ad remotionem ſpeciei, ſequitur remotio generis.l.duobus.§.ſi quis iurauerit.vbi Bart.not.ff.de iureiur. & tradit Alex.in d.§.ſed ſi fraudandi.

Quantum ergo ad regulam noſtram tam in toto integrali, q̄ in toto vniuerſali continetur pars:ſecundum Deci. & ex prædictis ſatis liquet.quæ omnia bene not.

13 Sciendū eſt etiā,ꝙ†quædam ſe habēt vt pars in toto, ſicuti duo in x.& tunc diſpoſitio totius omnes ſuas partes includit.l.ſi vnus.§.ſi cum decem.ff.de pac.& l.poſt deciſionem.C.de furt.Quędam ſe habēt ſicut pars circa totū,vt alluuio circa fundum, & idem niſi ſint limitati agri.l. in agris. ff. de acquir.rerum do.Quædam ſe habent vt cōtinens ad contentū,& tunc aut ſignificatio continentis ſumitur ex contento,aut de per ſe. Primo caſu continetur contentum nomine continentis.vnde ille qui ciuitati pręficitur,ēt hominibus ciuitatis præfectus intelligitur,quia ſignificatio ciuitatis ex ipſis ciuibus ſumitur.ſecus eſt in ſecundo caſu,ideo appellatione ſacci non continetur farina,quæ eſt ibi,nec econtrario, quia ſeparata eſt ſignificatio l. qui ſaccum. ff. de furt.Quædam ſe habent vt connectens & connexum,& tunc ſi quidem connexū mobile eſt,nō continetur,niſi actus ſit fauorabilis & res mobilis ei ſit perpetuo deſtinata,aut verborum ſignificatio rē ipſam mobilem cōprehendat,vel immobilis rei pars cenſeatur l.debitor.ff.de pign.porro immobilia connexum ſemper continetur l.granaria.ff.de act.emptio Quædam ſe habent vt principale & acceſſoriū,& tunc diſtinguitur inter acceſſorium neceſſarium & volūtarium:vt pulchre per Bald.in titu.de cap. qui cur. ven. & ibi etiam tradit Præpoſi. Mediol.in v.col.

Poſtremo ex quo dicitur hic partem in toto contineri,non impertinēter quęri poſ-
14 ſet,an idem iuris ſit in parte quo ad partē quod eſt in toto quo ad totū,valeatq; arg. de toto ad partē,& econtrario: gl. & doc. de hoc ponūt in l.quæ de tota.per illū tex. ff.de rei vend.Bal.in l.maximum vitiū. colum.pe.C.de lib.præter. Are.conſi. clxiij. col.iij.Corn.conſi.xxxix.ad fi.lib.iij. Fely.in c.fi.col.fi.de maio.& obed.Iaſo. in l. iuriſgentium.in.§.adeo.ff.de pac. Deci. in c.apoſtolicę.col.ij.de excep.& in l.j.col.fi. C.vnde legit.vbi concludit,ꝙ ſic,quando eſt eadē ratio,alias ſecus,vt ibi per eū. Itē in materia indiuidua non procedit dictum arg.de toto ad partem text. eſt not. in l. & per iuſiurandum. in.§.j.ff. de acceptila. & ſcribit etiam Deci.in l.cuius effectus infra eodem titu.

Et dicit p̄terea Ariſto,1.Celi, xix. ꝙ idē

ferũtur totũ & pars ſecundũ naturã. tota.ſ. terra,& vna glęba:ibiq; Auerrois ait,natura partis corporũ ſimiliũ eadẽ eſt cũ naturę totius diffinitione. Et cum ſit eadẽ diffinitione,eadẽ eſt forma,& cũ eadẽ forma, eadẽ actione ꝓueniente ab illa forma, & appellatione partis,continetur aliqñ totũ: vt per illũ tex. dicunt Alex.& Imol. in l. coheredi.in.§.fin.ff.de vulg.ſed prout melius declarat Iaſ.id ibi alia ratione contingit.

L. CXV. Paulus.

IN obſcuris inſpici ſolet ꝙ veriſimilius eſt,aut qđ plerũq; fieri ſolet.

Expedita eſt in l.ſemper in obſcuris. & in l. ſemper in ſtipulationibus ſupra eodem titu.

SVMMARIVM.

1 *Dare, & remittere paria ſunt. & numero.3.*

2 *Accipere videtur is qui liberatur ab obligatione.*

4 *In remiſſione facta ex cauſa donationis inſinuationem requiri.*

5 *Iuramentũ ſupplet defectum inſinuationis.*

6 *Pactum de non petendo habet incluſam donationem.*

7 *Pactum liberatorium cauſam non requirit.*

L. CXVI. Paulus.

SI quis obligatione liberatus ſit:poteſt videri accepiſſe.

Svmitvr ex l.ij.ff. de calũ. ex l. ſi mulier.ff. de condi. cauſa data. cum ſimil. de quibus hic per Deci, & prius per Iaſo. in d.l.ſi mulier.& Fely.in c. veniens el. j. de teſti. Deci. hic facit concluſionem, ꝙ

1 †paria ſunt dare & remittere, vt etiã in d. l.ſecunda. & in d.l. ſi mulier. Inde limitat iſtam concluſionem pluribus modis. In primis aduertendum, eſt ꝙ hæc materia proprie non cadit ſuper hac regula, quę nõ facit æquiparationem prædictam: ſed dicit

2 †eum videri accipere qui liberatur ab obligatione, & iſtud eſt veriſsimum, accipit.n. liberationem quæ in omni cõtractu deduc poteſt,vt in tit.de lib.leg.et acceptila.ideo dico verbũ videri, hic poſitũ veritatẽ importare,qa nõ ficte ſed vere qui eſt ab obligatione liberatus accipit liberationem.

3 Quãtũ ad articulũ†an remittere ſit dare: Deci.hic plures limitationes accommodat, ſed omnia prius eleganter poſuit Fely.poſt Abbatẽ & Are.in d.c.veniens.el j. de teſti. vbi ipſe Deci.repetit omnia hic poſita,concludẽs pariter vt hic,ꝙ quantũ ad factũ remittere non ſit dare,ſecus quo ad effectum ex quo nullũ intereſſe cõſiderari põt inter dationem & ſolutionem ſeu remiſsionem. Pro qua cõcluſione eſt tex.not. in prææalle l.ſi mulier.in fi. ibi, quia nihil intereſt &c. Vult enim prædicta æquiparari non quia vere.idẽ ſint, ſed quia eiuſdẽ ſunt effectus.

Ex prædictis infertur ſecundum glo. fa-

4 migeratam hic, ꝙ†in remiſsione facta ex cauſa donationis excedẽtis ſummã quingẽtorũ aureorũ inſinuatio requiratur,& cõis eſt receptiorq; ſententia, vt hic per Deci. Iaſ. in d.l.ſi mulier.Fely. & alios in d.c.veniẽs,& Deci.in l.creditori.ad fi.C.de pac.

Sed non eſt ſupra vires in hoc laborañ. cũ hodie in omnibus cõtractibus fere vbi-

5 que apponat†iuramentũ,quod inſinuationis defectũ ſupplet. Aret. conſi.ij.xlvij.& lxxvij.ad fi.Cald.conſi.ij.ſub rub.de iureiur.Pau.de Ca.in conſi.100.col.fi. in antiquis.Barb.in cõſi.lij.in primo dubio. vol. iiij.Alex.cõſi.iiij.col.pe.lib.j.& cõſi.xxj. lib.iij.Soci.conſi.lxxvij.char.pe.& fi.volu.j.Cor.conſi.ccxxj.vol.j. & conſi. lxix. lib.ii. Deci.conſi.ccxxxix.col.ij. & cccclxxxviij.Iaſ.in conſi.lj.col.x.lib.j.& Moder.Aſten.in tract.de forma.fol.lxij.col.ij. ver.prędicta limitatio.

Poſtremo videbis in materia iſtius legis.Are.in l.pactũ curatoris.C.de pac. vbi

6 glo.huius legis vult,†pactum de non petẽdo habere incluſam cauſam donationis: Et extendit ad quodlibet pactũ nudum ſi cauſa nõ appareat:vt per eũ. Sed glo.noſtra loquitur quando expreſſe fiebat remiſsio ex cauſa donationis.ſicq; nõ ꝓbat dictũ Are. quod tñ in ſe verũ eſt,vt per Alex. hic in

7 apoſtillis ad Bar.Confirmo,†quia licet pactum obligatoriũ cauſam requirat, aliud tñ eſt in pacto liberatorio.l. tale pactum. cum ibi not.ff.de pac.tradunt Alexan.& alij in d.l.creditori.

§. NOn põt videri accepiſſe, q ſtipulatus põt exceptiõe ſubmoueri.

NOTA in iure noſtro conſiderari effectum, vt infra in l. cuius effectus. Et pro declaratione iſtius tex. viden. ſunt quæ ſcripſi ſupra in regula, non videtur cepiſſe. vbi hanc expeditam videbis.

SVMMARIVM.

1 *Conſenſus violentiæ & compulſioni contrarius eſt.*

L. CXVII. Vlpianus.

NIHIL conſenſui tam contrarium eſt (qui & bonę fidei iudicia ſuſtinet) q̃ vis atque metus: quem comprobare, contra bonos mores eſt.

QVANTVM ad declarationẽ iſtius tex. glo. bene & eleganter loquitur, docens & contractus bonę fidei eſſe, veſtimentũq;
1 ſumere ex conſenſu† qui violentiæ & compulſioni contrarius eſt. vnum enim conſeruat & ſuſtinet, alterum deſtruit. idem eſt in errore. ff. de iuriſdi. om. iudi. l. ſi per errorẽ. cum no. Et conſenſus eſt etiam aliquando conſenſui contrarius, quando vi eſt coactus, ſed vt glo. not. hic dicit, tunc conſenſus coactus eſt contrarius conſenſui ſpontaneo, non ſimpliciter facit. §. ſi. infra hac ea. l. & l. j. & ij. ff. quod metus cauſa. vbi quid ſit metus, & quid vis traditur. materiã aũt metus plene tractauimus in l. in omnibus cauſis pro facto ſupra eo.

SVMMARIVM.

1 *Lex quid ſit.*
2 *Ad obtinendum reſtitutionem in integrum duo ſunt neceſſaria.*
3 *Minor quando reſtituatur abſque aliqua probatione erroris & læſionis.*

§. NOn capitur qui ius publicum nõ ſequitur.

ASSVMPTA fuit ex ll. per glo. alleg. Facit tex. l. fi. cum ibi not. C. de in integ. reſti. & l. j. in fi. C. de his qui ven. ætatis impetra. l. j. & ij. C. de formu. l. pe. & fin. C. qui admi. vbi huiuſcemodi captiones tolluntur per ll. vt dixi etiam in l. quoties ni-
1 hil infra eo. Præterea† lex eſt ſanctio ſancta iubens honeſta, & prohibens inhoneſta doloſq; & deceptiones inquantum poteſt l. j. & ij. ff. de legib. l. leges. C. eo. titu. c. erit autem lex iiij. diſt. l. in fundo. ff. de rei ven. Quid igitur mirum ſi nõ decipitur, qui ius
2 commune ſequitur. Duo† autem neceſſaria ſunt ad obtinendum in integ. reſti. de qua ſupra facta eſt mentio: ꝙ ꝓbet quis ſe minorẽ: & ſui facilitate læſum: alias obtinere nõ poterit l. nam & poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiur. vt hic per Dec. latius per Alex. & Iaſ. in d. §. ſi minor. Alex. cõſi. lv. ad fi. lib. v. Deci. in ſingularia. colũ. ix. vbi Curt. vij. ff. ſi cer. pet. Iaſ. in conſi. clxxxviij. volu. ij. vbi conſuluit de quo hic per Deci. ꝙ
3 †vbi in cauſa criminali minor confitetur delictũ de quo nõ cõſtat aliter q̃ per cõfeſſionẽ ipſius minoris, eo ipſo læditur, & abſq; alia probatione erroris aut læſionis venit reſtituendus. de quo ſæpe etiam per Marſilium in pluribus locis, ſuorum commentariorum criminalium.

SVMMARIVM.

1 *Error conſenſum non habet. Et quid ſit.*

§. NON videntur conſentire qui errant.

1 ERROR igitur† conſenſum non habet. eſtq; errare vnum pro alio putare, atq; capere. Deci. hic dicens hanc regulã nunquã fallere, quia pro veritate non conſentit qui errat. de omnibus eſt tex. vbi omnes ſcribentes not. in l. ij. in prin. ff. de iud. late de materia erroris, per Vitalem in tract. clauſularum. char. 35. cum ſeq. Et licet gloſ. hic non ſoluit oppo. factam de. §. ſi legatarius. in ea alleg. ibi tamen ſoluit.

SVMMARIVM.

1 *Bonorum poſſeſſor & hæres: bonorum poſſeſſio & hæreditas an æquiparentur & quomodo nu. 2. 12. An differant nu. 13.*
3 *Et an æquiparentur in ſtatuto correctorio,*
4 *Quando duo in lege antiqua æquiparãtur, lex noua etiam correctoria & pœnalis diſponens in vno, habet locum in alio. Amplia nu. 5. 6.*

Limita

Limita nu.7.8.9.& 10.

11 *Fideicommiſſ.& hæres an æquiparētur.*

14 *Vt de iure ciuili eſt hæreditas, ius adeundi, & aditionem: ita de iure prætorio bonorum poſſeßio, ius petendi uel agnoſcendi, & conceßio & agnatio.*

15 *Bonorum poſſeßio an ſit ſucceßio vel ius ſuccedendi.*

16 *Prætor an poßit facere quempiam deſinere eſſe hæredem.*

L. CXVIII. Paulus.

PRAETOR bonorum poſſeſſorem hæredis loco in omni cauſa habet.

Per hanc regulam intelligit hic De-
1 ci. † bonorum poſſeſſorem exequari &
æquiparari hæredi. Idemq; eſſe in hęredi-
tate. & bonorum poſſeſsione vt parificent
etiam in materia ſtricta, ſed non in odioſa:
vt per Soci. in l.j.col.iij.de vulg. Sed er-
rore labitur, nec euacuat ſenſum & intelle
ctum iſtius l. Idcirco diligenter aduerten-
dum eſt quia non tm̄ Deci. immo oēs alij
ſcribentes errant, & in hac materia æqui-
uocant intelligentes a pari procedere bo.
poſſ. ac bono.poſ. hæredem, & hæreditatē,
confundentes prædicta prout faciunt Ale-
xan. Deci. & alij in l. emancipata. C. qui
admit. & Deci. ibi in rub. in pe. col. j. lect.
& Iaſ. in l. nec is. in. §. j. col. fi. ff. de acquir.
hære. vbi dicit, ꝙ ſicuti appellatione hære
dis venit bo. poſſeſſor de iure prætorio: ita
appell. hæreditatis venire debet bonorum
poſſeſsio. idem dixit Rimi. in pręalle. rub.
qui admitti. col. viij. inquiens, cum prætor
habeat bo. poſſeſſorem loco hæredis, qua-
re eſt ꝙ bo. poſſeſsionem loco hæreditatis
habere non debeat. facit l. hæreditatis ap-
pellatio. ff. de verb. ſig. dicens, ꝙ hæredita
tis appellatio eſt nomen iuris, ſicuti bono.
poſ. Ideo dici ſolet ꝙ ita ſe habet bo. poſ.
de iure prætorio quemadmodū hæreditas
de iure ciuili. Deci. in præalle. rub. col. pe.
per l. ij. ff. de bo. poſſ. facit l. j. ff. de contra-
tab. eo, inquit, iure eoq; ordine vocari libe
ros ad bo. poſ. contratab. quo vocantur ad
ſucceſsionem de iure ciuili. Sed vt pręd i
xi aduertendum, quia longa eſt differentia
inter prædictos terminos. vt enim hic di-
citur, & in d. l. ij. & in. §. bonorum. l. j. ff. ad
treb. bo. poſſeſſor in omnibus eſt loco hæ-
redis, ſed nuſquam dicitur ꝙ bo. poſſeſsio
antequam fuerit agnita ſit loco hæredita-
tis, illive exequata & æquiparata, quāuis
ſit nomen iuris prout hæreditas, vt infra
declarabimus. Conſtituendo ergo inter
2 prædicta differentiam † ſi loquamur poſt
aditam hæreditatem & agnitam bon. poſſ.
ſicq; in hærede & bo. poſſeſſore, vel in hæ
reditate & bo. poſſeſsione poſt aditam &
agnitam concludēn. eſt, ꝙ licet bo. poſſeſ-
ſor vere & proprie non ſit hæres cū vnus
ſit de iure prætorio, alter de iure ciui. vnus
habeat iura tātum vtilia, alter directa, exe-
quantur tñ & æquiparantur a lege. §. bono
rum. §. quos autem. & l. ij. præall. & bono.
poſſeſſor, vt ait Are. ſubrogatur loco hęre
dis, ita ꝙ lato ſumpto vocabulo ac impro-
prie bo. poſſeſſor venit appellatione hære
dis, pro hæredeq; in effectu habetur. iuri-
bus præalleg. Et in hac regula ponderādo
illa verba, in omni caſu habet. inſinuant. n.
ꝙ vere nō eſt hæres, ſed pro hærede habet
3 illum prætor. Ex quibus infertur, † ꝙ in
materia ſtatutaria correctoria, ſeu odioſa
diſpoſitio loquens in vno, locum habebit
etiam in alio: ita volunt cōiter ſcribētes.
vt tradit Iaſo. in d l. is qui hæres. in. §. j. la-
tius ipſe & alij in d. §. bonorum. & in rubr.
C. qui admit. in vltimis col. Et probāt ſcri
bentes ꝙ etiam in materia ſtricte intelligē
da, appellatione hæredis veniat bo. poſſeſ-
ſor: per tex. in l. in conditionibus. in. §. ſi
patronus. vbi Soci. not. ff. de condi. & de-
mon. & l. ſi quis mihi bona. in. §. ſed quid
ſi mandauit. ff. de acqui. hære. Et pro veri-
tate hæc opi. legibus ſupra allegatis & ra-
tionibus concludenter probatur. Nam bo
norum poſſeſſor vt diximus loco hæredis
ſubrogatur, ideo virtute ſubrogationis ēt
in materia a iure exorbitāti, illud quod de
vna perſona dicitur, ad aliam extenditur
l. libertū. §. ſenatus. ff. de ritu nup. licitaque
eſt extenſio etiam in exorbitantibus ex
identitate rationis de ſtricta ſignificatione
vocabuli ad latā. l. filium habeo. ff. ad ma-
cedo. cum alijs per Iaſ. alleg. in l. ſi conſtā-
te. colum. xiiij. in quarta limi. ff. ſolu. mat.
& in d. §. bonorum. col. fi. Et quando in le-
4 ge antiqua † duo ſunt æquiparata & exe-
quata, lex noua etiam correctoria & pęna-
lis ſuperueniens & in vno diſponens, vir-
tute ipſius adęquationis locum habet etiā
in alio. l. ſi quis ſeruo. cum glo. vbi docto.
etiam not. C. de fur. iuncta l. vt tantum. in
§. j. ff. de ſerui. cor. cum alijs adductis per

Iaſ.in auth.quas actiones. colum.xv.in
verſi.tertio. pro opin.plac.C.de ſacroſan.
eccleſi.Ripam in l.ſi conſtante.col.xij.ff.
ſolu.matr.Ioan.Crot.in repe.l.omnes po-
puli.colum.xxxviij.ſupra de iuſti.& iur.
& per Are.in l.ij.colum.penulti. vbi Iaſo.
vlt.ff.de lega.j.licet Rui. ibidem in vlti-
mis col.nixus fuerit dictis iuribus reſpō.
vt ibi per eum. Adde etiam Alex.in l.j.co
lum.v.& in l. emancipata.C.qui admitti.
& in l.cum antiquioribus.col.fi.C.de iure
delibe.in quibus locis concludit prouiſio-
nes a iure ciuili in hærede introductas,ex-
tendi etiam ad bono.poſſ.de iure prætorio
exemplificando, vt per eum.qui dicit hāc
extenſionem paſsiuam dici,eſſeq; ideo lo-
cum habere in omni materia. vt etiam per
Iaſ.in l.qui in aliena, in princip.in iij.col.
ff.de acqui.hæred.& per Alexan. & alios
late in l.j.in.§.lex falcidia.ff.ad legem fal
cid.vbi late ponunt & declarant iſtud qđ
dictum eſt de paſsiua extenſione,& quę di
catur paſsiua extenſio.

Amplia prędictam concluſionem,vt per
Deci.in c.translato.in ij.lectu.col. ij.de cō
5 ſtitu. etiam † ꝙ in dictis æquiparatis da-
rentur plures inſtantiæ: vt per Areti. in l.
ex facto.in vj not.ff.de vulg. per illū tex.
6 Secundo amplia.etiam † in diſpoſitione
hominis.l.fin.in fin.ff.manda.Areti.in lo-
co ſtatim alleg.

Limita primo procedere dictum arg.ab
7 exæquatis † ſolum in eo in quo reperitur
omnimoda paritas & ratio: vt per Gemi.
in c.j.de tempo.ord.in vj.Imol.in clemen.
j.de electi Rimi.in l.j.colum.xv.vbi Ale-
xan.v.C.qui admitti. & ſeu in caſibus in
quibus reperitur facta æquiparatio ſeu in
eadem materia: ſed extra illos caſus, ſiue
materiam non procedit argu.ab æquipara
tis.glo.in l.omnes.in ver.apoſtolicę.C.de
ſer.& in c.poſtquam.in.§.fi.de electio.&
per Deci.in d.c.translato.in prima lect. in
ij.colum. Vbi & ſecundo limitat quando
æquiparatio facta eſt per modum regulæ:
alias ſecus.allegat Matheſil.& Ang.Are-
ti.ſequentem hanc limita.vide tu Alex.&
alios in l.gallus.in.§.& quid ſi tantum.co-
lum.iiij.ſuper gl.in ver.emancipatus.ff.de
libe.& poſthu.& Hercu.Peruſi.vbi no.re
putat.in d.§.lex fal.col.fi.
8 Tertio limi.† vbi duo ſunt æquiparata
per modum cauſæ fiendi, quia non proce-
dat tunc argu.vt poſt Bapt.de ſancto Bla-
xio.tradit Ripa.in l.j.col.ij.ff.de leg.j.
Quarto lim.ſeu reſtringe & intellige ſe-
9 cundum aliquos not.† vbi ſolum eſt eadē
ratio. quia licet leges dicant eſſe ibi idem
ius.l.a titio,ff.de fur.tamē iſta nō eſt ęqui
paratio de qua loquimur,ſed vt dictum eſt
debet eſſe facta in l.antiqua per modum re
gulæ: vt declarat Areti.in prælleg.§.&
quid ſi tantum.in j.col.

Poſtremo limita & declara prædictam
10 † concluſi. vt per Pariſium in conſil.xij.
lib.ij.& Alex.in l.j.col.pe.ſupra ſi cer.pe.

Item aduerte ꝙ Socin. in l.j.colum.iij.
hic per Deci.alleg.non dicit id ad quod p
Deci.allegatur, quia non loquitur in bon.
11 poſſ.hæredi æquiparato † ſed in fideicom-
miſſario,inter quos minor eſt conformitas
ꝙ inter hær.& bon.poſſ. quorum vterque
totam ſucceſsionem iure proprio vniuer-
ſaliter conſequitur: aliud in fideicommiſ-
ſario qui de manu hæredis illam recipit:
vt per eundem Deci. in l.fina.colum.pen.
C.qui admitti. Quare autem prætor hæ
redem quem facere nō poſſet, ſed faciebat
bono.poſſ.qui loco hær.in omnibus habe
batur,ut hic & in prælleg.iuribus,ſcripſi
alias in d.rub.qui admitti. reprobando in-
tel.Bulgar.Senen.licet Deci.& Moder.il-
lum vt ſubtilem ſequātur ibi.ad.§.quos au
tem.in ver.ſolus.Declarando pariter quo-
modo intelligi debeat,nouumq; ſenſum &
intel.accommodando ad illum tex.ibi hæ-
redes quidem ipſo iure non fiunt.
12 Si vero ſermo † ſit de hæreditate non
adita vel bono.poſſ.non agnita: licet ſcri-
bentes ſupra relati de vno ad aliud arguāt
eo ꝙ eodem modo ſe habeat bono. poſſeſ.
de iure prætorio quo hæreditas de iure ci-
uili.d.§.quos autem.Et quia ſicut eſt dare
hæreditatem aditam & nō aditam quam-
uis primo caſu improprie dicatur hæredi-
tas: ita eſt dare bono.poſſ.agnitam, & nō
agnitam. prima non poteſt repudiari,ſecū-
da ſic.l.j.ff.de ſuc.edic. Et aliquæ aliæ ſi-
militudines dari poſſunt.
13 Sunt tamen † inter prædicta plures diſ-
ferentiæ: & diſsimilitudines ſeptem con-
geſſit.Iaſ.in d.rub.qui admi.col.fin.aliam
ponit Pau.de Caſt.in l.ſi infanti. colum.j.
C.de iure delib.patet etiam alia,quia pro-
pterea diuerſimode diffiniuntur hæreditas
& bono.poſſ.nam hæreditas eſt ſucceſsio.
& bono.poſſeſ.eſt ius ſuccedendi. Deci.in
d.rub.qui admi.ad fi.primæ lecturæ. vnde
Bald.in l.j.in vij.oppo.C.qui admitti: ne-
gando ſimilitudinē adducit rationem diſſi
militudinis,quia ipſe prætor, inquit, non
procedit per eaſdem regulas, magis enim

ſequitur æquitatem, ꝙ iuris ſubtilitatem. Ius vero ciuile, dicit, per punctum rationis procedit. ſed prętor rei conſiderauit effectum. vnde non fecit ipſe prætor differentiam inter iuſſum & conſenſum, prout ius ciuile: propterea & ſi hæreditatis aditio in ſuſpenſo & pendenti ſtare non poſsit, iuſſuſque patris de iure antiquo requireretur l. ſi quis mihi bona. in. §. iuſſum. ff. de acquir. hęre. ſecus tamen eſt in agnitione bono. poſ. facta per filiumfa. ignorante patre, cui ratificanti acquirebatur, alias ineffi cax reddebatur. l. fina. ff. quis ordo in bo. poſ. ſer. l. j. C. qui admit. ſatis enim viſum prætori fuit nullũ ex agnitione inferri patri prętudicium, cum non implicetur oneribus hęreditarijs niſi ratificauerit. iuribus pręalleg. & l. fi. in pluribus locis. C. de bon. quę liber.

Item differunt in modo acquirendi. nam in hęreditate ſucceditur propria voluntate, cum ſolo animo quis hęres efficiatur. l. gerit. & l. pro hęrede. ff. de acqui. hęred. & l. mutum. cum glo. illo eo. tit. ſed in bono. poſ. agnoſcenda requirebatur de iure antiquo decretum, vel iudicialis agnitio de iure nouiſsimo. l. iij. §. ſi cauſa cognita. cum no. ff. de bono. poſ. l. fi. C. qui admit. §. fina. inſtitu. eo. titu.

Differunt etiã aliqualiter in modo trãſmittendi ad heredes ſucceſsiones prędictas: vt per Iaſo. & ſcribentes. in d. l. emãcipata. quamuis enim regulariter nõ tranſmittatur hęreditas nec bo. poſ. non agnita, attamẽ ratione ſuitatis hęreditas ad quoſcunq; tranſmittitur, quem effectum nõ poteſt operari ſuitas in bo. poſ. edictali tranſmittenda, vt per Iaſ. in d. l. emancipata. colum. v. & Rimi. in pręalleg. l. i. col. xv. vbi probat non procedere hoc caſu arg. ab exęquatis, etiã ꝙ diceremus iſta eſſe exęquata propter diuerſitatem rationis quę reperitur in prędictis. In modo autem repellendi adequantur prouiſiones prędictę legis non eſt ambigendum. in fi. ff. de bono. poſ. l. i. in princ. cum glo. ff. de contratabu. vnde ſicut excluſus tempore a bono. poſſ. poteſt ex alio capite venire. l. j. §. ſed videndum. ff. de ſuc. edic. ita excluſus ab aditione hęreditatis. nam ſi hoc fieri non poſſet in aditione hęreditatis, fieri etiam nõ poſſet in bono. poſſ. a qua eodem modo quis excluditur, quo ab aditione. d. l. nõ eſt ambigeñ. & not. Aret. in l. quandiu. la prima. col. fi. ff. de acquir. hęred.

Poſtremo circa prędicta aduertendum pro profecta intelligentia & declaratione
14 iſtius legis & materię, ꝙ † ſicuti de iure ciuili eſt dare hęreditatem, ius adeundi, & aditionem, quę diuerſa ſunt: vt per Bar. in rub. ff. de acquir. hęred. & in princ. l. iii. ff. de bono. poſſ. ita de iure prętorio aliud videtur bono. poſſ. quæ eſt loco hęreditatis, aliud ius petendi & agnoſcendi ipſam bo. poſſe. quod ſuccedit loco iuris adeundi de iure ciuili, & aliud ipſa conceſsio & agnitio bono. poſſ. quæ eſt loco aditionis, quæ eſt actus quidam animi, & facti: vt per Rimi. in prææalleg. rub. qui admi. col. viii.

Quamuis ergo hęreditas ſit ſucceſsio in vniuerſum ius quod defunctus habuit. l.
15 hæreditas. ſupra eodem, tamen † bon. poſſeſ. ſecundum Bart. in dicta l. tertia. in princip. non eſt ſucceſsio, ſed ius ſuccedendi. Verum Rimin. loco prææallegat. hic reprehendit per dictã l. iii. ibi vniuerſitatis ſucceſsionem. & . §. ſed cum plures. inſtitu. de bono. poſſeſ. & l. iii. C. vnde legi. vbi, hę bonor. poſſeſſ. ſucceſsiones nuncupantur. Hinc not. dixit Bar. in l. ex aſſe. ff. ad Trebel. ꝙ hęreditas eſt quoddam ius vniuerſale hęreditarium. Et hoc apud bonorum poſſeſ. vtile eſſe dicit. & Aret. in rubri. de acquiren. hęred. colum. prima dicit, ꝙ hęreditas & bono. poſſeſ. inquantum conſiderãtur vt ius quoddam & ſucceſsio vniuerſalis ęquiparantur & eiuſdem naturę ſunt. ita ꝙ ſic dici poteſt ſucceſsio de iure prętorio ſicuti de iure ciuili. ad quam quidem ſucceſsionem de iure prętorio inuentam acquirendam introduxit prętor bon. poſſeſ. ita ait uoluiſſe dicere iuriſconſultum in dicta lege tertia in prin. & in dicto. §. bonorum. de bono. poſſeſſ. & probatur licet ab Areti. non allegetur in l. bonorum. ſupra titu. proximo. conſiderato igitur iure illo vniuerſali bon. poſſeſ. ſatis dici poteſt ſucceſsio, & ita procedunt iura quę bon. poſſeſſ. ſucceſſionem appellant. ſed quo ad formalitatem differunt. hęreditas enim ſolo animo acquiritur. ſed bono. poſſeſ. mediante decreto vel agnitione iudiciali: vt dictum eſt. ideo aliter diffinitur quàm hęreditas, vt patet in dicta l. tertia. in. §. bonorum. Dum igitur Barto. dixit bono. poſſeſ. non eſſe ſucceſsionem, ſed ius ſuccedendi: ſecũdum formalitatem eius ſermonem intelligere oportet, alias vt ex prędictis liquet, male diceret.

16 Poſtremo not. † ꝙ ſicuti prętor hęredem facere nõ poteſt, ita nec poteſt facere quempiã deſinere eſſe hęredẽ: ita gl. Alex.

Are.& alij,in l.ex duobus.in.§.fin.& in l. in ſubſtitutione.ff.de vulg.Tu tamen conſidera, quia mihi non ſapit & id a veritate alienum eſſe videtur.& ſi enim prætor nõ haberet per prius legis condendæ poteſtatem,ideoq; hæredem facere non poſset,habebat tamen poteſtatem corrigẽdi legem. ff.de iuſti.& iure.l.ius autem ciuile: & faciendi hæreditatem ad alium ſpectare.§. emancipati.inſti.de hære. quæ ab inteſta. & de bono.poſ.per totum.ergo facere deſinere quem eſſe hæredem: & contrariorum contraria eſt determinatio, quando ratio eſt contraria in contrarijs: vt per ſcriben.in rub.ff.de acqui.poſſ.

SVMMARIVM.

1 *Creditor conſentiendo alienationi pignoris, cenſetur ius ſuum remittere. Limita nu.2.4.& 6.*
§.ſi in venditione.l.iiij.ff.quib. mod.pig. vel hypo.ſol.ornatur.

3 *Creditor ſciens debitorẽ pignus vendidiſſe & non contradicens,ſibi non præiudicat.*
§.non videtur.l.ſicut.ff.eo.ti.ornatur.

5 *Vxor conſentiens marito alienanti res hypothecatas, ſibi non præiudicat niſi in eo qui conſenſit.*

L. CXIX. Caius.

CREDITOR qui promittit rem venire, pignus dimittit.

SVMITVR ex.ll.in gloſ.alleg.cenſe-
1 tur† enim per talem actum ius ſuum remittere,quod vnicuiq; permiſſum eſt.l.pe.C.
2 de pact.& ideo † ſi conſentiret ſalua cauſa pignoris ſui,aliud eſſet.l.iiij.§.ſi in venditione.ff.quib.mod.pig.vel hypo.ſol. de quo tex.vide Roma.in conſi.xciiij.col.ij. Pau.de Caſt.in conſi.clxij.colum.fin.Alexan.cõſi.cxxx.lib.iiij.Soci.cõſ.cxxxvj. col.ij.lib.ij.& in c.j.col.xxxiij.verſi.ex prædictis de litis conteſt.Iaſ.in l.ij.in princi.ff.ſi quis cau.& Deci.in cõſi.ccccclx.

3 Nec videtur † conceſsiſſe creditor, ſi eo ſciẽte & aliud nõ faciente debitor rem vendiderit,cum ius ſuum ſaluum durare ſciret: vt dicit tex.nota.l.ſicut. in.§.non videtur.ff.quib.mod.pig.vel hyp.ſol.Ad cuius declarationem & intelligentiam plura ſcribunt Fely.in c.eccleſia.col.ix.de cõſti. Iaſ.in l.emancipata. in primo nota.C.qui admitti.& in auct.ex cauſa.col.pe.et fi.C. de libe præte.& Mod.Aſten.in tracta.de forma.in articulo de probatione & præſumptione formæ.col.xliiij.verſic. ſed eſt conſiderandum.Mode.de Fano loco infra citando. Et quamuis in caſu pręſentis re-
4 gulæ,pignus remiſſum cenſeatur,aliud† tamen eſt in debito,quod propterea debitori remiſſum non cenſetur.l.poſtquam. ſupra de pact.ſecũdum Deci.quem ſequunẽ pręfati Moder.de Fano.in tract.de pig.in tertio membro ſextæ partis nu.11.24.& 54. Et ratione prædicta ſubijcit hic Deci. ꝙ
5 † vxor marito pignus remittere põt, quia nõ eſt donatio.l.ſi pignus.ff.de his quæ in frau.cred & l.etiam.C.ad velleia.vbi gl. & doc.notant.reſtringiturq; ad illas res et perſonas quibus accommodatus fuit prædictus conſenſus l.iubemus.C.ad velleia. de quo vide Pau.de Caſt.in conſi.cxvij. in antiquis.Socin. conſil.cxxv.volu.iiij. Matth.de Affli.i deci.regni.cccxj.cũ ſeq.
6 Poſtremo † ad hanc regulam xj.ampli. & xij.limi.ordinarunt prædicti Moder.loco ſupra alleg.fol.lvj.& ſequẽ.ibi vide ne fruſtra ſcriptura cartas occupet,cõtra tex. in c.ſi roma.xix.diſtin.

SVMMARIVM.

1 *Eadem res an & quando poſsit noſtra eſſe ex pluribus cauſis.*

2 *Scientia an inflat,& quos.*

L. CXX. Paulus.

NON vt ex pluribus cauſis deberi nobis idem poteſt,ita ex pluribus cauſis idem poteſt & noſtrum eſſe.

SVMITVR ex.ll.in glo.alleg. eſt materia.§.ex pluribus.l.iij.ff.de acquir.poſſ. vbi videndum eſt.

In text.ibi ex pluribus, id eſt etiam diuerſis temporibus intrantibus: ſecundum Dy.& Alb.de Roſ.exponentes eadẽ ver-
1 ba in fi.ad aliud propoſitum dicta,ꝙ †eadem res non poteſt noſtra eſſe ex pluribus cauſis ſucceſsiuis.l.ſiue ſimul in idem tem-

pus traditionis non concurrentibus.ſecus ergo ſi eodem tempore concurrant: vt infra per Decium licet de Alber.non faciat mentionem.

Duæ limi.Pau.de Ca.ibi relatæ hic per Deci.circa primum dictum regulæ quãdo cauſæ eſſent contrariæ,uel altera inualida: & ſi veræ ſint,in ſe non ſunt bonæ lim.ad regulam iſtam, quæ intelligitur de habilibus.l. qui teſtamento.ff.de teſta.l.j.C. de ſacroſan.eccle. Secundum dictum limita vt ſcripſi in l.neq; pignus.in princi. ſupra eod. Cætera de hac materia dic, vt per ſcribentes in d.§.ex pluribus. Et ad gl. dicentem,ꝙ ſi egerim rei ven.& ſuccubuero,inde iterum agam,repellor.vide Bar.et docto.melius declarantes in l.& an eadem. in.§.actiones.ff de excep.rei iudi.& in l.j. in prin.ff.de eden.

Eſt etiam ſignanda iſta gl. in fi.ad illud
2 vulgatum dictum,ꝙ † ſcientia inflat.gl.reprehendit, quia ſcientia cauſat ſuperbiam, ſuperbia inflationem. Et ſic ſcientia dicit gl.non eſt cauſa proxima ſuperbię,ſed cauſa remota. Ad oppo.eſt text.contra quem dicit gl.in c.niſi cum pridem. in ij.colum. de renun. vbi referendo auctoritatẽ Apoſtoli expreſſe dicit,ſcientia inflat, charitas ædificat: quodq; ideo imperfectum ſcientię ſupplere poteſt perfectio charitatis.Inflat autem ſciẽtia ruſticos,nobiles nequaquam: vt per Bal.in l.mercalem.C,de cõdi.ob turp.cau.Fel.in c.ſuper eo.el ij.de teſti.& probatur ſecundum aliquos in l.domitius labeo.ff.de teſta.vt tñ ſubtilis Areti.ibi declarat,ille tex.aliter ĩtelligi debet.

SVMMARIVM.

1 *Conſentiens venditioni an teneatur de euictione.*

L.ſi pater in fi.ff.de manu.vin.ornatur.

2 *Aliud eſt vendere,aliud promittere de vendendo.*

3 *Prohibitus contrahere,an poſſit alteri contrahenti conſentire.*

L. CXXI. Vlpianus.

ALIVD eſt vendere,aliud vendenti conſentire.

SVMITVR ex.ll.in gl.alle,quam gl.
1 Bart. multum no.mandat † ad cognoſcendum, qñ conſentiens venditioni de euictione teneatur. Adducit etiam Deci. duo alia ſimilia,in l.cum pater.in.§.libertis.ff.de lega.ij.& in l.ſi pater. in fi.ff.de manu.vin. quæ iura adduxit prius hic Alber. Et de illo no.tex.l.ſi pater.in fi.cum materia. vl de Bal.in l.ij.q.xx.C.de reſcin.vẽ.Signo.in conſi.lxj.Barba.conſi.xlj.col.v.& vij. lib.iij.Fely.in c.eam te.col.xv.de reſcrip. Deci.in c.j.col.j.& in c.ij.col.vj.de iudic. & in c.at ſi clerici.in.§.de adul. col.xj.eo.ti.& in rub.C.de pact.ad fi.& in conſil.el. col.ij.& Aquen.in l.gallus. in.§.videndũ. col.fi.ff.de lib.& poſthu.

2 Adde etiam huic regulæ aliud † pariter eſſe vendere, aliud promittere de vendendo: vt per glo.not.in l.in bonæ fidei.ff.de eo quod certo loco.vbi late Iaſ.ad fi.j.colum.cum ſeq.faciunt dicta Alex.in conſi.
3 xlv.libr.v. Et an † prohibitus contrahere,poſſit alteri contrahenti conſentire? conclude ſecundum Deci.hic ꝙ ſic, ſi eadem ſit ratio,alias ſecus.de quo vide latius in locis ſuperius allegatis.

SVMMARIVM.

1 *Quod fit a maiori parte vniuerſitatis, cenſetur fieri per totam,& quõ procedat.*

2 *Intelligitur per fictionem nu. 2.*

3 *Concorditer factum quando dicatur.*

5 *Syndicatus legitimus quando dicatur. Et an ſufficiat dicere duas partes interueniſſe nume. 6.*

7 *Abſentes an ſint vocãdi,& an maior pars intereſſentium actum poſſit expedire ſi maior pars vniuerſitatis legitime citati non venerint.nu.8.*

10 *L.quòd maior.ff.ad muni.ornatur,& limitatur nu.12.*

11 *Statutum quòd ſacris initiatus non admittatur in conſilium an valeat.*

13 *Titu.de his quæ a maio.par.capit. extra non habet locum in profanis.*

14 *Alia cauſa eſt vniuerſitatis,alia ſingulorum de vniuerſitate.*

15 *Subditus capitulo eſt ſubditus in vniuerſo non ſingulis de capitulo.*

16 *Subditus Do.Venetorum eſt ſubditus om-*

nibus vt vniuerſis, non ſingulis ipſorum.

17 *Contradictio aliquorum de conſilio, non facit, quin dicatur facta per conſilium, & an tales poßint dici conſentientes.*

18 *Factum per conſilium populi cenſetur factum a populo. Limita nu. 19. 20.*

21 *Vniuerſitas quando poßit delinquere & puniri.*

§. REFERTVR ad vniuerſos quod publice fit per maiorem partem.

REPVTATVR not. & vtilis.§.per Albe.de Roſa.hic. Sumpta fuit ex l municipales. & ex l.quod maior.ff.ad municipa.cum ſimil.

1 Quod † ergo fit per maiorem partē pop. cenſetur per vniuerſos totumq; populum fieri. Et quod fit a maiori & ſaniori parte capituli, per capitulum cenſetur factum.c. j.& vlt.de his quæ fiunt a maio.parte cap. Eodem modo quod a maiori parte ordinis ſalubriter fuerit cōſtitutum, cum duæ partes ordinis in vrbe poſitę: totius curiæ inſtar exhibeant, vt dicit text. in l.nominationum.C.de decurio.lib.x.tex.vero.d.l. quod maior.illud inquit quod facit maior pars curię pro eo habetur ac ſi omnes egerint.ſicq;

2 † per viam fictionis, vt per Abba.in c.cum olim.ad fi.de re iudi.& Deci. hic in prin. Et clare huiuſce.§.& omnium præallegatorum iurium oſtendunt verba.

Ratio autem regulæ ſecundum gloſ. & Deci.eſt, quia facile diſſentiunt homines. l.quia poterat.ff.ad trebel.ideo difficiliter expedirentur vniuerſitatum negotia, ſi omnium conſenſus requireretur, immo perraro. vnde licet in aliquo actu vniuerſitatis dicatur de conſenſu omnium, intelligitur ſecundum ſubiectam materiam id eſt maioris partis: vt per Deci.hic. & in c.cū omnes. infra allega. vbi etiam ſcribit prout

3 hic, dicit † concorditer factum quod a maiori parte factum fuit, habita ſcilicet relatione ad collegium vel vniuerſitatē, ſecus ſi ad ſingulares haberetur relatio. Cur autem actus a maiori parte vniuerſitatis factus teneat, licet omnes non affuerint, aſſignatur per tex.d.l.nominationum.ne paucorum abſentia, ſiue neceſſaria ſiue fortuita, impediat factum maioris partis.

4 Intellige prędicta ſecundū gl.hic, † dummodo duę partes omnium conſiliariorum, venerint & interſint, conſenſeritq; maior pars: vt hic & l.nulli & l.plane.ſupra qđ cuiuſque vni.nomi.quicquid alibi dixerit Saly.vt per Ioan.de Pla.in d.l.nominationum. & Iaſ.in conſi.cxl.lib.iiij.vbi enim ſunt duæ partes vniuerſitatis, ibi tota vniuerſitas vel collegium adeſſe cenſetur.d.l. nominationum.tradit Bald.in d.l.nulli. & Corne.in conſi.ccxxiiij.col.j.lib.iiij. Et ſi agatur de electione in numero maioris partis, computatur etiam ipſe electus, & ſic obtinet vicem eligētis & electi.d.l.plane.

Et propterea ſcribi debet in inſtrumento, ꝙ interfuerint duæ partes.Bar.in l.j.ff. de all.ſcrib.& in l.fin.C.de prædi.curial. lib.x.Bal.in d.l.nulli.& in l.fi.C.qui bo. ced.poſ.immo dixit not. Alexan.in conſi. lxviij.col.ij.lib.ij.& in conſi.j.col.ij.lib.

5 iiij.non eſſe † legitimum ſyndicatum vniuerſitatis, niſi in eo dicatur ꝙ interuenerūt duæ partes ex tribus, & ꝙ maior pars cōſenſit: vt etiam per Areti. in.§.præterea. col.xxiiij.de excep.vbi ponit ea quę poſſunt opponi contra ſyndicatum. Iaſo.in l. & hæredi.in.§.hodie.ſupra de pactis. vbi

6 etiam Alex. Niſi † enim dicatur de duabus partibus ex tribus, itelligitur de duabus partibus ex duodecim: vt poſt Bar. & Ang.ſcribit Firmia.in ſuo reperto. in verbo, pars. Sed iura præalleg.videlicet.l. nulli.l.plane.l.decurionum. cum ibi not.l. iii.ff.de decre.ab ordi.fac.cum not.ibi per Bar.& Alex.& Abb. in c.i.col.fin.de his quæ fiunt a maio. par.cap.probant oppo. ſufficere dicere duas partes interueniſſe, & ſic intelligitur ex tribus licet non dicatur. & hoc in terminis tradit Alex.in l.cū qđ. col.i.C.de leg.nec eſt lex quę requirat exprimi duas partes ex tribus. Et non ſunt multi dies, quibus diſceptabatur ſuper intelligentia cuiuſdam ſtatuti requirētis interuenire quatuor partes vniuerſitatis, de quibus partibus intelligatur, & reſpondebamus de quatuor ex quinq; ſcilicet, per prædicta: & ſimiliter ſi loquatur de octo partibus, intelligitur ex nouem. Nō ob. deciſio ſuperius mētionata. procedit enim in hæreditate, quam lex in xii.partes diuidit: in aliis vero rebus ſecus, ſecundum Ang.in l.defuncta.ſupra de vſufr. quapropter ſi duas partes rei petieris, nō duas ex aſſe ſed ex tribus partibus petiiſſe videberis. ꝙ ſi ſex partes dari teſtator voluerit, ſemiſſem deberi certum eſt.ita procedat dictum Bar.in l.interdum.ff.de hæred.inſti. & ſequitur Alcia.in l.nomen filiarum, in

verſi.portionis.ff.de verbo. ſig.quæ bene notabis.Quibus adde ea quæ ſcribunt Cæpol.in caute.xxix.Deci.loco infra alleg.
7 & Iaſ.conſi.liiii.ponentem, an † abſentes
8 vocandi ſint.Et † qñ illi qui faciunt maiorem partem vniuerſitatis aut conſilii nolunt venire etiam legitime vocati, an maior pars intereſſentium actum poſsit expedire: ponit Seuer.in repe.l.omnes populi. col.xv.& xvi.de iuſti.& iur.

Intelligitur ſimiliter prędicta concluſio
9 † quando vniuerſitas fuit legitime cōgregata,& ex generali licentia ac poteſtate id facere poterat : alias ſecus , ſi reſtrictam videlicet & limitatam poteſtatem ad aliquos actus habebat.fruſtra enim vltra manum poneret.Corne.plene in dicto conſil.
10 ccxxiiii.Rurſus ad † declarationem & limitationem.d.l.quod maior,poſſent plura adduci.de quibus per Abb.in tracta.conſil lii Baſil.in primo caſu primi dubii. Barb. in conſi. vii.lib.i. Alex.conſil.cxxiiii.lib. ii.& conſi.cxcii.lib.vi.in l.ii.ad fin.C.de pact.& in l.omnibus.ff.ad trebel.vbi docet a quibus poſsit ſyndicus vniuerſitatis conſtitui.Fely.in c.cum omnes.col.i.de cōſti.in c.non poteſt.col.iii.& fi.de re iud.et in c.dilectus.el ii.col.fi.de ſimo.Curt.iun. in conſi.clxxiiii.col.fi.Corſe.in ſingul.in verſic.vniuerſitas. Aquen.in l.iiii.in.§.cato.colum.fi.de verbo.obliga.Deci.in d.c. cum omnes.in penulti.col.ii.lectu.& in c. conſtitutus.de appella.Iaſ. conſi.lxxi.lib. iii. Ripam lib.i.de legib.cap.xxii.Iaſo.& ſcribentes in l.ciuitas.ff.ſi certum peta. & Alcia.in l.collegarum.ſupra titu.i.vbi po
11 nit † nunquid valeat ſtatutum collegii vel populi diſponens, ne qui ſacris initiatus eſſet admitteretur in collegium vel conſilium . Et pariter ſtante ſtatuto iurato ne quis recipiatur niſi omnibus conſentientibus an maior pars admittere quempiam poſsit.

Prædicta vero concluſio & regula, lege quod maior.locū ſibi vendicat in his quæ communia ſunt pluribus & vniuerſis : ſe
12 cus † ſi vt ſingulis,quia tunc omnium requiritur conſenſus.quod enim omnes tangit ab omnibus approbari debet.l.per fundum.ff.de ſerui.ruſti.prædi.tradit Deci.in d.c.cum omnes.in ii.col.primæ lecturæ.

Nec requiritur ꝙ ſit factum a maiori & ſaniori parte copulatiue,prout in c.i.& to
13 to titu. de his quæ a maio. parte cap. nam illud procedit in rebus eccleſiaſticis,ſecus in profanis &, ſecularibus in quibus iura ciuilia ſpecialiter dicunt,ꝙ maior pars attenditur. vt concludunt Alexā. & alij in l. maiorem.ff.de pact. Deci. in d.c.cum omnes.in vlti.colum.ij.lectu. & Curt.in tracta.de iure patr.fol.xiij.col.ij.in lix.q.
14 Alia † tamen eſt cauſa vniuerſitatis,alia ſingulorū de vniuerſitate.ff.quod cuiuſq; vniuer.nomi.l.ſicut.§.ſi quid.pulchre Deci.in conſi.lxj.colum.fina.Felyn.in c.eam te.colū.x.de reſcrip.& in c.dilectus. el ij. col.ij.de ſimo.vbi dicit aliud eſſe vniuerſitatem,aliud ſingulares de vniuerſitate.
15 Et ꝙ † ideo clericus iurans epiſcopo & capitulo (iuxta tex.c.cum clerici.de verbo.ſignifi.) non eſt ſingulariter canonicis ſubditus,ſed omnibus tanquam capitulo :
16 vt per eum.& ſic etiam † Mag.illuſtr. qui dominis Venetis ſubditus . non eſt ſingulis ipſorum,vt ſingulis ſubditus,ſed omnibus vt vniuerſis, & excelſo eorundem dominio vniuerſaliter conſiderato . ad quod videtur tex.not.in l.ſed ſi hac.in.§.qui manumittitur.ff.de in ius voc.faciunt quæ ſupra dixi de cauſa vniuerſitatis , quæ alia eſt a cauſa ſingulorum,vt vltra præallega. ponit etiam Pariſiān conſil.xcj.lib.iiij.
17 Ex quibus etiam patet, ꝙ † licet aliqui in ſenatu vel conſilio alicuius principis fuerit contrariæ ſententiæ aut opinionis eius quod per alios communiter concluſum fuit, cum plurimorum præualeat ſententia maiorisque partis attendatur factū, ꝙ ſententia vel concluſio prædicta per ſenatum conſiliumve dicitur facta & in relatione & cōtradictores poni poſſunt: prout recuſantibus quandoq; illis, qui contrarię fuerant opinionis,vidi fieri, apponique & nominari in fine ſententiæ vel concluſionis per ſecretarium . Recte itaque dicitur per ſenatum vel conſilium præſentibus talibus &c. etiam ꝙ ex illis nonnulli contradixerint.Et nota quia non ſolet dici cōſentientibus , quamuis etiam ſi diceretur de conſenſu omnium non eſſet falſitas, per hunc tex.& d.l.quod maior.cum aliis.hic per Deci. alleg. melior tamen eſt prædicta practica,ſecūdum quam ſolum dicitur præſentibus,&c.
18 Et gloſ.hic volens,ꝙ † factum per conſilium populi, cenſeatur factum a toto populo per conſilium repræſentato , eſt not. & concordat cum gloſ. per quoſdam ſingulari reputata . in rubrica.C.quę ſit longa conſuetu. vide Alexan. in apoſtill. ad Bar.in l.hi qui.ff.de iure immu.vbi alleg. etiam alias glo.ratio patet ex prædictis &

ponit Cardi.Alex.in c.ſenatuſconſul. per illum tex.ij.diſt.decreti.

19 Quam † concluſionem reſtringe ſeu limi.tripliciter vt dixi in l.ij.in prin. in verſicu.ſi.col.iiij.ff.de orig.iur.

20 Item † in delictis perpetractis ſeu factis per conſilium populi: non enim attribuuntur populo, quia in generali poteſtate eis data non includitur poteſtas delinquendi, niſi dicat vel poſtea ratificetur.l.j.in prin. ff.de ma.conue.l.ſi procurator.vbi Bar.& alij not.ff.de condi.indeb. Old.cõſi.lxvj. Corn.conſi.ccxxiiij.præalleg.Fely.in c.j. col.vj.vt lite non conteſta.in c.nouit.col. viij.de iudi.in d.c.dilectus.el ij.col.fin.cũ ſimil.& Pariſius præalleg. An autem &

21 qñ † vniuerſitas delinquere poſſit & puniri regreſſumq; habeat contra cõſiliarios & rectores & in quibus caſibus parcatur multitudini, vltra ſupra allegata.vide Fely.in d.c.dilectus.col.j.& fin. Bar.& alios in l.aut facta.in.§.ſi ff.de pœn. omnes docto.in d.l.ciuitas. & Pariſium in conſil. xxi.& xci.lib.iiii.

SVMMARIVM.

1 *Reſoluto iure datoris reſoluitur ius acceptoris.*

§. ABSVRDVM eſt plus iuris habere eum cui legatus ſit fundus, quàm hæredem, aut ipſum teſtatorem ſi viueret.

FACIT alia regula l.nemo plus iuris. ſupra eo.& l.quod ipſis.&.§.ſi.l.in omnibus officiis infra eo.vbi gl.circa fi.has regulas citat.

Cũ igitur melioris conditionis eſſe non debeam ꝙ ſit meus auctor a quo ius in me

1 tranſit, infertur ad illud vulgatum ꝙ † reſoluto iure datoris reſoluit ius acceptoris.l. lex vectigali.ff.de pigno.& hyp.ad quod plures cottas,hic citat Deci.& vltra vide Anch.conſi.lxiii.& cxxxiiii.Alex.cõſil. xlv.vol.v.Iac.de ſan.Geor.in tract. feud. in verbo,qui quidem inueſtiti.col.xvii.& in verbo ita etiam ꝙ ipſi vaſalli. col.pen. Deci.in conſi.ccxxxix.col.iiii.Mode.de Fano in tracta.de pigno.in primo membro quintæ partis prin.nu.53.cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Conditio habetur pro impleta quando ſtat per eum ad quem pertinet quominus impleatur, & quomodo procedat.*

L. CXXII. Vlpianus.

IN iure ciuili receptum eſt, quotiens per eum, cuius intereſt conditionem impleri non fiat, quominus impleatur, perinde haberi ac ſi impleta conditio fuiſſet, quod ad libertates, & legata, & ad hæredum inſtitutiones perducitur: quibus exemplis ſtipulationes quoq; committuntur: cum per promiſſorem factum eſſet quominus ſtipulator cõditioni pareret.

SVMITVR ex.ll.in glo.alleg.& præſertim ex l.iure ciuili.ff.de conditi.& demon. vbi ad verbum fere poſitam leges. Et inſeritur etiam lib.vi.de regu.iur.in c. cum ſtat.per eum.vbi Ioan.And.in mercuriali.inducit ad no.q.

1 Not.ergo, ꝙ † cũ ſtat per eum ad quem pertinet quominus cõditio impleatur, pro impleta haberi debet.concordãt iura præalleg.Gl.hic no.declarat hanc l.& clarius adhuc gl.in d.c.cum ſtat.aliter etiam exẽplificans.Deci.hic accommodat quaſdam limi.de quibus latius per Paul.de Caſt.& Soci.in dicta l.iure ciuili. etiam per omnes ſcribentes in l i.C.de inſtit.& ſubſtit. & in l.fi.C.de condi.inſer.

SVMMARIVM.

1 *Neceſſitas non habet legem.*

2 *Fornicatio vel adulterium nõ permittitur prætextu neceſſitatis.*

3 *Furtum propter neceſſitatem permittitur; intellige nu.4.5.7.& 8.*

6 *Vuas comedere in agro alieno licet in neceſſitate, non tamen exportare.*

L. CXXIII. Paulus.

QVAE propter neceſſitatem recepta ſunt, non debeant in argumento trahi.

SVMITVR ex ll. in glo. alleg. & inſeritur
hęc regula etiam in vj. de regu.iur.in c. in
argumentū vbi eſt glo.optima pro decla-
ratione iſtius regulæ. ad quam te remitto,
ne fruſtra occupem membranas.

1 Neceſsitas† ergo non habet legem: &
quod non eſt licitum,facit quandoque lici
tum,durante.ſ.neceſsitate l.j. cum ibi not.
ff.de off.conſul. vt hic no.Dec.de quo late
per Barb.in c.quanto.col.v.de conſue. &
per quendam Pet.Gerardi in not.ſuo 100.
Fely.in c.omnes.j.diſt.decr.Dec.poſt alios
ibi in l.j.ff.de offi.eius.in iiij.not. & ſuper
gloſ. in verbo non aliter. Et dicit pulchre
Bald.in l.diuus.ff.de peti. hær. ꝙ tempore
neceſsitatis, ideo ceſſant legis præcepta,
quia lex debet eſſe poſsibilis, extremitas
vero præſupponit impoſsibile. Aduerte
tamen inquantum Deci.hic & in locis prę-
2 alleg. ait, ꝙ†propter neceſsitatem licita
non eſt fornicatio, nec adulteriū l. palā §.
non eſt ignoſcen.ſupra de ritu nup. vbi ne-
ceſsitas quāuis cogat ad turpia,non tamen
excuſat turpem vitam:ſecus in furto quod
propter extremam neceſsitatem permitti-
tur c.ſi quis propter neceſsitatem cum gl.
de furt.ratio aſsignatur quia mediante fur-
to immediate neceſsitati famis ꝓuidetur,
non ſic in coitu illicito ex quo non ſatiatur
fames:vt hic per Deci. Nam talis cōclu
ſio periculoſa videtur. ideo Ioan. de Ana.
timoratæ cōſcientiæ vir in d.c.ſi quis pro-
pter.& in c.quoniam.de ſimo. vacillat pe-
dem firmare non audens. Communis eſt
3 doct.concluſio receptaque ſententia,ꝙ† tē
pore extremæ neceſsitatis licitum ſit fura-
ri:quia tali tempore omnia debent eſſe cō-
munia.c.ſicut hi.xlvij.diſtinc.l.ij. cū glo.
in verbo cōferret ſupra ad legem rhod. de
iact.vbi Ang.infert ad milites ſtipendio cō
ductos,vt etiam per glo. in d.c.iij.de furt.

Et propterea furtum proprie committi
non dicitur,quia aliena res non contracta-
tur: ſecundum Abba. & Ana. in locis
præalleg.

Et prædicta intellige quando eſt tanta
neceſsitas ꝙ rapiens periret niſi raperet,
tunc excuſatur ab omni culpa.ita intelligi-
tur cap.diſcipulos.de conſec. diſtin. v. ſed
4 †quando tanta neceſsitas non vrget alle-
uiatur pœna & culpa, ſed nō excuſatur ex
toto.ita etiam intelligitur tex. ppræalleg.
c.iij. de furt. ſecundum Abb. & Ioan. de
Ana.in d.c.quoniam.nec etiam in foro cō
tētioſo per iudicem puniri poterit, qui pro
pter ineuitabilem neceſsitatem talia ſub-
traxerit:ita Abb.in d.c.iij ad finē.& Ang.
in l. ij.in.§.cum in eadem ſupra ad legem
rhod. de iact.vbi inquit,ꝙ ſi tempore cari-
ſtiæ familiaris vel mendicus panem fura-
tur,nō punitur,& ſequitur Ana. in d.c.iij.
ad fi.Et ſic in effectu volunt præfati ꝙ ta-
liter ſurripiens comeſtibilia,ita demū excu
ſetur ꝙ puniri nō poſsit, quando aliter ſub
uenire ſibi nequit,eſtq; in periculo mortis
niſi ſic faciat.Si ergo modum habeat emen
di prædicta, ſeu ſubueniendi licet maxima
inſtet penuria & cariſtia, de ſuo id facere
debet,non aliena rapere,nec tunc aliter fa-
ciens excuſaretur,quod nota.

Videntur etiam pręfati ſcriben.velle, ꝙ
5 †tunc excuſetur rapiens quando modicum
quid raperet vt famem ſatiaret,vt loquitur
tex.in d.c.diſcipulos.ſecus ergo ſi raperet
& furaretur magnam quantitatem cibario-
rum & commeſtibilium rerum.Facit quod
ſcribit Fely.poſt alios in d.c. omnes leges.
colum.ſi.ad intelligentiam.d.c.diſcipulos,
6 ꝙ† licitū eſt in neceſsitate vuas comedere
in agro alieno,ſed nō exportare: & ꝙ ideo
ruſtici vuas exportantes trahuntur per pla
teas vuis ad collum pendentibus. vidimus
ēt annis pręteritis quaſdam mulieres fuſti-
gari eo ꝙ ſaccum frumenti furto ſubtra-
xiſſent.

Inuenio etiam ꝙ Deci.in glo. præalleg.
ſuper verbo non aliter.ex ratione ſuperius
relata, cur potius permittatur furtum quā
fornicatio,quia ex furto immediate neceſ-
7 ſitati famis non prouidetur, infert † aliud
eſſe in eo qui furaretur argentum aut veſtē,
quia militaret eadem ratio quæ eſt in mu-
liere committente adulterium propter ne-
ceſsitatē,quia ex tali furto immediate non
ſatiatur. Sed huiuſcemodi diſtinctio, vi-
detur contra text. præalleg.c. iij. expreſſe
loquentis de veſte.ideo Ioan.de Ana.in d.
c.quoniam.colum.ij. dicit conſiderandum
ꝙ iura prædicta quæ propter neceſsitatem
famis vel nuditatis furtum permittunt, vi-
dentur permittere furtum cibariorum &
veſtium,ſicque aliud forſitan eſſe ſi alia,in-
quit,res ſurripitur quamuis tex.d.c.iij.vi-
deatur permittere furtum pecorum, quod
mihi non placet.cum text. ille velit ꝙ fiat
reſtitutio. Ego tamen in prædictis crede
rem,ꝙ inſtante maxima neceſsitate & mor
tis periculo niſi raperetur veſtis,quod lici
te fieret quemadmodum de cibarijs dictū
eſt propter rationis identitatem.Et quia il-
la ratio doctorum ꝙ tempore neceſsita-
tis omnia ſunt communia, videtur pariter

hoc caſu militare.

8 Eſt tamen not. ꝙ † ille qui ob maximam neceſsitatem licite ſurripuit, tenetur inde cum facultas datur reſtitutionem facere: vt per Abb. in d. c. iij. quæ bene not.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, concedo, quid importet.*
2 *Verbum, transferre plus eſt quam concedere.*
3 *Verbum donare ſe habet in plus, quam vẽdere vel concedere in emphiteuſim.*
4 *Donare & perdere an æquiparentur.*
5 *Hæc regula quando non procedat.*
6 *An venditione prohibita, cenſeatur prohibita donatio.*

L. CXXIIII. Vlpianus.

CVi ius eſt donandi: eidem & vendendi, & concedendi ius eſt.

HAEC tria de quibus in text. donare, vendere, & concedere, vt diuerſa ponuntur, ſicuti ex lectura ipſius legis patet iuncta expoſitione glo. ad participium concedendi, de emphyteotica conceſsione intelligentis. & vocabulorum equidem differentia rerum differentiam inducit l. ſi idem. C. de codicil. l. nam ſupra de pręſcript. verb. cum alijs alleg. per Ruynum in. §. diui. fol. antepen. dum examinat, an & quando appel. venditionis, omnes alij contractus veniunt: & quando expreſſo vno modo, veniant omnes alij eundem effectũ habentes.

1 Et quamuis verbum † concedo, donationem aliquando importet. l. vxori. §. fin. vbi glo. & Bartol. not. ff. de leg. iij. Iſtud tamẽ eſt ratione ſubiectæ materiæ cum ſit verbum generale, quod ſecundum naturã contractus cui adijcitur accipitur & intelligitur. Alber. de Roſa. in l. cum autem. C. de dona. ante nupt. & in ſuo dictionario ĩ verbo concedo. & in verbo cõcedere. & Bal. in l. non ambigitur. colum. fina. ſupra de legib. & in. §. titius. in titu. ſi de feud. fuer. contro. circa princi. vbi vult, ꝙ conceſſio ſit nomen generis ad omnem contractum, in quo ſeu per quem transfertur ius vel poſſeſsio. aut tenuta ex cauſa lucratiua vel oneroſa, vt refert & ſequitur Aquẽ. in Specu. ſub rubr. de feu. diffin. col. x. vbi dat plures remiſsiones in materia conceſſionis. & Iacob. in ſua feudali inueſtit. ſuper verbo fluminibus. patet igitur ꝙ iſtud participium concedendi tanquam generale in regula præſenti recte poſitum fuit.

De ipſo autem articulo an & quando cõceſsio ſeu verbum concedo importet donationem, infeudationem, emphyteoſim, cuſtodiam, vel alium contractum: & an cedere & concedere differant, quia non eſt principalis huiuſce regulæ farrago, vltra præalle. vide Bar. in l. j. ad fin ff. de precar. Alexan. in l. ſed ſi me. in. §. j. ff. de condit. indeb. in l. a titio. colum. fina. ff. de verbo. obliga. & ſi certum pet. in l. cum quid. col. pen. vbi etiam per alios. Socin. in conſil. xciij. colũ. ij. & xj. volu. j. Fely. poſt Abb. in c. cum veñ. colum. j. vbi Deci. in vlt. nota. de except. Are. in conſil. clx. in ſexto dubio. præſ. Pap. in lib. actio. confeſſoriæ. in glo. plenam. colum. ij. Pręposi. & alios in cap. j. in princi. in vlti. colum. in quibus cau. feu. amit. Iaſo. in l. ſi prius. col. xiiij. ff. de noui oper. nunc. & in l. j. in ſecundo not. de conſtit. prin. & Deci. in cõſi. dclxxxix. cum ſimilibus.

2 Transferre † vero plus eſt ꝙ̃ concedere, importat enim totalem tranſitum. glo. in c. j. de commod. vnde tranſlatus de vna eccleſia ad aliam, nihil retinet de priori: vt per Deci. in l. j. in. §. fina. ad fin. ff. de offic. eius. & in c. tranſlato de conſtit. & in l. non vult. vbi aliquid ſcripſimus ſupra eo. titu. Et an conceſsio cenſeatur realis vel perſonalis: item an facta cenſeatur ſecundum cõſuetudinem cedentis, dictũ fuit in l. in omnibus cauſis. & in l. ſemper in ſtipula. hoc eo. titu. Glo. non citat l. ex qua appareat hanc regulam fuiſſe ſumptam, ſed extrahitur ex §. in contrarium l. ſicut. ſupra quibus mod. pig. vel hypo. ſol. ſecundum Alber. de Roſa. hic. Faciunt pro hac regula aliæ ſupra poſitæ. videlicet cui licet quod plus eſt licet vtique quod minus eſt, & in eo quod plus eſt continetur quod minus eſt. Et ex legibus a quibus ille deſumptæ

3 fuere potuit pariter iſta ſumi. plus † enim eſt poſſe donare, ꝙ̃ poſſe vendere, aut in emphyteoſim cõcedere. donans. n. rem alienat a ſe abdicat abſq; recõpenſatione, vt hic inquit Deci. ſed vẽdẽs pretiũ habet, qđ loco rei ſuccedit, & aliquãdo rei ęſtimationẽ excedit & exſuperat. l. ij. cum not. C. de reſcin. ven. Et ſimiliter rem in emphyteoſim concedens (prout intelligi poteſt iſte

tex.de conceſsione loquẽs ſecundum glo. hic)retinet dominium directum & penſionẽ percipit.C.de iure emphyt. per totũ tit.

4 Hinc eſt,ꝙ†donare & perdere quandoque a lege parificatur l.filiusfa.ff.de dona. ideo alia quęuis preſumptio & coniectura potius ꝙ̃ donationis capi debet l. campanus. ff.de oper lib.dixi in l.donari ſupra eod.& ſi glo.rub.ff.commo. dicat beatius eſſe dare ꝙ̃ accipere,hic Ouidius,Crede mihi res eſt ingenioſa dare.probatur in clemen.j.in .§.nos. de reliquijs & venerat. ſancto. & ibi Cardin.no.donationem rem eſſe vtilẽ & ingenioſam, quia amicos acquirit.

Et probatur hæc regula per inſtantias in glo.poſitas quibus liquet plures eſſe perſonas quæ vendere poſſunt, donare vero non poſſunt. Errore tamen labitur gloſ. ponens illos caſus pro limitationibus. non enim exceptiones ſunt a regula, quia non dicit regula ꝙ potens vendere poſsit donare, ſed oppoſitum & in prædictis inſtantijs dicitur non poſſe donare qui poteſt vẽdere, ideo apparet exceptiones minus bonas eſſe ſecundum Abb.hic.

5 Limitat modo†hanc regulam glo.in caſu.l.ſi C.de prædijs curial.lib. x. & in caſu.l.fi.C.de iure emphy.vbi eſt glo. conſimilis dicens eſſe ius ſpecialiſsimum & rationem diuerſitatis aſsignat.licet Deci.hic eam non referat de quo etiam per ſcribentes in d.l.fina.

6 An autem & quando ecõtrario,†venditione prohibita, cenſeatur prohibita donatio,examinant Cor.& alij in l. volũtas. C.de fideicom. Et ſimiliter vtrum ille qui non habet liberam rei adminiſtrationem aduerſario iuramentum deferre poſſit.Iaſo.in d.l.fi.in xj.q.C. de iure emphy.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium quando ceptum dicatur.*

L. CXXV. Paulus.

PAenalia iudicia ſemel accepta, in hæredes transmitti poſſunt.

CONCORDANT iura alleg.in glo. in quibus iuribus materia huiuſce regulæ explicatur.Et eſt limitatio ad regulam poſitam ſupra in l.pupillum. in.§.j.vbi dixi.

1 Et generaliter† quando iudicium ceptũ dicatur, tradunt omnes in l.prima.C.de iudi.in l.amplius non peti.ff.rem ratam hab. & in l.vnica.C.ex delic. defunc.

L. CXXVI. Vlpianus.

CVM QVIS poſsit alienare, poterit & conſentire alienationi. Cui autem donare non conceditur: probãdum erit nec ſi donationis cauſa cõſenſerit, ratam eius voluntatem habendam.

EXPEDITA eſt ſupra in l. aliud eſt vendere.Facit regula cui ius eſt,ſupra eo. cum alijs ibidem pro corroboratione adductis.

Glo.in excep.poſitis minus bene loquitur,nam prima regula non dicit,ꝙ qui non poteſt alienare non poſsit alienanti conſentire.ſed dicit qui poteſt alienare poteſt alienanti conſentire. fallit hæc regula in caſibus exceptis,de quibus hic per glo.

L. CXXVII. Paulus.

QVi rẽ alienã defendit: nunquam locuples habetur.

INTELLIGE ad euitandam onus ſatiſdationis iudicatum ſolui ſecundum Alber.de Roſa.& fuit expedita in.§.nemo. l. in eo.ſupra eodem.

SVMMARIVM.

1 *Dare eſt dominium transferre.*

L. CXXVIII. Vlpianus.

NOn videtur data quæ eo tẽpore quo dantur, accipientis non fiunt.

SVMITVR ex.§.fina.l. vbi autem.ff. de verbo.oblig.&.§.ſi hæres.l.qui concu-
1 binam.ff.de leg.iij.nota ergo, ꝙ† dare eſt dominium transferre de qua materia late per ſcribentes in d.§.fin.& in.§.ſic itaque. inſti.de actio.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum iudicis excuſat a dolo. Niſi con ſtet de iniuſtitia nu.5.*

2 *Debitor ſoluens non creditori ex iudicis mã dato, liberatur a creditore.*

3 *Qui iurauit ſoluere certo termino, excuſa tur iudice præcipiente ne ſoluat. Limita numero.4.*

§ QVi iuſſu iudicis aliquid facit, nõ videtur dolo malo facere: quia parere neceſſe habet.

SVMITVR ex ll. per gl.allega.& habetur etiam in c.quod quis mãdato.de reg. iur.in vj.vbi glo.plura notabilia exempla congerit.& clarius hanc regulam declarat ꝙ fecerit hic glo.noſtrę legis.

1 Nota ergò ex hac regula † mandatum iudicis excuſare a dolo:ſicq; dolo caret qui iudicis obtemperat præcepto. Sicuti econtrario, non caret dolo qui mandato iudicis non obtemperat l.nõ poteſt dolo infra eo. cum not.per glo.in d.c.quod quis: facit l. iuſte poſsidet.cum accumulatis, ibi per Iaſo.& alios ff.de acquir.poſ.& in l.j.in.§. huius ſtudij.ff.de iuſti.& iur.& in c.ij.cum ibi not.de maior & obed.

2 Ex hac regula & prædictis infertur ad quæſtionẽ † debitoris, qui de mandato iudicis ſoluit alij ꝙ vero creditori, vt ſit excuſatus,& a vero creditore liberatus, per quẽ in poſterum moleſtari nõ poteſt: vt ꝑ Bar. in l.creditor.ff.de ſolu.Phil.Fran.in d.cap. quod quis. Anch.in cõſi.lxiiij.col.ſi. Pau. de Caſt.conſi.cclxxxviij. in tertio dubio. in antiquis.Cõmen.in cõſi.clxxxv. Barb. conſi.xxvj.lib.iij. Cur. Seniorem in repe. l.vnicę.in xvj.q.C. de prohib. ſeq. pecu. Deci.conſi.xxv.Iaſ.conſi.xxvj. volu. iij. Mat.de Afflictis in deciſi.regni.cl.& Pariſiũ in c.ex tranſmiſſa.col.iiij. de præſcrip. vbi poſt Pau.de Caſt. dicit ita demum contingere liberationẽ, ſi debitor fecerit aliquam reſiſtentiam & ſecundũ præceptum expectauerit.alias ſecus, quod reputat multum notab.

3 Et pariter † ſi ſit debitor cum iuramento & ſub pœna ſoluere, ad certam diem obligatus, & iudex ſequeſtrari fecerit pecuniã vel præceperit ne ſolueret, non incurrit debitor periurium nec pœnam non ſoluendo, dolo.n.& culpa caret iudicis parens mandato: vt hic per Dec.& eſt tex. optimus.in .§.ſi.l.ſi.ff.de lege commiſ.quibus adde Fely.in c.j.col.pe.de iureiur.

4 Intellige † niſi malitioſe tale ſequeſtrum & præceptum fuiſſet procuratum, quia tũc non prodeſſet, per l.& qui data.ff.ex quibus cau.ma.cum ſimil. de quibus ꝑ Barb. in conſi.lvj.lib.j.Fely.in c.ſi.col.ſi. de teſti.& in c.ſi.colũ.antepe.de for. compe. & Parp.in repe.l.ſi quis maior.in viij.not.in ver.vj.facit.C. de tranſac. Poſſet etiam induci ad alias q̃ſtiones, vt per Ioan.And. in mercurialibus.in d.c.quod quis. & ibidem Phil.Fran.

5 Limitatur iſta regula ſecundũ glo. Alb. & Dec.hic.& Canon.in d.c.quod quis, vt procedat quando præceptum fuit iuſtũ vel in dubio, ſecus † vbi de iniuſtitia conſtaret, quia parendum illi non eſſet, ſed reſiſtendũ l.prohibitum.C.de iure fiſ.lib.x. Et ſimiliter vbi procederet non ſeruato iuris ordine, ſeu extra eius officium: vt hic per Deci. de qua materia vide late & pulchre Aquẽ. in rep.l.vt vim.col.vij.cum tribus ſeq. ff. de iu.& iure.vbi etiam per alios Mod.& per Ruy.in rep.§.diui.in vlt.col.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, occaſio quomodo intelligitur hic.*

2 *Occaſio quid ſit. Et quotuplex nu.3.*

L. CXXIX. Vlpianus.

CApienda occaſio eſt quæ prebet benignius reſponſum.

1 OCCASIO † hic capitur pro interpretatione,& cauſa: ſicuti in l. qui occidit in

2 .§.in hac.ff.ad legem aquil. Diciturq; † occaſio cauſa iniuſta,& non ſufficiens: vt per Card.in cle.cauſam.col.j.de elec.& in clemen.ij.in.§.ij.de ſepult.ſeque habet ad non verum & irrationabile. c.j.de ſtatu regul. lib.vj.cum glo.in verbo cauſam, eamq; aliqui quærunt, vt lupus aquæ turbationem. ſicuti in auct.de defen.ciuit.in prin.cũ gl. & tradit Alber.in dictionario in verbo, occaſione, de qua materia, vide Fely.in c. ſolite.col.iij.de maior.& obed.Deci.in rub.

3 C.qui admi.col.iij. Theologi † vero dicunt duplicem eſſe occaſionem, datam ſcilicet, & de iſta quem teneri. Et acceptam de ſe, de qua dicunt quem non teneri: ita Archie

piſcopus Flor.in prima parte ſummę.in regula,qui occaſionem. Oratores occaſionē temporis,opportunitatem caſu prouenientem eſſe intelligunt,ſecundum Feſtum. hic Cicero lib.rhetor.occaſio,ait,eſt pars temporis in ſe habens alicuius rei idoneam faciendi opportunitatem. Eſt autem expedita materia præſentis regulę in l. ſemper in dubijs benigniora ſupra eo.faciunt quæ excuſando iuriſconſultum a rudi, duroque reſponſo ſcribit Are.in l. dominus labeo. ff.de teſta.

SVMMARIVM.

1 *Animus percutiētis iudicatur ex qualitate vulnerum.*

5. QVod factū eſt: cū in obſcuro ſit, ex affectu cuiuſque capit interpretationem.

Exemplificari equidem hæc regula poteſt in ll.per glo.alleg. ſed nō ſumi,cum poſteriores ſint,& Ceſarum creaturę.accipi autem potuit ex.§.fin.l. ſi ſeruus plurium.ff.de leg.j.& ſecundum Alber.hic facit optime text.in l.j.cum ibi not. C. de
2 ſicar.ꝙ†ex qualitate vulnerum iudicatur animus percutientis.de quo pulchre Aret. in conſi.lxxx.col.ij.Regula vero præſens expedita fuit in l.in obſcuris. & in l. ſemper in ſtipul.ſupra eo.

SVMMARIVM.

1 *Qui per alium facit,per ſe ipſum facere videtur. Etiam quòd facit per alium facientem.*

2 *Statutum loquens de faciente an habeat locum in mandante.*

3 *Mercantiam per alium exercens an perdat nobilitatem.*

4 *Quòd poteſt quis per alium,poteſt & per ſe ipſum.*

5 *Princeps pōt ſuā ſententiā reuidere & reuocare,num poßit alteri committere.*

L. CXXX. Vlpianus.

IS damnū dat qui iubet damnū dare.Eius vero nulla culpa eſt,cui parere neceſſe eſt.

Assumpta fuit ex ll. per glo. alleg.vel ex l.j.in.§.deieciſſe videtur.ff.de vi & vi arm.& ex fin.l.aut qui aliter.ff.quod vi aut clam.Facit alia regula. l. quod iuſſu infra eo.& l.& ſi p̄tor.ſupra de offic. eius. vbi licet prætor ſit ille qui alterius iuriſdictionem exequitur, & ex delegatione ſibi per alium facta cognoſcit,nō tamē pro imperio ſuo facit,ſed pro eo cuius mandata iuriſdictio eſt,ſicq; conſideratur potius iuriſdictio mādantis & delegantis,ꝙ actum facientis & exequētis.ad idem l. ſolet ſupra de iuriſdi.om iudi.Et iſte regulę traduntur etiam in c.poteſt quis.& in c.qui facit.vbi gl.notabiles.de reg.iur.in vj. & propterea dicunt Ioan.And.& Archiep.Floren.in d. c.poteſt. ꝙ ſicut per ſe poteſt quis ſe ſubſcribere,ita per alium. In tex. nulla culpa, ergo nulla pœna, ſecundum Alber. ad quod eſt tex.not.in c.cognoſcentes.vbi late per Canon.de conſti.
1 Nota ꝙ†qui per alium facit videtur per ſeipſum facere concordantes allegauimus ſupra. Ampliatur vt procedat etiā in eo, qui facit per alium facientem pariter per alium.Si igitur ego titio mandaui & titius Seio,omnes tenemur l.ſi ego vbi tex.ſing. ff. quod vi aut clam. vt poſt Bald. ſcribit Phil.Franc.in c.qui facit per alium.

Procedit autem hęc regula ex quadam iuris fictione ſeu interpretatione, vt denotat verbum videtur,impoſſibileque eſt ſecundum veritatē quod factū vnius dicatur factum alterius:vt declarat etiam Barto.in repe.l.ſi is qui pro emptore.in v.q. princi, in ver.venio ad ſecūdum.de vſucap. immo factum ab eodē diuerſis temporibus eiuſdē facti identitatem non reprę ſentat l. nemo. ff.de duobus reis. Dyn. Ioan. And. & alij in loco pręalleg.& voluit etiam Deci.hic.
2 Ex quo infertur,ꝙ†ſtatutum loquēs de faciente,locum non habeat in fieri faciente & mandante quæ diuerſa ſunt,niſi ſtatutum loqueretur in rem: vt hic per Deci, & per eundē,& Curt.Iuni. in l.iii.in.§.ſi procurator.ff. quod quiſq; iur. & plenius per ipſum Decium in l.ſi quis id quod.in ſeptimo not.ff.de iuriſdi.om.iud.Et quia prædicta ſunt diuerſa,accuſans aliquem de homicidio & probans de mandato ſuccumbit. Et pariter ſi de mandato accuſet & de inſtigatione probet:vt per Deci.hic ad fi.& latius de materia per Felyn.in c. mulieres.el ij.de ſent.excom.
3 Hinc etiam eſt,ꝙ†licet exercentes mercaturam & apothecam tenentes non ſint

nobiles, immo ſi nobiles erant, perdant nobilitatē quæ cum tali exercitio ſe non compatitur. l. antep. C. de cohartal. lib. xij. l. iij. C. de commer. & merca. iſtud procedit qn̄ per ſe id faciunt tali vacantes exercitio: ſecus ſi per alios quibus ipſi non aſsiſtant, quia ceſſat tunc vile exercitium perſonæ nobilis a lege conſideratum ad faciendum reputandumq; quem vilem. Et ceſſat hoc caſu ratio iſtius regulæ qui per alium facit &c. ex quo exercitio prædicto ſe perſonaliter non immiſcet & conſideratur in hoc actus perſonæ exercentis. Et dicta regula non procedit, vt dictum eſt, inſpecta veritate, ſed per quandam iuris fictionem quam iſto caſu locum habere æquum non eſt. & ita tenent Alb. de Roſ. in l. humilem. C. de inceſt nupt. Gemi. in c. primo de vita & honeſt. cler. in vj. & Alciat. in tracta. de præſump. in xlviij. præſumpt. primæ regulæ. faciunt quæ de actu perſonalitatem denotante in locis ſupra alleg. Deci. ſcribit. Acquirens tamen per alium vere proprieq; acquirit. l. placet. ff. de acqui. hære. & inſtit. per quas perſo. nob. acquir. & l. certe. in. §. j. ff. de prçcar.

Prædictam regulam noſtram ad tres nō. quæſtiones inducit Ioan. And. in dicto c. qui facit. vbi etiam per Philip. Franc.

Et de hac materia, & alia regula huic cō
4 formi. † ꝙ poteſt quis per alium quod pōt per ſeipſum. vltra not. per Canon. in d. cap. poteſt quis. vide Alexand. in l. prima. in. §. fin. colum. ij. & iij. ff. de oper. no. nunc. vbi etiā per Iaſo. Felyn. in c. quæ in eccleſiarum. colum. iij. de conſtit. ſcribentes in l. j. in. §. item acquiritur. in vltimis col. ff. de acquir. poſ. Aquen. in repe. l. vt vim. charta. pen. colum. j. ff. de iu. & iu. Dec. in c. eccleſia. colum. viij de conſtit. Hip. Bonon. in ſuo not. clxxv. & Moder. Taurin. in repe. l. fi. nume. 103. C. de pac.

Faciunt ēt prçdicta ad q̄onem, quæ per quoſdā annis p̄teritis excitata motaq; fuit.
5 vtrū, ſicuti † princeps eius ſnīam reuidere reuocareq; pōt ſi male prolatam inuenerit: ita poſsit id alteri cōmittere? prædicta probant ꝙ ſic: licet quidā cōtrariū diceret, concedētes ꝙ poſſet cōmittere cognitionē, nō autē diffinitionē, ne honorē ſuū in alterius manum reponeret, ſed ex hac regula & prç dictis patet reſpon. quia ſatis per ſe facere dicitur per alium faciens. Ad declarationē aūt verſiculi, eius vero. licet Deci. hic q̄dam ſcribat, vidēda ſunt. quæ plenius ſcripſimus in l. velle non creditur ſupra eo.

SVMMARIVM.

1 *Pendentia a futuro euentu non habetur vt pura.*
2 *Lex quando de futuris certa dicatur.*
3 *Quæ reſolui poſſunt de præſenti dicuntur.*
4 *Si repreſalia reuideri debent & approbari approbanda vel reprobari reprobanda, interim executio non ſuſpenditur.*
5 *Quantitas promiſſa ea lege, quòd facto calculo ſi minus debeatur illa minor quantitas promiſſa cenſeatur, interim executio non tardatur in quantitate promiſſa.*
6 *Excommunicatus niſi infra x. dies ſatisfecerit interim non dicitur excommunicatus.*
7 *Diſpoſitio quæ eſt in ſuſpenſo quo ad reſolutionem pura cenſetur.*
8 *Spes an ſuſpendat.*
9 *§. ſi pendeat. l. j. ff. ad maced.*
10 *Plura ſunt quæ a futuro euentu pendent.*

§. QVod pendet, non eſt pro eo quaſi ſit.

1 NOTA ꝙ † pendentia a futuro euentu non habentur vt pura ac prçſentia: & conſequēter ꝙ de futuris cōtingētibus non eſt determinata veritas. vnde Aret. in conſil. clv. periculoſum, col. iij. poſt Imo. in l. cētūrio ſupra de vulg. reprehēdit opi. Bart. ī d. l. cēturio. dum dicebat cōpendioſam ſubſtitutionē p verba directa nō ciuilia factā ſemper fideicommiſſariam interpretari ſi caſus mortis filij poſt pubertatem cōtingat, quia lex ab initio certa erat filium inſtitutū illo tempore moriturum. l. cū quidam. §. ſuum. ff. de acquir. hæredi. nam ſine dubio falſum eſt ſecundum Are. loco prælleg. quia vt
2 Bar. met dicit in d. §. ſuum. lex † non eſt certa de futuris euentibus, ſed de eo quod iam eſt in rerum natura, & quod modo aliquo homini notum eſſe poteſt, quia futuros euētus ſolus deus ſcit. vnde cum mori hoc vel illo tempore de futuro ſit euentu, non procedit. dicunt Imol. & Areti. ratio Bartol. immo cōfunditur per d. §. ſuum. & idem in effectu ſenſit Paul. de Caſt. in d. §. ſuum. colum. ij. Quantum tamen ad effectus reſultantes ex ſuis diſpoſitionibus lex certa eſſe dicitur de futuris, ſecundum Ripam in

d.§.centurio.colum.xxv.vbi prius per Ga
ſiaulam.col.xlv.& xlvj.vide eum.

Sumpta fuit regula iſta ex ll.per glo.al-
leg.facit l.pen.ſupra quando de pecu.act.
eſt anna.&.§.in nouiſsimo.l.vnicę.C.de
cad.tol.cum alijs de quibus per glo.in.§.ſi
pendeat.l.j.ff.ad macedo.Et quemadmodũ
vult hic glo.ſi ſint conditionalia,ante con
ditionis euentum ſuſpenditur diſpoſitio &
locum non habet. Eodem modo ſecun-
3 dum Dec.exemplificari poteſt in † re quæ
in futurum reſolui poſsit,quia de præſenti
dicitur certa,& alteratio illa quæ fieri pōt,
non eſt pro eo quaſi ſit,ſed potius quaſi nō
ſit l.ij.cum glo.ff.de in diem addic.vbi vē
ditio dicitur pura,licet reſolui poſsit ſub
conditione.Facit quod vult Bar.ad fi.l.iu-
4 lia.ff.de condi.indeb.ꝙ † ſi ordinatum fue-
rit omnes repreſalias reuideri debere,&
approbari approbandas,reprobari vero re
probandas,ꝙ interim non impeditur exe-
cutio,& ſic quamuis pſosint reſolui cōper
ta earum iniuſtitia,interim tamen currunt
& executio non retardatur.& ſequitur hic
Deci. Pariter inferri poteſt ad quæſtio-
5 nem † quādo in inſtrumēto eſt promiſſa cer
ta quantitas ea lege,quod ſi facto calculo
minus debeatur illa minor quantitas pro-
miſſa cenſeatur,dubitatum fuit,an in quan
titate promiſſa inſtrumentum haberet exe-
cutionem?prædicta faciunt ꝙ ſic.et ita So-
ci.ſe obtinuiſſe teſtatur in l.pecuniam.col.
i.ff.ſi certum pe.& in l.quibus diebus.in
§.quidam titio.col.fi.ff.de cōdi.& demō.
vbi ſimiliter dicit,ꝙ ſi ſuper exceptioni-
bus oppoſitis contra inſtrumentum guaren
tigiatum factum fuerit compromiſſum,cũ
ſtatuto repugnante non poſſet fieri ſuper
contentis in inſtrumento pendēte compro
miſſo,quamuis contenta in inſtrumēto poſ-
ſint reſolui per laudi prolationem ſuper ex-
ceptionibus,interim tamen inſtrumentum
pro puro habendum eſt & executioni mā-
dandum prædicta cautione de ſatisfaciēdo,
ſecundum formam laudi:iuxta auctē.quæ
ſupplicatio.

Ex prędictis pōt ēt inferri ad not.quæ-
6 ſtionem,† dixit iudex excōico te niſi ſa-
tisfeceris intra decem dies vtrũ interim ſit
debitor excōicatus?pſcripta faciunt ꝙ ſic.
cōtrariũ determinat Bal.i d.§.quidā titio.
quia quędā ſunt quę ad eſſentiā nō requi-
rũt morā,& tũc ꝓcedunt prędicta.Quędā
vero morā exigũt vt excōicatio,& tunc,
qa pēdēte cōditione nō eſt in mora,excōi-
catus non eſt,l.lecta,ver.ſed cũ ſortis,ff.ſi
cert.pet.& cũ iſta opi.trāſeũt Imol.& So-
ci.in d.§.quidā titio.allegātes pro hac de-
ciſione tex.in c.pręterea.el ii.de appel.

Aduerten.tñ eſt diligēter pro intelligen
tia prædictorũ & huiuſce materię,ꝙ regu-
la.§.noſtri de pēdentibus a futuro euentu
male adduci vr̄ ad qōnes prędictas,& ad
cōprobationē gloſ.d.l.ii.quę loquitur qñ
7 † diſpoſitio non eſt in ſuſpenſo quo ad eſſe
ſuum,ſed ſolũ quo ad reſolutionē,ideo ni-
mirũ ſi pura cēſetur.hęc.n.regula loquitur
de eo qđ pēdet ſimpliciter,quod pro puro
nō habetur. Et pro hoc vr̄ etiā tex.not.
in l.gallus.in.§.videñ ff.de lib.& poſth.ex
quo not.ibi Bal.ꝙ licet captus deſinat eſ-
ſe ſuus,tñ id nō eſt irreuocabiliter,ſed ſi po
ſtea in captiuitate decedat,apparet ſpem il-
lam quæ ſuberat inanē eſſe:ex quo infert,
ꝙ illud quod non pendet eſſentialiter,li-
cet pendeat quo ad ſpē reſolutionis,inte-
rim pendere non dicitur ſecus ergo ſi eſſen-
tialiter penderet,vt hic,de qua materia vi-
de quod ſcribit Aquen.in d.§.videndũ.co
lum.i.vbi reſoluēdo difficultatē ibi tactam
8 inquit,aut † quęrimus quantũ ad veritatē,
& tũc ſpes nō ſuſpēdit:aut vero quātũ ad
effectũ,et iuris diſpōnem interpretationēq;
& tũc attēdit futurus euētus.ſ.an reuertat
ab hoſtibus,an vero ibi moriat,& pp in-
certitudinē futuri euētus dr̄ ſtare in ſuſpen
ſo:vt ibi ꝓbatur,quicquid dixerit Bal.pro
qua diſtinctione adducit ēt l.fi.cũ ibi not.
C.de ſen.paſ.&.§.ſi ab hoſtibus.inſtit.qui
bus mo.ius pat.po.ſol.Et ſic vr̄ cōcluden.
ꝙ vbi diſpoſitio eſt in ſuſpēſo reſpectu re-
ſolutionis,pro pura hr̄ de pñti,quantũ ve-
ro ad effectũ & iuris diſpoſitionē attēdit
futurus euētus.Quādo vera tota diſpoſitio
pēdet,ſuſpēdit & ꝓcedit quod dr̄ in iſta re
gula. Sed cōtra pdicta vr̄ text.not.in l.i.
9 in.§.† ſi pēdeat.ff.ad maced.vbi ſi factum
fuerit mutuũ filiofa.pr̄e apud hoſtes exiſtē
te,ſicq; in pendēti ſit pp̄ ſpem poſtliminii
& reuerſionis,an patrifa.vel filiofa.factum
fuerit mutuũ,interim,dicit iuriſconſultus,
denegāda eſt actio,ſed tñ cōtrariũ ſtatueñ.
videbat,vt in caſu cōceſſo potius ꝙ̄ in ca
ſu ꝓhibito mutuũ factũ videret.Ille tex.lo
quitur qñ a futuro euentu diſpoſitio pen-
det & nō eſt dubiũ ꝙ attendi debet futu-
rus euentus,ſed ambigitur quid interim fa
ciēdũ ſit.& dicit actionē denegādā,qa vbi
aliquid pendet & pōt ſtare ſi ve habere,vt
ad ꝓhibitũ & vt ad ꝓmiſſum,ſemp ſtat vt
ad ꝓhibitũ.d.§.ſi pēdeat.& l.nec nos.C.de
capti.& po.reuerſ.& tradit Lan.Deci.in l.

edita.col.vj.C.de eden.& in l.j. ad fi.ij.colum.vbi Aquen.iij.C. de pac. De pluri-
10 bus vero† a futuro euentu pendentibus, vide tex. not.in.§.hoc autem.de non elig. ſecundo nub.l. pater filium.ff.de inof. teſt. l.legata cum dictis Soci.ibi.ff.de condi. & demon Barb.conſi.xliij.lib.j.Alex.& Iaſ. in l.vnica.colũ.fin.C.quando non pet.par. Iaſ.in l.duo iudices.ff.de re iudi. Deci.in l. precibus. colum.v. C. de impub. & aliis ſubſtit. Curt. in tracta.feud. in tertia parte in viii.q.

In fi.gl.ibi ſpeciale.ratio ſpecialitatis apparet ibi in tex.& in §.præcedenti.ne venter fame pereat,ſecundũ Alber.de Roſ.hic

SVMMARIVM.

1 *Quis ſoluere non tenetur pro alio, vt poſt ſolutionem repetat.*

2 *Habens actionem contra alium, non tenetur ſoluere ſed actionem cedere.*

L. CXXXI. Vlpianus.

NEmo ideo obligatur, quia recepturus eſt ab alio quod pſtiterit.

SVMITVR ex.§.apud ferocem.l. ſupra iter.ff.de aqua plu.ar.

1 Nota, ꝙ†non tenetur quis ſoluere pro alio,ob hoc ſolum,ꝙ poſt ſolutionem poſſit repetere,quia melius eſt non ſoluere ꝙ̃ ſolutum repetere:vt hic & d.§.apud ferocẽ Facit tex.l.fi.C.i quibus cau.reſt.in integ. non eſt neceſ.& tex.no.in l. quod debetur. ff.de pecul. & in l. qui actionem habet. & in l.minus ſupra eo. Et ſic quando quis nõ habet actionem contra alium,ſed poteſt ſoluendo acquirere,vt in l. ſoluendo. & in l. cum pecuniam.ff.de neg.geſt.non tenetur ſoluere & actionem ſibi acquirere. Sed ſi
2 †iam habeat actionem contra alium,antequam mihi aliquid ſoluat,et queratur vtrũ propter hoc ꝙ habet actionem teneať mihi? reſpon. teneri quidem non ſoluere, ſed illam actionem cedere.text. eſt not. in d.l. quod debetur. ſecundum Pau. de Caſt. & alios i d.§.apud ferocem.de quo vide Bar. & Alex.in l ſi maritus.ff.ſol.mat.Alex.in l.ſingularia.col.vi.ff.ſi cer. pet. & Soci. in conſi.cxliii.col.fi.vol j.

Et præſens regula generaliter procedit. nam lim.de quibus in glo.male cõueniunt,

quia non tenebatur in eis quis pro alio ſoluere eo ꝙ inde repetere poſſet,ſed propter aliam cauſam ſubſiſtentem: vt per Bart. & ſcribentes in d.§.apud ferocem.

SVMMARIVM.

1 *Iudici procedenti vt priuatus non eſt parendum. Etiam quòd facta bona ſint numero 2.*

3 *Citatus coram iudice notorie incompetenti non tenetur comparere.*

4 *Epiſcopus ſi facit compoſitionem de aliqua parte cum vſurario remittẽdo reliquum, nihil agit.*

L.CXXXII. Vlpianus.

FActum a iudice quod eius officiũ non pertinet, ratum non eſt.

IBI a iudice,ſubaudi alias, ſecundum Archiepiſcopum Flor.in i.parte ſummę ſuper regula,ea quæ fiunt. Et ratio regulæ
1 eſt, quia†vbi aliquid facit ad eius officiũ iuriſdictionemve non pertinens, tanquam priuatus videtur procedere:ideo ꝙ agit nõ ſubſiſtit,neque ei parẽdum eſt l.fi.ſupra de iur.om.iud.viſum fuit in.§.qui iuſſu.l. non videtur ſupra eo.plura accumulat Felyn. in c.cum ordinem.de reſcri.

Sumitur iſta regula ex ll.per gloſ. alleg. Et inſeritur etiam in vi. de reg.iur. in c.ea
2 quę fiunt. Proceditque hæc regula†etiã in his quæ bona ſunt,quæ a iudice fiunt.viribus enim non ſubſiſtunt cum ad illius officium non ſpectent.c.bene quidem. xcvi. diſtin. Eſtque generale non ſufficere bonum facere,niſi & bene fiat xvi.q.i.c. monachi.ii.
3 Inducitur iſta regula ad queſtio. de†citato coram iudice notorie incompetenti, vt comparere non teneatur: vt plene per docto.in l.ii. ſupra ſi quis in ius voc. non ierit. Item inducitur ad alias quæſtio.vt per Ioan.And.& Phil.Franc.in d.c.ea quę fiunt. vbi Archiep. Flor. pariter dicit, ꝙ
4 †ſi epiſcopus faciat compoſitionem cum vſurario publico de certa quota remittens reſiduum reſtitutioni obnoxium certis perſonis,nihil agit nec tenet remiſsio,quia epiſcopus non eſt iudex alienæ ſubſtantię. c. reintegranda.iii.q.i. Et abſolutio facta per confeſſorẽ a caſu peccati a quo non poteſt, non

non tenet. Et ſi prælatus præcipiat ſubdito aliquid contra regulam ſuam, vel aliqd ei reuelandum ſaluo ordine fraternæ correctionis, tale præceptum non obligat nec obtemperandum illi eſt. c. ſi peccauerit. ij. quæſtio. j.

SVMMARIVM.

1 *Verba dubia interpretantur contra fundantem ſe in verbis.*

2 *In dubio fieri debet interpretatio vt actus valeat.*

L. CXXXIII. Vlpianus.

IN contrahenda venditione ambiguum pactum contra venditorem interpretandũ eſt. Ambigua autem intentio; ita accipienda eſt, vt res ſalua actori ſit.

SVMITVR prima pars ex l. labeo ſcribit. ſupra de cõtrahen. emp. & ex l. veteribus. ff. de pact. Et inſeritur iſta regula etiam in vj. de reg. iur. in c. contra eum.

1 No. ergo, ꝙ † verba ambigua ſeu dubia interpretanda ſunt contra fundantem ſe in verbis ipſis, & qui potuit apertius loqui. Deci. hic col. j. nonnullas ampl. & declarationes ponit. latius & ordinarie glo. & ſcribeñ. in d l. veteribus. & in d. c. contra eũ. Et vltra vide innumeras cottas quas citaui in l. ſemper in obſcuris. ſupra eo.

2 Secundo no. ex ij. parte l. ꝙ † in dubio fieri debet interpretatio, vt actus valeat. Iſta regula habet plures concordantes & ſimi. & ex ea infertur ad multas quæſtiones, vt hic per Deci. & miror ꝙ non dicat verbum de Iaſo. qui omnia prius poſuit in l. quoties in ſtipulationibus. vbi idem dicitur quod hic. ff. de verb. obli. Eſt etiam tex. in l. quoties. la prima. vbi Soci. ponit. ff. de reb. dub. & l. in contrahẽda. ſupra eo.

SVMMARIVM.

1 *Donator non tenetur niſi inquantum facere poteſt.*

2 *Donatarius an & quando teneatur praſtare alimenta donanti.*

3 *Vſuræ centeſimæ non currunt poſt quadrimeſtre.*

L. CXXXIIII. Vlpianus.

IN cõdemnatione perſonarũ quæ in id quod facere poſſunt damnatur: non totum quod habẽt extorquendum eſt: ſed & ipſarum ratio habẽda eſt, ne egeant.

DECI. ſe remittit ad dicta l l. diuus. vbi quædam ſcripſi. ſupra eo. Gl. hic eſt multum corrupta. Alb. ex dictis Azo. in ſumma vnde extracta fuit hæc gl. eam corrigit approbando opi. Ioan. antiqui glo. ꝙ ſiue

1 † priuilegium detur ratione perſonæ, ſiue ratione contractus, vt in donatione, non tenetur quis niſi inquãtum facere poteſt, vt etiam hic per Alex. in apoſtil. ad Bar. Et approbant ẽt præalleg. ſcribentes gloſ. hic

2 volentem † donatarium teneri ad præſtandum alimenta donatori. declarantes gl. intelligi debere de obligatione cauſatiua, vt alere teneat ſi nolit perdere donata. ſecus in præciſa obligatione, quia directe non poſſunt peti alimenta, ita ꝙ præſtanda de neceſsitate ſint: reuocabitur tñ donatio ſi non præſtiterit, quia ingratus eſt donatarius. & ſequitur latius diſcutiens articulũ Ripa in repet. l. ſi. q. xlix. C. de reuoc. don. intelligendo de fructibus rerum donatarũ. & ad petitionem donatoris, ac de donatione ſimplici. Adde & propria omniũq; bonorum, vt patet ex allegatis hic per Alexan. in apoſtil.

Reputatur etiam no. gl. hic in fi. volens

L. CXLVIII. Celſus.

SI quis prægnantem vxorem reliquit: non videtur ſine liberis deceſſiſſe.

Pone caſum vt per glo. Facit tex. no. in l. cũ quidam. in. §. quod dicitur. ff. de ac-
1 quir. hære. vbi dicitur, ꝙ † proximus a filio poſthumo hæres, ſi mulier prægnans ſit vel eſſe putetur, hæreditatem adire non poteſt: quoniam mortis tempore qui in vtero eſt quantum ad moram faciendam inferioribus, & ſibi locum faciendum, ſi fuerit editus, pro iam nato habetur, prout etiam dicitur in l. qui in vtero. ff. de ſtatu hom. cum his quæ ſcribit Signorol. in conſi. j. & Moder. Aſten. in tract. de forma. char. viij. colum. iij.

2 Nec dicitur † ſine liberis deceſſiſſe qui vnicum filium reliquit. l. non eſt ſine liberis ſupra tit. proximo. & C de condi. inſer. l. j. in fi. Ad quam vltra dicta ibi per ſcribẽtes videre poteris. Roma. in cõſi. cxlviij. Paul. de Caſt. in conſil. lxxix. in antiquis. Corn. in cõſi. ccij. lib. iij. & cclxxv. lib. iiii. Capram in conſi. xviii. & xxii. Alexand.

cõſi.xxxviij.lib.vj. Anch.cõſi. cccxcvj. Crotum in repe.§.& quid ſi tantũ.col.vj. Dec.in cõſi.xvij.l.cccclxxvij.cccclxxx. col.iij ccccxcv.cccccxj.cccccxlv. ccccclxxxv. Iaſ.in cõſil.cxl.cum ſequenti. lib. ij.& conſi.lxvj. lib.iij.Curt.Iuni.in cõſi.
3 xj.& clxiij. Et quãuis †ob ventrem prægnantem relictum vt hic dicitur nõ defecerit cõditio,nõ eſt tamen impleta niſi naſcatur partus,vt hic per glo.& Deci.Qui etiã ait,ꝙ licet credatur mulieri ſe pregnãtem aſſerenti,hoc tamẽ intelligitur cõcurrentibus coniecturis, alias ſecus: iuribus, per eum alleg.

Et in pñti materia ventris prægnãtis in caſu ex raro cõtingẽtibus pulchre cõſuluit alias genitor meus dum in agro Vercellenſi ſerperet peſtis & crudeliter ciuitatem ipſam laniaret: Ex morbo peſtis deceſſerat ab inteſtato & ſine prole Dominicus Vrſus,relictis poſt ſe Andrieta matre et Magdalena vxore:quæ Andrieta intra paucos dies migrauit ex hoc ſeculo, & deinde Magdalena vxor,quæ dũ viueret ac tempore mortis ſe pręgnantem dicebat & pro tali a dicta Andrieta a vicinis & ab alijs communiter tenebatur & reputabatur,propter quod tam mater ipſius Magdalenæ ꝙ Andrieta ſocrus Faſcias & alia in hoc negotio neceſſaria præparauerant, de muliereq; ad ipſius cuſtodiam tẽpore partus prouiderant: Inſurrexit frater dictę Andrietæ dicẽs,ꝙ & ſi per ſtatutum Vercell. excludatur mater a ſucceſsione,reſeruat tamẽ eidem legitimam, & naturalẽ portionẽ de iure debitam,quã ſibi vt fratri perſolui darique requirebat, attento ꝙ dicta Magdalena deceſſerat vt prædiximus nulla edita prole,dubitari contingit de pluribus.

Primo vtrũ poſsibile eſſet,& certitudinaliter,& infallibiliter cognoſcere,iudicareque mulierem prægnantem eſſe.

Et ſi id fieri non poſsit, vtrum poſsibile ſit per ſigna aliqua: Vel demonſtrationes, aut verba probabiliter p̃ſumere, tenereq; mulierem prægnantem eſſe.

Tertio poſito,ꝙ prẹſumptio prẹgnãtiæ cõceſsibilis ſit,vtrũ eſſet in caſu prędicto: ſufficeretq; ad iudicãdum ꝙ Andrietę prędictę ius nullũ cõpeteret in bonis relictis per dictum Dominicũ in eius hæreditate ratione legitimę,aut alio reſpectu.

Ad primũ,poſſent pro & cõtra coloratę
4 aliquę rõnes adduci.Nõnulli†phyſici aſſerunt cõem opi.eſſe ſecũdum Canones phyſicales ꝙ impoſsibile ſit certitudinem talẽ infallibiliter habere: Hippocrates tamẽ in lxj.Aphoriſmo, ſi mulieri purgationes,inquit,non exeũt, neq; frigore ſuperueniẽte, aut febre,anxietates,defectiones,abominationes animi ei acciderint:hãc in vtero habere reputa.Et quãuis Galenus in commẽto dicti aphoriſmi dicat prædicta oĩa abſq; ſubſequente cõceptu euenire poſſe, cũ ſtomacho aut alij mẽbro mali dominantur humores: vnde oportere,ait, medicũ rem bene proſpicere: nõ propterea cõcludit Galen.eſſe impoſsibile prægnantem mulierẽ cognoſcere, immo contrariũ præſupponere videtur, dicẽdo oportere medicũ bene ꝓſpicere,ꝙ videlicet peritus & expertus, ſciet diſtinguere,prudẽter ſubtiliterq; conſiderãdo vtrum ſit prægnãtia vel defectus humorũ, maxime cũ ſint multa alia ſigna indicatiua demõſtratiuaq; prægnãtiæ, de quibus per Hippoc. loco præallegato in xl.Aphoriſmo, per Raſim & Serapionem in varijs locis.& Auicennam vigeſimaprima tertij tractatus cap. xj. de ſignis prægnationis. vbi plura quam faciant alij prægnationis ſigna ponit.

Idcirco ad ſecundum faciliter breuiterque reſpondebat, poſsibile eſſe probabiliter per ſigna, actus,& plures demonſtrationes præſumere,ac tenere mulierem eſſe pręgnantem, Vt † quando venter adoleſcentulæ nuptui traditæ,quę ventrem planũ habere cõſueuerat,creſcere,tumeſierique paulatim incipit,& de die in diem ſic procedit. talis enim excreſcentia & tumefactio ventris infirmitate ceſſante prægnantiam arguit,ſecũdum Phyſicos præallegatos,maxime qñ a vicinis,ab obſtetricibus, & ab expertis mulieribus tenetur ꝙ talis prægnãs ſit,pro prægnãte præſumitur & reputatur. Et ſimilis excreſcẽtia & tumefactio ventris mouit perturbauitq; Ioſeph virũ Mariæ virginis,adeo ꝙ illam clam voluit dimittere: vt habetur Matth.j. vbi Nicolaus de Lyra dicit fuiſſe dignam dubitationem Ioſeph. Sed hæc illo cogitante apparuit ei Angelus in ſomnis dicẽs, Ioſeph filij Dauid. Noli timere accipere Mariam in coniugem tuam quod enim in ea eſt de ſpirituſancto eſt. Ecce quomodo per ventris excreſcentiam & tumefactionem vltra ſolitum cognouit Ioſeph veram Marię virginis prægnationem, adeo ꝙ eam dimittere voluit niſi ei Angelus cauſam & modum excreſcentiæ ventris declaraſſet.Et niſi talis excreſcentia ventris prægnantiã argueret,fruſtra occuparet membranas tie

tu.ff.de vent.inſpi.

6 Eſt etiam aliud ſignum, quando † talis mulier mammillas tumidas & lac in eis habere incipit, hoc pręcipuum ſignũ eſt pręgnationis, accedente maxime tumefactione ventris eiuſque continua ſuperexcreſcentia: ſecundũ Serapionem præallegatũ. Bald. in rub. C. de proba. col. iiij. & Firmia. in repertorio in verbo fœmina, & in verbo prægnantia.

7 Aliud ſignum prægnãtię eſt, quãdo † mulier quæ ſolebat menſtruari ceſſat a menſtruo: ſecundũ prędictum Serapionem.

Et dicunt nouiſsimi phyſici, ꝙ ſuperfluitas illa humoralis quę quolibet menſe regulariter mulierem occupat, ob quod mẽſtruũ dicitur, deſit ceſſatque ſtatim ꝙ mulier pręgnans eſt; & animatum eſt puerperiũ, quia ex ſuperfluitate illa nutritur, ſecundum aliquos.

Aliud ſignum quod in pręgnantibus cõ-
8 muniter accidit eſt, quia † ſupra faciem mulieris pręgnantis certę maculę ſuperueniũt, quę vulgo, panne, nuncupantur: ſecundum Serapionem.

9 Eſt aliud ſignum † pręgnantię mulieris, quia vt plurimum res extraneas, & aliquãdo quas non licet appetunt comẽdere.

10 Certũ vero † pręgnationis ſignum eſt, quando mater ſentit partum in vtero moueri, ſicut cõtigit in Hęliſabeth. Lucę cap. j. ibi, exultauit pre gaudio infans in vtero meo. motio tamẽ illa in vtero Heliſabeth facta fuit principaliter ex permiſsione mãdatoq; Dei, ad declarationem ſanctitatis virginis & prolis in eius vtero exiſtentis. Naturaliter ea motio ĩ muliere fit partu tantum animato, antea fieri non poteſt, quod quando ſit declarat tex. cum glo. in c. quod vero cum ſequenti. xxxij. q. ij. & in c. j. v. diſt. Et licet phyſici dicant talem motũ in vtero contingere poſſe aliunde ꝙ̃ propter prolem & partum, hoc fatendum eſt, quia vt Galenus loco ſupra alleg. dicit, etiam in homine ratione alicuius vẽtoſitatis contingere poſſet: in muliere tñ quę quatuor vel quinque menſibus vterum grauem portauit, ꝙ contingere poſsit ſimilis motio quin ipſa cognoſcat ꝙ ſit motus infantis credendum non eſt.

Sunt ẽt multa alia ꝑꝑ quę pręſumitur, immo tenetur ꝙ mulier pręgnans ſit. puta
11 † qñ mulier dicit ſe eſſe pręgnãtem. Credẽdũ. n. ei eſt cum de facto ſuo agatur: ſcdm Ang. in l. illud. ff. ſi pars hęre. pet. Pau. de Ca. in ꝑalleg. §. quod dr. Deci. hic ĩtelligit cõcurrẽtibus ẽt aliis coniecturis per l. j. in prin. ff. de ventr. in poſ. mitt. ibi, nec ſe pręgnãtẽ dicere ſufficit. adde aliũ not. text. ff. de vẽ. inſpic. in §. de inſpiciẽdo. l. i. vbi mortuo marito ſi mulier ſe pręgnãtẽ dicet, his ad quos ea reſpertinebit procuratoribuſve eorum bis in mẽſe denunciandũ curet, vt mittãt ſi velint quę ventrẽ inſpiciãt. Sola ergo mulieris aſſertio & denunciatio non ſufficit ad iuſtificationẽ allegatę pręgnationis: obſtetricum vero depoſitio adiuncta ſufficiẽs eſt, immo ſola ſufficit: vt per Ang. in d. l. illud Pau. & Roma. in d. §. quod dr. Fama aũt vicinię vel cõis opinio cognoſcentiũ & amicorũ pręgnationẽ probãt: ſecundũ Pau. de Ca. & Rom. loco ꝑalleg. & ibidẽ Are. in pe. col. Et ſi aliter diceremus probabiliter cognoſci, aut teneri nõ poſſe mulierẽ eſſe ꝑgnantem, ſuperuacua eſſent quę Phyſici ꝑdicti tradũt. & iura multa ſuperflua: vt l. pręgnantis. ff. de pœn. l. imperator. la. ii. ff. de ſtatu hom. quibus cauetur executionẽ mulieris pręgnantis ad mortẽ damnatę differri donec partũ ediderit. Idẽ eſſet dicendũ de titulo. ff. de ventre in poſ. mit. & ff. ſi ven. nomine muliet. ac ẽt de vẽtre inſpic. qui nõ inſpicitur, niſi ratione tumefactionis, nec per inſpiciẽtes inuita muliere tangi debet. l. i. §. de inſpiciẽdo. ff. de vent. inſpi. Erit igĩ vera cõcluſio poſſe ꝓbabiliter cognoſci, pręſumi, & teneri ex multis ſignis mulierem eſſe pręgnantem.

Pro reſolutione tertii dubii dicebat geni-
12 tor meus, ꝙ in caſu propoſito vbi † pręſupponebatur poſſe ſufficienter probari, quẽadmodum Magdalena tempore ſuę vitę & mortis ſe pręgnantẽ eſſe dicebat, plura ſigna pręgnantię oſtendendo, quodq; Andrieta prędicta eius ſocrus tenebat & reputabat illam pręgnantem, faſciaſque & alia ad partum neceſſaria pręparauerat, & de muliere ad illã in partu cuſtodiendo prouideret, & ꝙ cõis opinio vicinorum Magdalenę erat illam fuiſſe pręgnantem: nullum ius cõmpetebat tempore mortis eidẽ Andrietę in bonis & hęreditate dicti Dominici filii ſui: Quia vbicunque & quotienſcunq; is qui putat vel pręſumitur in vtero eſſe, ſi naſceretur omnes excluderet qui ius in hęreditate pretendunt, impedit aditionem hęreditatis quandiu incertum eſt an naſcatur naſcive poſsit l. antiqui. l. illud. & §. quod dicitur. in ſuperioribus allegatis. in quibus locis Angel. Pau. de Caſt. & alij ſcribentes notant: & ꝙ fama, & communis opinio pręgnantię mulieris impe-

Digitized by Google

dit aditionem hęreditatis, tradit etiam poſt glo. & Ioan. de Imol. Are. in præalleg. §. qd dicitur. col. pen. & in l. ventre. col. j. per illum tex. ff. de acquir. hære. Et conſequenter cum ipſi Magdalenæ mortis tempore in bonis & hæreditate Dominici filij ob ſpem poſthumi, cuius natiuitas ſperabatur & expectabatur, ius nullum competeret, ad hæredem ſuum pariter nullũ ius potuit tranſmittere, quia nemo plus iuris ad alium transfert ꝙ ipſe habeat. l. traditio. ff. de acquir. rerum domi. l. nemo plus iuris ſupra eo. tit. Ad quod facit optime text. l. lucius. in. §. fi. & l. qui habebat. ff de vulg. & eſt caſus in. §. ſin autem aliquid ſub conditione. l. vnicę. C. de cadu. tollen. & in l. ſi cum hæres. ff. quãdo dies leg. ced. cum accumulatis per Anch. in conſi. ccclxiij. incip. viſis diligenter. & Barba. in ſua Ioannina ſuper c. raynaldus. fol. liiii. ſuper glo. ſi forte rem. de teſta. cum ſimilibus. Quę quidem ſuprascripta concluſio ſatis clare probatur per regulam legis noſtræ volentis, non videri ſine liberis deceſsiſſe qui vxorem prægnãtem reliquit: ergo venter plenus ita impedit matri defuncti ius quæri, quemadmodũ impedirent liberi ſi reliquiſſet. quæ omnia nota.

SVMMARIVM.

1 Repugnãtia ſeu contraria ſe inuicẽ elidũt. Limita nu. 4 6. 7. 8. 9. 10. 11.

2 Contrarietas quæ dicatur. & quotuplex.

3 Prohibita reprobatione teſtium, non videtur prohibita reprobatio quæ ex contrarietate reſurgit.

5 In contrarijs coniecturæ fortiores præualent.

11 Reus contrarias exceptiones proponere poteſt

12 In diſpoſitionibus contrarijs quæ præualere debet.

L. CXLIX. Celſus.

VBi repugnantia inter ſe in eodẽ teſtamento inueniuntur, neutrũ ratum eſt.

SVMPTA fuit ex ll. per glo. alleg. Decius adducit concordantes, habet prope infinitos, prout tradunt omnes ſcribeñ. in l. i. C. de furt. & in l. litiæ. ff. de cõdi. & demõ. & in c. vt qui duas. de elec. lib. vj. cũ aliis

1 infra allegandũ. Nota ergo, † ꝙ repugnãtia ſeu contraria ſe inuicem elidunt, ſibiq; inuicem fidem derogant, vt etiã dicitur in d. l. j. & in l. ſcripturæ. C. de fide inſtr. earumque rerum naturaliter inter ſe pugna eſt: vt dicit iuriſconſultus in l. ius noſtrum. ſupra eodem tit. vbi nonnulla ſcripſimus. propterea allegans contraria non auditur. iuribus præalleg. contradictoria enim, & ſeu contraria & repugnantia nõ poſſunt in eodem ſubiecto ſtare. quinimmo vnius incluſio alterius eſt excluſio. clem. gratię. de reſcript. cum præalleg. Et eſt ſimiliter philoſophorum regula dicentium, contraria ſimul ſtare non poſſe, ſed mutuo ſe expellere, vt per Philo. in x. metaph. in prædicamentis, ſiue fuerint contraria priuatiuę, ſiue poſitiue, ſicut calidum non ſtat cum frigido, nec album cum nigro, nec tenebre cum lumine, vnde quia boni malis cõtrarii ſunt, mali illos infeſtant & perſequuntur. c. qui ſecundum carnem. xxiij. q. iiii.

2 Et contrarietas † eſt in eadem vel diuerſis rebus contraria & incompatibilis qualitas: ſecundum Bald. in d. l. j. colum. pe. de furt. Sunt autem directo contraria ſeu repugnantia capitula. de legitimitate puta, & illegitimitate. De præſentia, & abſentia. De furore, & ſana mente. De actu ſpontaneo, & coacto. De virginitate, et corruptione. cum hæc & ſimilia de eiſdem perſonis & actibus eodem temporis inſtanti ſic contrariæ formentur: ſecundum glo. in cle. fin. de teſti. Et quædam ſunt contradictoria ſeu contraria, quorum vnum neceſſe eſt verum eſſe alterum falſum, vt ſi vnus teſtis dicat me contraxiſſe alter neget. de neceſsitate enim vnus verum dicit alter falſum. l. optimam, C. de contrahen. & commit. ſtip. licet interdum neuter puniatur, quia quis falſum dixerit neſcitur: vt not. in l. duobus. in. §. fi. ff. de iur eiur. Quædam ſunt cõtraria in quibus teſtes vtriuſque partis poſſunt eſſe falſi, vt ſi vnus dicat omnes de cap. interfuiſſe, alius ꝙ nullus: vterq; de falſo puniri poterit, ſi quidam interfuerũt, quidam non l. ſi is qui ducenta. in. §. vtrũ. ff. de reb. dub. cum not. contraria ergo ſimul vera eſſe non poſſunt, ſed falſa ſic. Bald. in d. l. j. colum. iii. Adeoque legi odioſum eſt contrarietatis & repugnantię vitium, ꝙ neque ſimplicitas, neque ruſticitas excuſat: nec remota nullitate vel exceptione intelligitur

tur remota illa quæ continet in ſe contra-
3 rietatem. Et pariter † prohibita reprobatione teſtium, non videtur prohibita reprobatio quæ ex contrarietate ipſorũ teſtium ſurgit. Deci. hic & plenius in l. edita. colũ. xiiij. cum ſequẽ. in tertia regula Bart. C. de eden. & in l. fi. illo. eo. titu. in quibus locis concluditur nec legiſlatorem, nec deũm poſſe ſimul repugnantia in eſſe producere. de quo in ſuperioribus dixi. Nunquid autem iudicium in quo quis eſt ſibi contrarius ſit ipſo iure nullum, an vero ita demum ſi excipiatur? ponit Bald. in l. ordinarij. col. ij. & iij. C. de rei ven. faciũt quæ Deci. ſcribit in d. l. edita, col. antepe.

Et per hanc regulam cum præallega. dixit Bal. in l. j. col. iij. C. qñ prouoc. non eſt neceſſe. ꝙ ſi reperiantur duæ ſententiæ eadem hora prolatę, ſiue duo inſtrumenta cõtraria, neutrum valet. Item ſi ille cui tam ex teſtamento ꝙ̃ ab inteſtato alicuius ſpectat hæreditas adeat hæreditatem ab inteſtato proteſtatione præmiſſa, ꝙ non vult, neq; intendit cauſæ teſtati renunciare propter repugnantiam & contradictionẽ, redditur actus nullus: ita Aret. in l. illud. in fi. ff. de acquir. hæred.

Reſtringitur modo & limitatur hæc regula cum prædictis pluribus modis. Et primo qñ eſt tanta tamque preciſa contra-
4 rietas ꝙ nullo modo tolli poteſt: † ꝙ ſi cũ aliqua diuiſione, diſtinctione, ſeu alio legitimo modo remoueri poteſt id omnino fieri debet, cum quælibet diſpoſitio ſic interpretari ac intelligi debeat, ne ſibi contradicat ſi fieri poſsit. §. quibus. in prima cõſtit. C. §. cæterum. in auct. de fide inſtru. c. inter dilectos. de fide inſtru. Deci. hic. & in l. fi. C. de eden. & in conſi. cxcv. col. ij. & conſi. dcliij, col. fi. Alex. in conſi. clvj. clxx. & cxc. col. iiij. lib. vj. Iaſ. in Spe. feud. in princi. in vij. col. verſi. item licitum eſt. Bal. & Pau. de Ca. in l. ij. ff. ne quis eum qui. dum loquuntur de producente poſitiones quæ contrariæ videntur, vt ſi petas a me centũ & opponam te non ſoluiſſe, Item me præſcripſiſſe, quia hæc contraria eſſe videtur: intelligi debet, dico me præſcripſiſſe caſu quo conſtet te ſoluiſſe: vt etiam per Rimi. in l. j. col. xij. C. qui admit. Et ſi dicaẽ rem eſſe cõem pro diuiſo ſicq; videatur repugnantia, cum nihil diuiſum ſit cõe, remouetur tñ contrarietas habito reſpectu ad totã rem. ſi enim pro vna parte ſit mea, & pro alia etiam diuiſa tua ſit: ſatis poteris cõis dici, quia nec tua nec mea abſolute dici poteſt: vt per gl. in l. id quod noſtrum, ſupra eodem. & in terminis vult Deci. in conſil. cclxxxviij. col. fi. & in depoſitione teſtis a contrarietate ſaluandi, pulchre ſcribit Iaſo. in l. j. col. iii. ff. ſi cer. peta. & Fely. in c. cum tu. de teſti. Ex prędictis, ꝙ contrarietas remoueri debeat ſi fieri poteſt in qualibet diſpoſitione, infert ad deciſionem multarum quæſtionum Cardi. Pariſi. in conſi. vii. col. i. libr. iii. & in conſi. i. colũ. ix. lib. iiii. & in conſi. lxxii. col. antepen. in eo. volu. & in pluribus aliis ſuis conſiliis.

Quod ſi ſit tanta eiuſdem diſpoſitionis cõtrarietas ꝙ nequeat remoueri neutrum
5 valet, vt hic dicitur: ſed † ſi pro vna parte ſint meliores rationes vel plura & fortiora ſigna, præualet pars illa, arg. l. quæritur. ff. de ſtatu homi. & c. capellanus. de feriis. Faciunt quę diximus in l. mutare conſilium. ſupra eod. & quæ poſt Bald. ſcribit Alex. in conſi. cxc. col. iiii. lib. vi. ꝙ quando ſunt plura inſtrumenta repugnantia illi creditur quod maioribus adminiculis iuuatur. Propterea dicebam alias in differentia cuiuſdam muri quem vnus vicinorum cõem dicebat propter feneſtellas in eo ex ſui parte exiſtẽtes: iuxta ea quæ ſcribit Cæpo. in tract. de ſerui. vrba. prædi. in tit. de pariete ſeu muro. col. ii. & iii. alter proprium aſſerebat propter duos magnos terminos longitudine vnius pedis extra murum ſe protendentes ibiq; defixos, quibus murum non eſſe cõem ſed proprium ſignificari dicebat, alias dicti termini eſſent ibi ſine effectu. In tali repugnantia vr̃ debere præualere partem illius pro quo ſtant termini, tanꝙ̃ ſint ſigna potentiora & vrgentiora ad oſtendendum eius proprietatẽ muri prædicti. Faciunt ẽt quæ ſcribit Iaco. de ſancto Geor. in trac. de thoidis ſeu operis. col. xi. dum vult ꝙ exiſteñ. hincinde cõiecturis & argumentis ad venditionem & permutationem, iudicandus ſit contractus ſcđm fortiores coniecturas & argumenta.

6 Secundo limi. niſi † repugnantia ſit inter principium et finem alicuius ſcripturę: tunc enim attenditur finis, qui principio derogat & per quem receſſum cenſetur ab illo. arg. l. pacta nouiſsima. C. de pact. propterea vltima diſpoſitio teſtamenti attenditur: vt per Deci. in conſi. dcliii. col. fin.

Ideo in ſtatutis qñ duo ſtat. ſunt contraria, vltimum attenditur: immo qñ vnum ſtat. ſibi ipſi contradicit, ſeruari debet qđ vltimo loco ſcriptum eſt. ita Angel. in l. in ciuile, ſupra de legib. per gl. ibi. Et reſpon.

ad hanc legem, ꝙ loquitur vbi eſt ſuſpicio falſitatis, vt ibi per eum. Propterea diceba tur alias in quæſtione occurrẽti ſuper quo dam inſtrumento, per quod ceſſum erat ius redimendi & recatandi, & cõſtitutus quis procurator in rem ſuam in multis partibus inſtrumenti, poſtea in fine inſtrumenti dice batur, ita tñ ꝙ quicquid per præfatum B. vigore præſentis inſtrumẽti & contentorum in eo geſtum & negotiatum fuerit faciat ipſe B. ad commodum & vtilitatẽ ipſius dñi conſtituentis &c. Quod hæc verba in fine inſtrumenti poſita quæ ſunt attẽdenda alterabant naturam ceſsionis & faciebant tranſire in ſimplex mandatum reuocabile per pœnitentiam, vel morte re integra: per glo. & doctrinam Saly. & Pau. de Ca. ibi in l. per diuerſas. C. mand. Sed confundi videntur prædicta per l. nam ad ea. ff. de condi. & demon. vbi incontinenti nõ præſumitur quiſpiam ſe corrigere, ideo Deci. in l. pacta nouiſsima. col. j. C. de pac. dicit illam regulam intelligi qñ ſecunda diſpoſitio contraria primę facta eſt ex interuallo, ſecus ſi incontinenti, quia attenditur prima præcipue plenior, cum non præſumatur quis incontinenti ſe corrigere. d. l. nam ad ea. Quod confirmari poteſt ex pluribus quę ſcribit Alcia. in tracta. pręſump. in xxviij. pręſump. ii. regulę, & Corne. in conſi. cccviij. lib. iiij. Alex. clare in conſil. clxx. lib. vj. Et propterea in caſu ceſsionis prędictę ego conſului oppo. ꝙ immo erat ceſsio & conſtitutio procuratoris in rem propriam, prout principium dicti inſtrumẽti in pluribus clauſulis clare oſtendebat: et ꝙ clauſula in fine poſita cenſetur potius per errorem poſita, ꝙ̃ quod partes voluerint ſe corrigere. l. quoties. §. tantũdem. ff. ff. de hęredi. inſti.

Et prędicta procedunt niſi pręciſe conſtaret de voluntate partium ad correctionẽ tendente, illa enim attenderetur quia actus agentium &c. l. non omnis. ff. ſi cer. peta. Deci. in d. l. pacta nouiſsima. colum. j. Et in iſtis terminis ſaluari poſſent quę ſcribũt Ang. in dicta l. in ciuile. & Deci. in conſil. dcliij. colum. fina.

Tertio limi. quę dicta ſunt de allegante cõtraria ſeu vtente contrarijs remedijs vt audiri non debeat, vbi quis eſt contrarius
7 eodem tempore & inſtanti: ſecus † ſi intẽtauerit ſucceſsiue remedia contraria: vt per Bar. Alexan. Iaſ. & alios in l. naturaliter. in. §. nihil commune, in iij. lectura. ff. de acquiren. poſſeſ. vbi petitorium & poſſeſſ. retinendę, quia contraria ſunt (quia in petitorio dico aduerſarium poſsidere. l. j. C. de alie. iudi. mut. cauſa fac. in poſſ. retinendę dico me poſsidere. l. j. ff. vti poſs.) poſſunt tamẽ intentari ſucceſsiue licet ſimul & ſemel non. Sed dic iſtud eſſe, quia intentãdo poſſeſſorium retinendę a primo remedio contrario receſſum videtur, illique renunciatum. Alexã. & Iaſ. in d. §. nihil commune. in iij. lectu. Intellige prędicta, niſi cõuentus negauerit quod per actorem aſſertum fuit, non enim tunc poſſet dicere per ſecundum eſſe primo renunciatum, cum ſe iuuare quis nequeat ex eo quod impugnauit, vt ibi per Alexan. col. xiij. verſi. item ex hac tertia lectu. & ſequuntur poſteriores. Vbi autem quis ſuccubuit in intẽtato remedio, põt ad contrariũ ſe cõferre, & ſic in diuerſis inſtantijs allegare contraria & cõtrarijs remedijs vti. l. aurelius. §. fi. ff. de libe. leg. no. Are. in l. j. C. de fur. Iaſ. in d. §. nihil cõe. col. vij. ver. ſcdo principal'r. no. Alex. in l. qui Romę. in. §. pe. de verb obl.
8 Quarto limi. vbi † incertitudo ex facto conuenti procederet. tunc enim licet actori contraria remedia intentare: vt per Barto. in l. vbi autem non apparet. in. §. fin. ff. de verbo. obligati. & ita erat in d. §. nihil commmune. ſecundum iij. lectu. Bart. quia reus confeſſus fuerat actorem poſsidere: ſecundum quoſdam Mod. ibi dicentes, ꝙ ſicut tunc admittuntur contrarię probationes, ita admittunt contrarię poſitiones: vt per Alex. conſi. lxxxij. col. iij. lib. ij.
9 Limita quinto † niſi pars velit vnũ ex contrarijs remedijs per actorem in ſuo lib. intentatis acceptare, quia iſtud poteſt facere. Bal. in l. cum precum. ad fi. C. de lib. cau. Deci. in d. c. ſolicitudinem. in viij. no. de appel. & Abb. in c. cum olim. in not. de
10 cenſi. Sexto limi. niſi † quis intentaret contraria remedia ſubordinate & conditionaliter: vt pulchre per Roma. in conſi. cccxcij. circa princi. colum. ij. & per omnes ſcribentes in l. edita. C. de eden. in materia cumulationis. propterea vbi aduocati in iudicijs opponunt de contrarietate & repugnantia remediorum intentatorum, ſolet replicari id friuolum eſſe cum ſubordinate propoſita fuerint & cumulata, quo caſu nulla regula impeditiua cumulationis obſtat & petitio ratione ſubordinationis ſuſtinetur.
11 Septimo & vltimo limi. in † reo, quia licet agendo non liceat contraria proponere, ſecus tamen eſt excipiendo, vt dicit gl.

in c.ſi a ſubdelegato. in verbo contrarius in fi. de offic.delegat.in vj.declarando, vt per Phil.Franc.& alios in c.nullus pluribus.de regul. iur.lib.vj.& plenè ſcripſi in l.nemo ex his.ſupra eod.ti.vbi eſt tex.ſecundum intelligentiam gl.& doct.

12 Stante autem † repugnantia & contrarietate diſpoſitionum, quæ præualere debeat, affirmatiua, aut negatiua: fauorabilior, vel æquior & iuſtior, ponit Deci.in l. ſi ruffinus.col.j.C.de teſta.mil.Et ſi concurrant cauſa naturalis & accidentalis, ſeu magis potens & minus potẽs, aut duæ qualitates repugnantes, quæ præualeat & attendi debeat, tradit poſt alios Seueri.in repeti.l.cunctos populos.fol.xvij.verſi. nec obſtat lex qui habet.C.de ſumma trini.Faciunt not.per Iaſ.in l.j.in prima lect.in ij. col.ff.ſolu.ma.ꝙ exiſtentibus duobus teſtibus cõtrarijs eodem tempore factis, ſeu datis duabus contrarijs prouiſionibus eodem tempore, ille qui reperitur in poſ.præfertur.Et ſi ſit dubietas ratione perplexitatis & concurſus plurium locorum quis locus attendatur: ponit Bru.in paruo ſuo tracta.de rebus ſeu diſpoſitionibus dubijs. fol.xlij.cum ſeq. & in eodem tracta. plura congerit de dubijs & repugnantibus diſpoſitionibus.

§. QVAE rerum natura prohibentur, nulla lege confirmata ſunt.

Expedita fuit in l.impoſsibiliũ. ſupra eod.ti.

SVMMARIVM.

1 *Pupilli voluntas nulla eſt.*

L. CL. Celſus.

PVPILLVS nec velle nec nolle in ea ætate (niſi appoſita tutoris auctoritate) creditur. Nam quod animi iudicio fit, in eo tutoris auctoritas neceſſaria eſt.

In text.ibi animi iudicio. exponas, id eſt i quo intellectus requiritur, ſiue animi diſcretio, ſecundum Albe.

1 No. † pupilli voluntatem nullam eſſe: ideo illum tutore qui eũ regat egere. quicquid enim videt ignorat, & quid faciat neſcit, vt diximus in l.in eo. in.§.pupillus. & in l.pupillũ.ſupra eo.vbi declarauimus quãdo dicatur pubertati proximus, doliq; capax: & quomodo tunc obligetur.

SVMMARIVM.

1 *Tempus pro tempore ſæpe ponitur.*

2 *Dotalia bona non dicuntur eſſe in bonis mariti.*

L. CLI. Celſus.

QVOD euincitur, in bonis noſtris non eſt.

De materia euictionis habemus ſpeciales ti.& amplas ſcribentium doctrinas, quæ hic non ſunt replicandæ: neq; inculcandæ. Exponi vero debet, euincitur.i. euictum eſt, vt hic per glo.& Albe.ſicque

1 † tempus pro tempore ponitur, de quo videnda ſunt quę diximus in l.generaliter.ſupra eo. Et huiuſce regulæ ratio aſsignari poteſt. re enim iuſte euicta nec actionem nec exceptionem ad rem illam habeo, ideo nimirum ſi nõ dicitur in bonis noſtris, per iura infra alleg. Pro declaratione igitur & intelligentia regulæ & materiæ videbis.l. rem in bonis.cum glo.ff.de acqui.rer.domi.& l.bonorum appellatione.§.in bonis. ſupra ti.proxi.& Deci.in conſ ccxxxvij.

2 col.fi. Et mirum videtur, ꝙ † bona dotalia dicantur non eſſe in bonis mariti, vt hic per Deci.poſt Bar.quem videbis in l. lucius.in.§.idem reſpon.el ij.ff.ad munic.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium principis alicui datum, nõ ſubſiſtit ſi ille erat mortuus. Et quomodo procedat.*

2 *Beneficium mortuo datum quãdo valeat. Et quid ſi per eccleſiam datum fuerit numero 3.*

4 *Mortuus quando poſsit ſepelliri in loco ei viuo prohibito.*

5 *Mortuus laudari poteſt.*

6 *Beneficij interpretatio ad concedentem ſpectat.*

L. CLII. Celſus.

NERATIVS conſultus,an quod beueficiũ dare ſe quaſi viuenti Cæſar reſcripſerat, iã defuncto dediſſe exiſtimaretur: Reſpondit non videri ſibi principem ꝙ ei quem viuere exiſtimabat conceſſiſſet, defuucto conceſſiſſe. Quem tamen modum eſſe beneficii ſui vellet, ipſius æſtimationem eſſe.

SVNT duo dicta. Primum ꝙ priuilegium alicui tanꝗ̃ viuenti datum mortuo non competit. Secundum ꝙ interpretatio beneficij ad principem concedentem ſpectat: ideo ipſius æſtimationem eſſe dicit. hoc eſt cõſiderationẽ, iuxta illud Ouidia.

Hæc quicunque leget, ſi quis leget, æſtimet ante.

Prius enim rem æſtimamus, hoc eſt conſideramus. Deinde exiſtimamus, id eſt iudicamus.

In tex.ibi,quaſi viuenti. nõ credas eſſe notam improprietatis,ſed voluit iuriſconſul.dicere tanꝗ̃ viuenti,patet ex ſequentibus ibi,quem viuere exiſtimabat. In eo.tex.ibi,quem tñ modum exponitur & declaratur ſecundum Alber.ſ.vtrum ad hæredem tranſire debeat vel non.

1 Not.primo ex tex.ꝙ† ſi princeps ei quẽ viuere opinabatur beneficium dederit, & ille mortuus comperiatur, conceſſio non ſubſiſtit. Ratio eſt in promptu, quia in interpretatione huiuſce beneficij,ſeu priuilegij mens cõcedentis attendi debet.c.cum te.de reſcrip.c.inter alia. de ſen.excom.l.ex facto.in prin.cum ibi not.per Iaſ.in iij.no.ff.de vulg.ſed in propoſito noſtro mẽs principis fuit viuenti dare,ideo mirum nõ eſt ſi non tenet cõceſſio comperto ꝙ mortuus ſit. Sed refragari vr̃ tex.in l.ſi iam facta.ff.de condi.& demon,vbi legatum a teſtatore ſub conditione caſuali factũ debetur,licet conditio ante teſtm̃ impleta eſſet ignorante teſtatore, cum multis alijs iuribus alle.per Alex.in cõſil.cxlvj.infra adducto.per quæ iura dicunt doct.ꝙ ſi papa mandauerit alicui prouideri de primo beneficio vacaturo in certa eccleſia prouideri poterit de beneficio quod tempore datæ vacabat licet pontifex vacare ignoraſſet. Item ꝙ ſi teſtator centũ legauerit pro Berta maritanda, debebuntur quamuis nupta eſſet teſtamenti tpe.Item ꝙ conceſſio pontificis de teſtãdo facta alicui incapaci,cardinali puta,vel epõ de bonis acquiſitis ex beneficijs, trahitur ad teſtm̃ ante huiuſcemodi conceſſionem & licentiam factum, quod ex tali indulto confirmatur. Et ſimiliter mandatũ ad contrahendum matrimoniũ cum tali factũ operatur,licet tunc iam eſſet cõtractum,& ratificationem inducit: vt de iſtis tradit Alex.in cõſi.cxlv.lib.v. Et aliqua ex prædictis declarat Soci.in d.l.ſi iam facta.& Brun.Aſten.in ſuo tracta.de rebus ſeu diſpoſitionibus dubijs. folio xxx.capite incip.diſpoſitio circa aliquid faciendum an trahatur ad iam factum.

Reſpon.põt, ꝙ in prædictis non ceſſat mens legantis,mandantis,vel concedẽtis, nec cauſa impulſiua aut finalis, prout ceſſat in terminis iſtius legis,vt dixi.ideo nimirum ſi diſpoſitio ſortitur effectum licet eo tẽpore actus explicandus ex forma verborum diſpoſitionis factus comperiatꝰ, vt ſentiunt etiam Alex Soci & alij prealle. & pulchre Alex.in conſil.xcv.col.iij.lib.vij.vbi conſuluit non valere gratiã a ſummo pontifice impetratam de conſequẽdo certum quid pro nubẽdo ſi filia iam nupta erat.quia licet vt dictũ eſt qñ teſtator ſub ea cõditione legat debeatur legatum licet filia nupta ſit, quia ibi nulla culpa ſurreptionis vel obreptionis committitur per legatarium,ideo non efficitur indignus legato: ſecus tñ in impetratione facta ſeu ꝗ præſumitur facta ad poſtulationem ſupplicantis,quo caſu literæ gratioſæ vitiantur, ſiue ſurreptio aut obreptio fuerit cã inductiua & finalis ipſius gratiæ,ſiue impulſiua adeo ꝙ concedens ſurreptione ceſſante conceſſurus fuiſſet,ſed non ita de facili aut leui.c.poſtulaſti,de reſcri. Propterea etiã infertur, ꝙ licet ſufficiat ꝙ qualitas reperiatur ineſſe tpe quo dies diſpoſitionis cedit.l.ſi cognatis.ff.de reb.du.ſi quis tñ alicuius beneficij expectatiuam impetrauerit vti Papæ familiaris,cum tunc talis nõ eſſet, ſed poſtea effectus eſt,conceſſio non valet.ceſſat enim mens cõcedentis, qui ad initium ſe retulit: ita conſuluit Bal.in conſi.ccccxlvij.incip,Petrus lib.iij.

2 Nunquid aũt † mortuo beneficium dari poſſit? Deci.hic concludit non poſſe mortuo legari,nec literas dari,neq; doctoratũ conferri; ſi tñ priuilegium conueniat etiã

mortuo, vt ꝙ in ciuitatem deferri poſsit q
viuens ibi ſtare non poterat, concedi da-
riq; valebit, vt per eum. De quo pulchre
per Abb. & Fely. in c. a nobis. el ij. de ſen.
excõ. Aſsignantes rationem cur mortuus
doctorari nequeat, ſed bene militia digni-
3 tateq; exornari. Eccleſia † vero commu-
nicat theſaurum ſuum etiam mortuis, ad
quos ſaltem per modũ ſuffragij ſummi pon
tificis ſe extendit auctoritas & poteſtas,
vt per Fely. in tract. de indulgentijs in qõ.
incip. hodie mecum eris in paradiſo. colũ.
4 vij. Et ꝙ † mortuus nequeat ad ſepulturã
deferri vbi viuus commorari prohibeať,
præterquam ex licentia & beneficio prin
cipis, eſt tex. in l. ij. ſupra de cad. punit. Et
his diebus præteritis occiſo quodã nobili
bannito Mediola. in hac ciuitate Vercel.
illius affines et amici nec a ſenatu nec a Cę
ſare impetrare potuerunt vt poſſet ibidem
ſepulturæ tradi. De qua materia eſt etiam
tex. no. in c. ſacris. de ſepul. & no. Fel. in c.
mulieres. el ij. de ſen. excom. Deci. in l. ij.
C. qui teſt. fa. poſ. Hipp. de Marſi. limitan-
tem in oſsibus delatis in l. fi. col. pen. ff. de
5 qõ. Et quemadmodum † mortuus benefi-
cio condonari poteſt, vt dictum eſt, & lau-
dabilius extolli. c. religioſus. de reliqui. &
ven. ſan. in vj. Iniuria, & offenſa affici. §.
ſoluta. in auct. de nup. §. j. vbi late Ang. in-
ſti. qui & ex qui. cau. ma. non poſſ. Bart. in
l. j. ff. de his quib. vt indig. & Bald. in l. ſo-
rorem. C. eo. titu.

6 Secundo no. beneficium † principis ab
ipſo principe eſſe interpretandum. de quo
eſt tex. optimus in l. ex facto. in princ. vbi
late Iaſ. in iij. not. ff. de vulg. & tradit Ro.
ma. in conſi. ccccxciiij.

L. CLIII. Marcellus.

EA QVAE in partes diuidi nõ poſſunt, ſolida a ſingulis hæredibus debentur.

Svmitvr ex l. ij. in. §. & harum. & §. ex his. vbi late ſcribentes, ff. de verbo. obli. & in. §. cato.

§. IN re dubia benigniorem interpretationem ſequi non minus iuſtius quam tutius eſt.

Expedita Eſt in l. ſemper in dubijs. ſupra eodem.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, perinde, quando fictionem denotat.*
2 *Aditio hæreditatis retrotrahitur ad tempus mortis.*
3 *Poſſeßio non tranſit niſi apprehendatur.*
4 *Repudiatio retrotrahitur ad tempus mortis vt aditio.*

L. CLIIII. Celſus.

OMNIA fere iura hæredum perinde habentur ac ſi continuo ſub tempore mortis hæredes extitiſſent.

Svmitvr ex. ll. in gl. alleg. & ex l. hæres quandocunq;. ff. de acqui. hære. vbi clarius dr̃, hæres qñcũq; hereditatẽ adeundo, iam tunc a morte defuncti ſucceſsiſſe defuncto intelligitur.

In tex. ibi hæredum iura, i. quę tranſeũt
ad hæredes. & qđ ſubiungit a tpe mortis,
intelligitur, i. ĩmediate poſt mortem, ſecun
dum Alb. hic. & probatur clare in d. l. hæ-
res. ibi, a morte defuncti. In eo. tex. ibi.
1 † perinde &c. vt infra dicetur denotat fi-
ctionẽ, idq; eſt regulare, niſi ponatur in his
quæ ſunt iuris. tunc enim veritatem deno-
tat, vt per Alex. in l. ſi quis vi. in princ. ff.
de acqui. poſ. de quo vide Aret. & Ripam
in l. rem quæ nobis. col. j. illo. eo. ti.
2 Not. ꝙ † aditio hæreditatis retrotrahiť
ad tp̃s mortis. perinde eſt. n. ac ſi immedia-
te hæreditas fuiſſet adita & iura acquiſita,
& ſic eſt per viam fictionis non veritatis
recto tramite. Quod facit ad qõ. de qua hic
per Deci. & latius Are. in d. l. hęres. vbi re
gulã. l. noſtrę inducit ad quaſdã no. q. Vtiẽ
aũt hic iuriſconſul. temperamento, fere, ad
denotandũ regulam nõ ſemper procedere,
exẽpli gratia vbi extrema q̃ requiruntur ĩ
fictione tranſlatiua de tpe ad tp̃s non ſunt
habilia, vt in caſibus no. per gl. in d. l. hr̃s.
qñcunq;. & in l. hæres in oĩ. eo. ti. & in re
gula noſtra vbi Deci. aliũ adiungit caſum.
Faciunt q̃ vidimus in regula, q̃ legata. ſupra
3 eo. Potes aliũ caſum addere † de poſſeſsio
ne, q̃ tranſlata non fingitur, neq; trãſit, niſi
apprehẽdať. l. j. §. ſceuola. ſupra ſi quis teſt.
lib. & l. cũ hæredes. ſupra de acqui. poſ. &
ſic acquiriť ſolum a die apprehẽſionis: niſi

quantum ad complendam ceptam præſcriptionem.intelligitur enim eo reſpectu poſſeſsio in hæreditate fuiſſe & in hæredem tranſire etiam ſine apprehenſione.l.ceptã. & l.nunquam.§.vacuum.ff.de vſucap.& hoc ſingulari quodam iure receptũ eſt, ut dicit tex.l.pe.in.§.nondum'. de vſucap.de quo per Bar.& ſcribentes in l.ſi is qui pro empt.vbi Iaſ.col.xlv.illo eod.ti.

Poſtremo not.ꝙ ſicuti hæreditatis aditio ad tempus mortis retrotrahitur,eodem
4 modo † repudiatio ad dictum tempus retrotrahitur.Are.pulchre in conſi.cl.incip. viſis diligenter ad fi.iiij.col.Sic ẽt in iure accreſcendi.eodem enim modo retrotrahitur ne contingat quem decedere pro parte teſtatum & pro alia parte inteſtatum, vt per docto.in l.re coniuncti. vbi Ripa col. xxv.ff.de leg.iij.

SVMMARIVM.

1 *Hæredis appellatione veniunt omnes hæredes in infinitum. Amplia nu.2.3.4.5. & 6.Limita numero* 8.10.11.12. 13.& 14.

Papa dicitur ſucceſſor Petri licet fuerint plures intermedij poſt nu.2.

7 *Libellus in quo quis dicit ſe hæredem inſolidum,cum habuerit fratrem qui deceſsit poſt immixtionem,ſuſtinetur & valet.*

9 *Hæredis appellatio comprehẽdit omnes hæredes ex mente & vtilitate,ſecus de propria vocabuli ſignificatione.*

L. CLV. Modeſtinus.

QVI per ſucceſsionem quamuis longiſsimam defuncto hæredes extiterint,non minus hæredes intelligũtur, quàm qui principaliter hęredes extiterũt.

In tex.ibi principaliter,ideſt immediate,ſecundum Alber.hic.

1 No.ꝙ appellatione † hæredis, veniunt omnes hęredes in infinitum. Ad idem l.hęredis appellatione.& l.ſciendum,ſupra tit. j.& l.ſi quis filium.§.fi.ff.de acquir.hære. cum alleg.per Alex.in conſi.xlix.libr.vj. & eſt antiqua iuris regula, vt dicit text.l. fi.C.de hære.inſti.

Ampliat regula iſta quatuor modis per Iaſ.in d.l.fi.& in.§.fi.d.l.ſi quis filium.cuius dicta eo tacito tranſcribit hic Decius.

2 Prima ampliatio eſt, vt † procedat etiam in alio ſucceſſore.c.j.de homic.in vj.cum ibi not.per Gemi.vbi Inno.papa ſe Petri ſucceſſorem dicit, cum tamẽ multi fuerint medij,vt hic per Deci. & Iaſo.in d.l.fi.& in d.l.ſi quis filiũ.in.§.fi.col.j.de acq.hęr.

3 Secunda ampliatio,vt procedat † regula ẽt in eo qui non eſt hæres hæredis, verum ei ſucceſsit alio titulo vniuerſali non hæreditario, vt dicatur hæres principalis defuncti quamuis non ſit hæres hæredis. tex.eſt ſingu.in l.j.ff.de caſtren.pec.ſcdm Iaſ.ibidem.& Ro.in ſingu.690. vbi mille effectus mirabiles ex hoc ſequi dicit: & ꝙ contra illum text.quilibet prima facie reſponderet.ſed & ſi illum tex.quis nõ vidiſſet poſſet iſtud dictum facile probare ꝑ regulam.l.in pari.§.hi qui.infra eo.ti.

4 Tertio extende † ẽt in implemento cõditionum,quæ licet in forma ſpecifica impleri debeãt,dando tñ hæredi hęredis impleri dicuntur.l. ſi ſtatulibera.§.non ſolũ. &.§.ſi filiusfamil.ff.de ſtatulibe.l.cum ita datur.§.fi.ff.de cõdi.& demon.vt hic per Deci.& Iaſ.loco præalleg.

5 Quarto amplia† ẽt ſi dicatur ſcriptis hęredibus, venit tñ hæres hæredis.l.j.vbi Bal.not.C.quo.lega.l.cum filio. in verbo, ſcriptos.ff.de vulga.tradit Iaſ.loco præalleg. Quod mirum videtur,quia vbi eſt mẽtio de hærede ſcripto intelligitur de hærede ex teſtamento, ſed vbi de hærede ſimpliciter,intelligitur tam de hærede ex teſtamento ꝙ̃ ab inteſtato: vt per Alex. in conſi.xlix.col.fi.lib.vj.Deci.hic ſequitur diſtinctionem Corn.in conſi.lxix.lib.iiij. ꝙ vbi eadem eſt ratio veniãt oẽs in infinitum: alias ſecus.Eandem concluſ.ſequitur etiam ſimpliciter Alci.in l.hæredis appellatio.ff.de verb.ſig.ꝙ non ex vi verborũ, ſed propter vtilitatem receptum ſit contineri hæredem hæredis, licet ſcriptus non ſit, qñ nulla veriſimilis affectio magis ĩn hærede ſcripto conſiderari poteſt,ꝙ̃ in nõ ſcripto. vbi ergo vel particularis affectio oſtenderetur,aut mens teſtatoris demõſtraretur magis in ſcripto ꝙ̃ in non ſcripto hęrede,tunc de ſcripto tantummodo intelligeremus diſpoſitionem.

Quinto & vltimo amplia non ſolum in
6 hærede vniuerſali primi teſtatoris, † ſed

etiam in hæredem milleſimæ partis : ſecundum Bal.in d.l.fi.in ix.q.arg.l.quæ de tota.ff.de rei vend.declarando tamen vt ibi per Corne.in j.col.

Ex hac regula inferunt docto. ad quæ-
7 ſtionem.dixit † quidam ſe patris inſolidũ hæredem.& cõuenit inſolidum debitorem paternum : inde apparuit patrem deceſſiſſe relictis duobus filijs,qui paternæ hæreditati ſe immiſcuerũt,quorum alter poſtea deceſsit cui dictus actor ſucceſsit: dubitatur an libellus fuerit apte conceptus , vel non,poſsitq; condẽnatio ſequi,vel debeat abſolutoria ferri? & docto.cõiter concludũt ſuſtineri dictum libellum, & ſequi debere condemnationem.arg.text.noſtri,vt per Iaſ.& Corne.in d.l.fi.& Iaſ.in.§.hæc verba.in ſecundo nota.infra alleg & in d.l.ſi quis filium.§.fi.col.j.

8 Limitatur nunc primo hæc regula † niſi fieret mẽtio de hæredibus cum adiectione ſupraſcriptis vel infraſcriptis,quia tũc nõ venirent hæredes hæredum : ſecundum Barto.in l.qui liberis.in.§.hæc verba. per illum tex.ff.de vulga.Quia infraſcripti dicuntur hæredes qui legi poſſunt.l.j.ſupra de his quę in teſta.delen.cum dictis Iaſ.in locis præalleg.& Deci.hic. ponuntq; not. Alexan.in conſi.clxxiij.lib.v.& Deci.in conſil.cccclxv.col.ij. & cccccxiij.col.ij. ipſe tamen Deci.hic & Alcia.in d.l.hæredis appellatio.ſequitur diſtinctionem Cor-
9 ne.in præalleg.conſi.lxix.lib.iiij. † ꝙ licet generaliter loquẽdo prædictis caſibus hæredes hæredum non contineantur:ſecus tamen quando militaret eadem ratio magis ex mente & vtilitate, q̃ ex propria ſignificatione vocabuli. Alias not.effectus & differentias reſultantes ex denominatione hæredis ſcripti,potius q̃ ex denominatione hæredis ſimpliciter prolati.ponũt Areti.in l.j.colum.v.verſi. ſecunda ratio. ff.de teſta.& Alex.in l.ij.in gl.falſum.ad fin.C.de edic.diui.

10 Secundo limita † in penalibus . ſi enim teſtator grauaſſet hæredem ſub pœna aliquid facere, non comprehenditur hæres hæredis: quia in pœnalibus & ſic in odioſis non proceditur ita per cõiecturas, verũ liquidiſsime probari debet: vt hic per Deci.& Iaſo.in d.l.fi.colũ.ij.Si enim teſtator mandat hæredi, ꝙ conſtruat monumẽtum ſub pœna ſi ſcriptus hæres intra tempus deliberandi decedit,& eius hæres ex iure deliberandi tranſmiſſo hæreditatem teſtatoris adijt & non facit monumentum,non incidit in pœnam.l.mulcta.ff.de conditio. & demonſt. Idem eſt ſi primus hæres adiuit hæreditatem , & deceſsit intra tempus per teſtatorem aſsignatum ad faciendum monumentum, ita ꝙ non fuit in mora : ſi enim hæres eius non facit , non incidit in pœnam.arg.d.l.mulcta.in prin. Intelligendo ſane quando nominatim iniunctum fuit primo hæredi,vt quia dixit teſtator infraſcriptus hæres meus faciat &c. ſecundum Bar.conſi.lxv. Andreas.quem refert & ſequitur Corn.in d.l.fi.col.ij.ſecus itaq; videtur in caſu per Bart.formato , ſecundum Corn.ibidem.Et merito,nam.l.mulcta,per quam ſe fundat probat ꝙ in vltimis volũtatibus nõ receditur a perſona, ſed ſi onus ſit iniunctum hæredi , & hæres hæredis cenſetur hæres primi , ſi in eo verificatur mulcta non receditur a perſona , vt ibi per Corne.de quo art.tangit etiam Iaſ.in præallega.§.fi.col.fi.

Tertio intellige prædicta procedere large modo & improprie : vt dicit gl.in d.l. hęredis appellatio.& eſt tex.in l.fi.in.§.fi. in verbo,videtur.ff.de vulg.vt ibi no. Areti.& Deci.hic.facit l.noſtra . in verbo intelligũtur, quod improprietatem denotat.
11 ſecus † ergo ex ꝓprietate ſermonis. Quod confundi videtur per tex. in d.l.fi.qui vtitur verbo eſſe quod veritatem & proprietatem importat.hunc art.plene diſcutit Iaſo.in d.l.ſi quis filium. in.§.fi. vbi tandem concludit ꝙ hæres hæredis vere & proprie dicatur teſtatoris hæres,licet per mediam perſonam.& ſequitur Alc.in d.l.hæredis appellatio. Intellige in his q̃ iuris ſunt & quæ vere proprie tranſeunt ad hæredes : alias ſecus.vt hic per Deci. Faciũt quæ latius ſtatim dicam.

Quarto limita iſtã regulã procedere vbi fit mentio hæredis ſuper re tranſitoria ad hæredes:regulariter.n.intelligitur de quocunq; hęrede in infinitũ.iuribus præalle.
12 ſecus † vbi fieret mentio hæredis ſuper re de ſui natura nõ trãſitoria ad hęredẽ:qa de primo hrde intelligit,vt in ſubſtõne cõditionali.l.ſi ex pluribus.ff.de ſuis & legit. pulchre Anchar. in conſi.cxxx.incip.pro & cõtra.vel etiam in materia vſusfructus. l.antiquitas.C.de uſufr.ne proprietas dño reddatur inutilis ſublata ſpecie conſolidationis.& in quibuſdam alijs caſibus not. per Alciat.in d.l.hæredis appellatio . & prius per Alex.no.in conſi.lxix.lib.vj.

Quinto limita & intellige regulã procedere qñ terminus hrs ꝓfert a lege vel ſtatu

to, vt veniant oẽs in infinitum per iura pręalleg. † ſecus ſi proferatur a teſtatore, quia
13 intelligitur de primo tm̃, non de alijs. d. §. hæc verba. ſcd͂m Bal. Ang. & Pau. de Ca. ſed Iaſ. ibi in iij. not. reprobat hanc doctrinam per d. l. in annalibus. C. de lega. & d. l. fi. C. de hær. inſti. vbi verbũ, hæres, a teſtatore, profertur, & tñ intelligitur de hęredibus in infinitum. Et propterea concludit Iaſ. loco præalleg. poſt cõmen. iura præalleg. loqui qñ teſtator facit mentionẽ de hęredibus alterius, non de ſuis: eoq; caſu nõ ſolum de primis intelligi, ſed in infinitum, quia ratio cur teſtator ibi non magis intellexerit de primo ꝙ̃ de alijs hæredibus eſt, quia forte non magis cognoſcebat primos ꝙ̃ alios. ſecus qñ teſtator mentionem facit de hæredibus proprijs. tunc. n. intelligitur de primis ad quos pręſumitur habuiſſe affectionẽ. d. §. hæc verba. vt ibi per eũ poſt Bal. in d. l. fi. in iiij. oppo. de quo arti. tãgit etiam Anch. & Alex. in conſilijs præalle.

Duas alias limi. ponit Iaſ. in d. l. ſi quis
14 filiũ. in. §. fi. col. fi. qñ † teſtator vſus fuiſſet hoc pronomine, meo hęrede, aut dixiſſet ipſe hæres, quia facit relationem perſonaliſsimam. Sed, niſi alia coniectura mẽtis concurrat, hæc non procedunt, ſcd͂m Alci. loco præalle. & vere confunduntur per generalitatẽ iſtius regulæ cũ alijs ſupra alle.

15 Nunquid aũt † prohibitio de non alienando facta hæredi, porrigatur ad hæredes in infinitum? ponit vnum verbum Deci. hic in fi. & Alex. in conſi. præalle. lxix. late examinant ſcribentes ordinarie in. §. diui. l. filiusfa. ff. de lega. j.

SVMMARIVM.

1 *Expreſſa plus nocent quam ſuppreſſa quantum ad annullandum actum.*

2 *Libellus in quo eſt expreſſa actio inepta nõ valet de iure ciuili: ſecus canonico.*

3 *Expreſsio magis prodeſt in nouatione, quã ſuppreſsio.*

L. fi. C. de nouatio. ornatur.

4 *In contractibus taciti & expreſsi par eſt virtus.*

5 *Expreſsum quid dicatur, et quid tacitum.*

L. CLVI. Modeſtinus.

EXPRESSA nocent, non expreſsa non nocent.

SVMITVR ex l. nonnunquam. ff. de condi. & demon. vbi eſt notabilior & plenior glo. ꝙ̃ hic. Et Iuriſconſul. ibi alio modo hoc dici poſſe docet, dum ait, Nõnunꝙ̃ contingit vt quædam nominatim expreſſa officiant, quamuis omiſſa tacite intelligi potuiſſent nec offutura eſſent: exẽplificando vt ibi. Idem ſubiungit dictum eſt, expreſſa nocent, non expreſſa non nocent, ſicq; regula ad oppoſitum potius facienda videbatur, prout dictio nonnunquã ibi poſita indicat. Sed vt omnia recte procedant conſiderari poſſunt quædam concluſiones. & tradi certæ regulæ ſecundum gl. & doctores.

1 Prima regula eſt, † quantum ad vitiandum ſeu annullandum actum plus nocent expreſſa ꝙ̃ ſuppreſſa, & ſermo ꝙ̃ taciturnitas: vt hic & d. l. nonnunquam. & l. ſi in diem. §. fi. eo d. tit. & l. actus legitimi. ſupra eo. ita Alex. in l. cum quid. col. ij. ff. ſi cer. peta. dicens ſic intelligi regula iſtius legis noſtræ. quando enim expreſsio actus corruptiua facta fuit, de vitio manifeſtę apparet: ſecus vbi non fuit expreſſum. Vnde nimirum ſi apparentia magis inficiunt, ꝙ̃ latenter exiſtentia, quę in benigniorẽ partem interpretari poſſunt. Ideo non valet libellus, in quo quis petit ſe mitti in poſſ. vigore edicti diui adriani, quod eſt ſublatum & correctum. Item ſi exprimit̃ actio incongrua libellus non ſubſiſtit. l. j. §. j. ff. ſi meſ. fal. modo dix. quia propter vitium viſibile expreſſa nocent, vt hic. & tradit Bald. in l. fi. colum. iij. C. de edic. diui. Sub-
2 iungens, ꝙ † licet de iure ciuili propter expreſsionem ineptæ actionis non procedat libellus: ſecus tamen de æquitate canonica, ſecundum quam ſiue actio cauſæ præmittatur ſiue cauſa actioni præcedit: quia quando ſuperfluo additur nõ nocent, ex quo etiam ſine actione ſufficit ipſa naturalis iuſtitia ex cauſis reſultans. quod dicit eſſe not. Et ad exemplum poſitum in d. l. nonnunquam. vide ibi Pau. de Ca. aſſignantem rationem diuerſitatis. & ſcribentes in l. j. ff. de lega. j. Item pro limi. prædictorum. vide quæ pulchre ponit Aquen. in l. j. ff. de offi. aſſeſſ.

Secunda concluſio ſeu regula gloſ. hic. & in dicta l. nonnunquam. eſt econtrario,
3 ꝙ † expreſsio prodeſt magis quam taciturnitas, vt in caſu l. fi. C. de nouatio. quia hodie non fit nec inducitur nouatio niſi expreſse agatur. De quo articulo ſi volueris, vide plene Fulgoſium in conſilio

cxxx. Alex.conſi.x.col.iij.& cõſi.xiij.colũ ij.lib.ij.& lxxij.in eo.& in vj.vol.cõſ. lxxij.& clxxiij.in vij. vol Barb.cõſ. xix col.fi.lib.j.& cõſi.xxxvij.i eo.et cõſi.86. in ſcđo artic.lib iij.Soci.cõſ.xxj.lib.j.Rimin.in l.pacta nouiſsima.in gl.j.C.de pac. Iaſ.in l.ſingularia. col.xiij.ſi cert. pet.& l. ita ſtipulatus.in tribus vlt.col.de ver. ob. Dec.in conſi.cccc.Mod.Pap.in l.cũ quid. col.vj.& in l.lecta.in ix.not. ſi certum peta.& Mod.Aſten.in tracta.de augumento. in iiij.q tertię quęſtionis princ. fol.vij.& in alijs caſibus de quibus per glo.in d.l.nõ nunquã.& aliqualiter hic extendit Deci.

4 Tertia cõcluſio† in contractibus regulariter taciti & expreſsi par eſt virtus l.cũ quid ſupra ſi cer.pe.Quod procedit in his quæ ſunt de natura contractus,& ex prouiſione legis potius ꝙ ex intentione partium: vt hic per Deci. latius per omnes in

5 d.l.cũ quid. Et dicit† expreſſum, quod voce profertur, vel ſcriptura apparet: tacitum quod colligitur per rationem intellectus, ſeu quod virtualiter cõprehenditur, ſeu quod venit in cõſequentiam expreſsi. Bal.& Imo.in l.illud.ff de acquir.hære.& in l.fin.colum.pe.C.de inſtit.& ſubſti. vbi Bal.dicit illud eſſe tacitum,quod magis intellectu percipitur,ꝙ locutione exprimatur.arg.l.ratum.ff.de ſolut.Et certe tã expreſſum ꝙ tacitum pluribus modis dicitur, vt late per ſcribeñ.maxime Moder. in l.j.ſupra de vulg.Barr. & alios in l. præcibus.C.de impub.& alijs ſubſti.& Deci.in l.ſicut certi.in tertio not.C. de milit. teſta. & de edic.diui.in l.fi. col. ix.& Ruyn. in .§.& quid ſi tantum.col.xxxvj.

L. CLVII. Modeſtinus.

PRIVILEGIA quędam cauſę ſunt; quædã perſonæ: & ideo quędã ad hæredes tranſmittũtur. Quæ cauſæ ſunt: q̃ pſonæ ſunt, ad hæredes nõ tráſeunt.

Expedita eſt ſupra in l. in omnibus cauſis id obſeruatur.

SVMMARIVM.

1 *Honeſtum præfertur licito.*

2 *Mulier ſubdita non poteſt cogi ad coriZandum in caſtro domini.*

3 *Meretrices poſſunt cogi ſignum deffere, vt ab alijs cognoſcantur.*

4 *Maritus poteſt cogi ad dimittendum concubinam.*

5 *Licitum per leges contra honeſtum quomodo intelligatur.*

6 *Monachus nondum profeſſus inſtitutus a patre in tota hæreditate ſi nõ profiteatur, & ſi profiteatur in xxv. lib. Non valet conditio.*

7 *In contractibus bono viro non licet decipere.*

L. CLVIII. Modeſtinus.

SEMPER in contractibus non ſolum quod liceat cõſiderãdum eſt: ſed & quod honeſtum eſt.

Ad idem eſt tex.in l.non omne.infra eodem.& in l. ſemper in coniunctionibus.ff.de ritu nupt.vbi glo. exemplum ponit in l.ſi qua mihi.hic etiam per gl. alleg. vide tu aliud pulchrum exemplum per Deci.in l.præcibus.colum.ij.C. de impub. & alijs ſubſt.De materia honeſti, vide Cicer. in iij.offic.cum aliqua ſpecies vtilitatis nobis,inquit, obiecta eſt, nos commoueri neceſſe eſt: ſed ſi cum animum attenderis turpitudinem videas adiuncta ei rei quæ ſpeciem vtilitatis attulerit, tunc vtilitas non eſt requirenda,ſed intelligendum, vbi turpitudo ſit ibi vtilitatem eſſe non poſſe, a te mi Cicero,inquit, peto vt mihi concedas nihil præter id quod honeſtum ſit eſſe propter ſe expetendum: quodque Ariſt. placet neceſſe eſt quod honeſtum ſit, id eſſe aut ſummum, aut ſolum bonum. Facit ad hanc regulam,tex.cum gl.in l.reprehendẽda.C.de inſti.& ſubſt.ſub condi.fac. & in

1 .§.j.l.iuſtitia.ff.de iuſt.& iur, vbi† inter pręcepta iuſtitiæ iuriſconſultus in primis conſtituit, ꝙ quis honeſte viuat, vnde ius honeſtatis ab omni ſuperioritate eſt exemptũ. l.quod ex libera.C. de ope. lib. Ex quo

2 tex.inferebat ibi Bald.mulieres† alicui domino ſubditas ad trepudiandum ſeu corizandum in caſtro domini compelli nõ poſ-

ſe neq; debere, vt hic refert Deci, & prius Iaco. de ſancto Georg. in tract. de homag. ad fin. Et minus dicas poſſe exigere prima connagia ſecundum conſuetudinem, immo corruptelam aliquorum locorum quæ tanquã diabolica recte fuit extirpata. Infer-
3 tur etiam ex pręmiſsis, ꝙ † meretrices cogi poſſunt ſignum deferre, vt ab honeſtis mulieribus cognoſcantur: & inhoneſte viuentes a vicinia honeſtarum mulierum expel-
4 li poſſunt. Et pariter † cogi poteſt maritus ad dimittendũ concubinam, vt hic per Deci. & per Aquen. & Zaſium in d. §. j. l. iuſtitia. vbi etiã tradunt, ꝙ ſi conſanguinea impudice viuat, licenterq; diſcurrat ad honeſte viuendum, per iudicem compelli poteſt, maxime quãdo ſtatuto vel reſpub. ex tali impudicitia lederetur. Sed iſta, quæ Deci. & prælleg. congerunt, bene inferuntur ex d. §. j. l. iuſtitia, ſed non ex tota. l. noſtra loquente in prin. de licito. non. n. prædicta licita ſunt. Præterea quomodo ſtare
5 põt † licitũ quid eſſe per l. contra honeſtatem, iuſtitia. n. honeſtatis pars eſt, vt in primo officio. ait Cice. & Card. Alex. i c. erit aũt lex. colũ. ij. diſt. iiii. nam & quod decet honeſtũ eſt, & quod honeſtũ eſt decet, ſecũdum Cic. nec ſubſiſtit lex niſi ſancta & honeſta d. c. erit. & l. ij. ff. de legib. Glo. in d. l. ſemper in coniunctionibus. oppoſitionẽ ſentiens intellexit, licere, videlicet de iure ſtricto: quia tamen inhoneſtum, non fuiſſet per l. licitũ neque conceſſum. quod not. & ꝙ in omni negotio requiratur honeſtas, ſeruanduſque ſit ſemper honeſtus modus, traditur plene in ſumma Angel. in verb. honeſtas.

Facit et hæc regula ſecundũ Alb. hic ad
6 not. q. † de eo qui intrauit religionẽ fratrũ minorũ nec dũ profeſſus fuerat. pr̃ cõdidit teſt. m̃ filio hærede inſtituto ſub cõditione ſi nõ profiteret' in ordine, ꝙ ſi profiteretur in libris. xxv. tm̃ inſtituebat: an admittat talis cõditio? quod dicendum videbatur, quia in libera voluntate filij eſt egredi, aut profiteri, ergo poteſtatiua eſt conditio ſub qua. ll. inſtitui filiũ permittũt. l. ſuus. ff. de hęre. inſti. Oppo. dicit Albe. ſe cõſuluiſſe, quia licet licitũ ſit egredi, nõ tñ honeſtũ ideo cõtinet turpitudinẽ quandã, & per cõſequẽs impoſsibilitatẽ, qa ea videntur impoſsibilia quę ſalua honeſtate fieri nõ pñt. arg. l. nepos proculo ſupra titu. j. ideo talis conditio ſecundum Alber. apponi nõ poteſt l. filius l. quidam. & l. conditiones. ſupra de condit. inſtit. ſed melius allegaſſet tex. in auct. de ſanct. epiſc. in. §. ſed & hæc præſenti. & no. in cap. in præſentia. de proba. quia talis conditio non eſt licita, immo habetur pro non ſcripta, quia retrahit a religione & a vita contemplatiua, vt ego late de hoc ſcripſi i l. ij. C. de pact. inter emp. & vendi. in quæſtionibus.

Eſt præterea hic famigerata glo. in ma-
7 teria † deceptionis. contrahentibus a iure permiſſę, bono viro id minime licere dicẽs. Deci. hic quędam ſcribit. ego latius & perfectius ſcripſi reprobando hãc gl. in l. ij. in j. not. C. de reſcin. vend. & hæc ſatis.

SVMMARIVM.

1 *Hæc regula quomodo procedat remiſsiue.*

L. CLIX. Iabolenus.

NEQVE interdicto, nẽque i cęteris cauſis, pupillo nocere oportet dolũ tutoris ſiue ſoluẽdo eſt, ſiue non eſt.

FACIT. §. ſi procurator. l. iij. ff. quod qſq; iur. & l. ſi vnus. §. ante oĩa. ff. de pact. cum not. per Deci. in cõſi. dclxxij. Decla-
1 ratur † autem & intelligitur præſens regula ſecundum diſtinctionem Bar. in l. ſi dolo tutoris. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti. & in l. i. in. §. ſi .pcurator. vbi ſcripſi. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitas quomodo citanda ſit, & in cõtumacia conſtituenda.*

L. CLX. Iabolenus.

NON POTEST dolo carere qui imperio magiſtratus non obtemperat.

SVMITVR ex ll. in gl. alleg. Facit tex. §. qui iuſſu. l. non vr̃ ſupra eo. & illud Catonis dictũ, Foro pare. Pau. de Caſt. in l. vt vim ſupra de iuſt. & iur. tẽperat dictũ præſentis gl. aliquibus modis, dixi late in d. §.

qui iuſſu. Et quomodo ac qualiter puniri poſsit inobedientia & cōtemptus in magiſtratum, dixi in repe. rub. ſi quis ius dic. nō obtempe.

Et notabis perpetuo glo. hic ad fin. dicē tem modū citandi vniuerſitatē, & eam cō-
1 ſtituendi in cōtumacia. Vult. n. ꝙ † nō ſufficiat citare ſyndicum, ſed citanda ſit ipſa vniuerſitas, niſi congregare ſe nollet, quia ſufficeret tunc citare regentes vniuerſitatē: ſecundū Bar. hic & in l. fin. ff. quod cuiuſq; vni. nomi. & latius in extrauag. ad reprim. in verbo, citatum corpus. Bal. in l. ēt. col. pe. C. de execu. rei iud. dicit ſi vniuerſitas eſt congregata perſonaliter citabitur, quia iſta cōgregatio eſt quaſi quædam perſona politica. l. metum. §. animaduertendum. ff. quod met. cau. ſi vero non ſit congregata, ponetur edictum in loco vbi conſueuit cōgregari, per not. in l. noſtra. quod non eſt verum, quia gloſ. hic intellexit de vniuerſitate, quæ citanda ſit in capitulo, vel arengo, ſeu congregatione. Ang. cōſi. ccxvj. incip. iam ſunt. & in l. j. in. §. omnibus. col. ii. ff. quod cuiuſque vniuer. nomi. tenet ꝙ ſatis ſit citari ſyndicum vel adminiſtratorem vniuerſitatis. Idem dicit Guido Papę in q. cccxxj. & Alber. hic dum ait, quicquid dicat glo. mos iudiciorum tenet vt ſufficiat citare ſyndicum vniuerſitatis. Hūc artic. tangit latius Soci. in tracta. de citatione. artic. xvij. col pe. dicēs cū gl. iſta, vniuerſitatem citari debere in capitulo vel arengo aut alio deputato loco. arg. l. iubemus. C. de ſacroſan. eccle. Et ꝙ non ſufficit citatio facta de ſyndico vel actore vniuerſitatis, quia per talē citationē vniuerſitas nō cōſtituitur in contumacia. per l. ſi ex dolo. in. §. j. ff. de dolo. Nec obſt. l. j. in fi. cū l. ſeq. ff. de acquir. poſ. quia verū eſt ꝙ ea quæ expediunt vniuerſitati fieri poſſunt per ſyndicū vel actorē vniuerſitatis, non autem ea quæ nocent, vt hic per Bart. Et quicquid dicat Innoc. ſecurius eſt ſecundum Soci. tenere cum glo. & Bar. hic. ꝙ ſi vniuerſitas ſe congregare nolit, tunc citetur modo hic per Bartol. dato: poteſtatem vero, vel alium officialem, ſubiūgit etiam Soci. citari non ſufficere, quia cōtumacia illius non nocet ſubditis. l. meminerint. C. vnde vi. idem dicit Angel. in pręalleg. §. omnibus. adducens text. l. præſes. C. de tranſact. & Bal. ibidem. in. §. ꝙ ſi nemo. In ciuitate Vercellarum extat ſtatutum, quod citatio facta in perſona conſulum vel ad eorum domos ſufficiat, vbi citanda eſt vniuerſitas diſtrictus Vercellarum. Recte igitur ad euitandum opiniones prædictas, in literis iuſtitiæ illuſtriſsimi principis noſtri contra aliquam vniuerſitatem laxatis poni ſolet clauſula ſalutaris, decernentes citationem faciendam in perſona vnius ex conſulibus vel ſyndicis loci perinde valere ac ſi vniuerſitas ipſa citata foret & apprehenſa, quandoque etiam adiungitur, necnon & in perſona duorum ex credendarijs ipſius vniuerſitatis. quæ bene not.

SVMMARIVM.

1 *Poßidere non intelligitur qui poßidetur. Et quomodo procedat nu.* 2.

3 *Iudæus licet in poteſtate chriſtianorum ſit, habet tamen filios ſuos in poteſtate.*

L. CLXI. Vlpianus.

QVI IN ſeruitute eſt, vſucapere nō poteſt. nam cum poſsideatur poſsidere non videtur.

SVMITVR ex ll. in gl. alleg. Et ſic no-
1 ꝙ † poſsidere non intelligitur qui ipſe poſſidetur: vt hic. & l. liber homo in. §. quicquid. ff. de acqui. rerum do. & l. ſic eueniet.
2 ff. de adult. Vbi Bar. intelligit hoc † procedere in poteſtate eiuſdem ſpeciei & qualitatis, ſecus in poteſtate ſeparata ab illa in qua eſt ipſe: ideo filiusfa. poteſt eſſe tutor, & ſic pupillum ſub eius poteſtate habere, vt ibi per Bart. & Deci. hic. cui reſolutio iſta non placet, propter regulam text. noſtri. & d. §. quicquid, quæ loquuntur de diuerſa ſpecie poteſtatis: ideo ſequitur conſiderationē Ang. Are. inſt. qui tut. da. poſ. in prin. ꝙ in his quę ſunt iuris publici nō curatur patria poteſtas. Nō eſt tñ recedendum a prædicta declaratione Bartol. vera & communiter approbata, vt per Felyn. in c. iudæi. col. ij. circa fi. de iudæ. ponentē
3 propterea, ꝙ † licet iudęi ſint in ptāte chriſtianorū, habēt nihilominus filios in ptāte. Et pater effectus monachus, licet ſit in poteſtate abbatis, habet tñ filios in ſua poteſtate, quicquid dixerit Bar. in d. l. ſic eueniet. cōtra quē poſt Bal. tenet ēt ibi Alex. in apoſtil, Et ciues licet ſint in ptāte princi

pis, filios tamen habent in poteſtate. Nec obſt. l. ſic eueniet, quia proprie loquitur de patria poteſtate, quam quis habet ſuprà ſe, non de alia. Nec refragatur præſens regula. & d. §. quicquid. quia loquuntur de eadem qualitate poſsidendi. Accedat etiã regulæ noſtræ pulchrum ſimile de minore. xxv. annis, qui tutor eſſe non poteſt. cui enim (inquit tex. in l. fi. C. de leg. tut.) ferẽdum eſt eundem eſſe tutorem & ſub tutela conſtitui, & iterum eundem eſſe tutorem & ſub cura agere. hæc certe & nominum & rerum feda confuſio eſt.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio proprie dicitur cum dominium transfertur.*
2 *Alienationis verbum in reſcriptis accipitur etiam ſi res tantum ſit ablata.*
3 *Alienationis verbum late patet.*

L. CLXII. Vlpianus.

NOn alienat qui dũtaxat omittit poſſeſsionem.

SVMITVR ex. §. ſunt & alia. l. item ſi res ſupra de alie. iud. mut. cauſa fac. Alienatio † ergo proprie dicitur quando transferẽ dominium. l. j. C. de fun. dot. l. alienatum. ſupra de verbo. ſigni. & c. epiſcopi. de reb. eccl. non alie. ſecus ſi amittatur poſſeſsio. Ideo licet prohibita ſit donatio inter virũ & vxorẽ, non tamen eſt prohibita tranſlatio poſſeſsionis. l. j. §. ſi vir. ff. de acquiren. poſſ. facit text. in l. fiſtulas. in. §. fundum. ff. de contrahen. emp. Et ſic iſta regula intelligitur proprie & ſtricte: largo aũt modo ẽt alienare videtur qui transfert poſſeſsionẽ l. non ſolum. in prin. ff. de alie. iud. mut. cauſa fact. Et ideo ſecundum Deci. ſi per † reſcriptũ cõmittatur ꝙ male alienata ad ius & proprietatẽ eccleſiæ reducantur, etiã de poſſeſsione occupata poterit cognoſcere, licet proprie non dicatur alienata. dictũ eſt famigeratum Innoc. in d. c. epiſcopi. ſequitur & extollit ibi Barba. & latius Fely. in rub. de reſcrip. reſpondens ad quædam in cõtrariũ adducta. Roma. ſing. 606. tu ſcis.

Sola ergo tranſlatio poſſeſsionis ſine titulo nõ dr̃ proprie alienatio, vt hic & in iuribus præallega. & tradit Fabia. de monte ſancti Sauini in tract. de emp. & ven. in iiij. q. princ. in xxij. & vlti. qõne illius qõnis. col. ij. licet dicat poſſe reſpõ. ad tex. l. nr̃æ. exponendo, omittit. i. non acquirit. ſecus ſi acquiſita omittat. Et fuit intelligentia Bal. licet nõ referat in d. l. item ſi res. in. §. fi. vbi dicit no. ꝙ ille qui alienat, quia litigare nõ vult, nõ tenetur hoc edicto, puta ſi poſſeſsionem omittit deſerendo. ſ. eam non dico transferẽdo, ait Bal. ideo nõ ob. prin. l. ſequẽtis. Vel ſaltẽ intelligendũ eſt, ꝙ non dicitur alienare qui poſſeſsionẽ trãsfert vt teneatur. ſ. actione directa ex verbis illius edicti, ſed bene vtili ex ſentẽtia l. non ſolũ. in prin. illo eo. tit. & ita declarat gl. in præalleg. §. item ſi res. Verbũ autem † alienationis
3 late patet nõ ſolum ad dñij alienationẽ, ſed & ad vſucapionẽ, pignoris nexũ, donationem emphyteoſim & ſimilia. l. fin. C. de rebus ali. non alien. §. alienam. in auct. de non alie col. ij. Alciat. in d. l. alienationis. niſi ratio ſubiectæ materię aliud requireret, vt ibi per eum. De qua materia vide Signor. in conſi. lxxj. Pau. de Caſt. in cõſi. xvj. in antiquis. Fabia. de monte ſancti Sauini. loco præalleg. Corn. in cõſi. xxxviij. col. iij. lib. j. Fely. in c. cum olim. colũ. ij. de teſti. Deci. in conſil. ccccclxxxiiij. colũ. fi. dcxlv. & dclx. & quod dicam in l. nõ fraudantur infra eo.

L. CLXIII. Paulus.

NEmo plus commodi hæredi ſuo relinquit, quã quod ipſe habuit.

EXPEDITA eſt in l. hæredem. & in l. nemo plus. ſupra eodem.

SVMMARIVM.

1 *Cõtrafacere dicit̃, qui nõ facit quòd debet.*
2 *Hæres negligendo ſoluere legatum pœnale factũ vxori teſtatoris incidit in pœnam.*
3 *Facti appellatione quãdo veniat nõ factũ.*

L. CLXIIII. Paulus.

QVI non facit, quod facere debet: videtur facere aduerſus ea, quia nõ hoc facit. Et qui facit qđ facere nõ debet non videt facere id, qđ facere iuſſus eſt.

Svmitvr ex ll.per glo.alleg.

1 Nota q̃ † ille qui non facit quod facere debet, contrafacere dicitur. Et ſic in ceſſatione continetur factum, vt poſt Bar. tradit Saly. in l. vnica. colum. j. C. de ſent. quæ pro eo &c. Quod procedit etiã in pœnalibus. §. fin. inſtit. de verbo. oblig. tradit Alex. contra Ancha. in l. vbi autem. in. §. ſi id quod.
2 in fin. ff. de verbo. obli. q̃ † ſi vxori aliquid annuum teſtator relinquat, & in fine teſtamenti diſponat q̃ ſi hæres contrafecerit hæreditate priuetur, q̃ hæres interpellatus negligendo ſoluere incidit in pœnam, quia non faciens proprie dicitur contrafacere. Ruynus in. §. cato. in ſecunda lect. in ſecundo not. ſuſtinet opi. Petri de Anchar, quia appellatione facti venit non factum improprie, vt i d. §. cato. & in l. impoſsibilis. vbi Are. not. ff. de verbo. obli. & per dicta Bar. in l. naturalis. in prin. ff. de præſcri. ver. vbi
3 dicit q̃ † appellatione facti in genere venit non factum: ſecus eſt appellatione facti in ſpecie, per l. in facto. ff. de condi. & demon. Et ideo diſpoſitio intelligi debet in ſpecie & non in genere. l. hoc legatum. cum ibi no. per Bar. ff. de leg. iij. et in l. talis ſcriptura. ff. de leg. j. Deci. hic ſimpliciter refert opi. Alex. contra Anchar. illam ſequendo. idem facit Alciatus in l. facere non oporte re ad fi. ſupra tit. proximo. Quidam præceptores mei in præalleg. §. cato. ſuſtinentes Alex. dicebant, q̃ vbi præcedit obligatio ad aliquid faciendum aut dandum, ille qui non facit dicitur contrafacere obligationi illi. text. eſt in l. poſt legatum. in. §. amittere. ff. de his quibus vt indig. & in l. ſi quis ſepulchrũ. in. §. funus. ff. de relig. facit tex. not. in c. dilecto. de ſen. excom. Lan. Galiaula. in l. ij. in prin. colũ. j. & ſequenti. ff. de verbo. obli. dicit appellatione facti venire non factum large & improprie. d. l. impoſsibilis & probatur hic in verbo, videtur. ideo in materia ſtricte interpretanda diſpoſitio loquens de faciente, non debet habere locum in non faciente, vt in quæſtione Anchar. Ad tex. in præalleg. §. fi. inſtit. de verbo. obli. reſpondet nihil facere, quia bene probat q̃ qui tenetur non facere ſi facit dicitur contrafacere, quia alias non poteſt venire contra promiſsionem de non faciendo niſi faciat, tamen per hoc non probat q̃ non facere proprie ſit facere. Reſpõ de hoc bene probari per alia iura a Corn. adducta. Fatetur tamen etiam ipſe Galiaula ibi opi. Alex. veram eſſe quando teſtator nihil aliud diſpoſuiſſet in teſtamento q̃ legata: per l. ij. ff. de lib. & poſthu. & vbi diſpoſitio teſtatoris aliter redderetur eluſoria ſi negligentem non comprehenderet.

Mod. Mediola. pariter in d. §. cato. i quarto not. ſequuntur deciſionem Alexã. indiſtincte, quia ſi capimus factũ ciuiliter hoc eſt prout a iure conſideratur tanquam differens ab his quæ ſunt iuris, appellatione facti venit non factum, ſtipulatio enim nõ eſt iuris, ſed facti, ita procedit ille text. Si vero conſideremus naturaliter factum ex verbis, apparet q̃ differt a non facto, ſi vero loquamur in cõtrafaciẽte vt ſi iuſsio legis aut hominis eſt affirmatiua non faciens dicitur contrafacere l. ſi quis maior. C. de tranſact. ſecus econtrario ſi prohibitiua ſit iuſsio aliquid non fieri, ſi quiſpiam faciat dicitur cõtrafacere, quia facere & nõ facere ſunt oppoſita. l. ſi is qui ducenta. in. §. vtrum. de reb. du. vnde prealleg. deciſio de hærede q̃ contrafacere dicatur niſi legata ſoluat, dubium non habet quicquid aliqui Mod. ſcripſerint, inquiunt. Et ſic vides deciſionem Alex. contra Anch. eſſe communiter approbatam illam etiam ſequitur Gozadin. in conſi. lx. col. ij.

SVMMARIVM.

1 *Cauſæ libertatis, dotis, teſtamenti, piæ cauſæ, matrimonij, pupilli, & viduæ, ſunt fauorabiles.*

2 *Opinio ſingularis doctoris contra cõmu. in dictis caſibus an præualeat.*

3 *Cauſæ fauorabiles ſi concurrant inter ſe, quæ præualeant.*

L. CLXV. Caius.

Libertas omnibus rebus fauorabilior eſt.

Vltra ea quæ hic dicit glo. videnda ſunt quæ ſcripſimus in l. quoties dubia & in l. in obſcura voluntate, ac in l. libertas inæſtimabilis ſupra eo. vbi hæc lex expedita fuit cum ſua materia.

Quod tamen hic de libertate dicitur, ha-
1 bet † etiam locum & procedit in dote, teſtamento, pia cauſa, matrimonio, in cauſa pupilli & viduæ, & in quacunque cauſa ſeu perſona fauorabili: quia a pari procedũt, & in fauorabilibus ex idẽtitate rationis licita

eſt extẽſio. iuribus vulg. Quod aũt prędi-
cta vera ſint. probãt Fely. & alij in c. fi. per
illũ tex. de re iud. Iaſ. in l. inter pares. etiam
de re iud. ff. & in l. j. col. j. ſol. mat. & Bald.
not. in tract. de dote. in ix. parte princi.

2 Et an † dictis caſibus fauorabilibus opi.
ſing. alicuius doct. contra cõem attendi de-
beat, ponit Alciat. in tract. præſump. in xl.
præſump. primæ regulæ, cõcludẽs ꝙ nõ. la-
tius examinaut Deci. & alij. in c. j. de con-
ſtit. & Corſe. in ſingu. in verbo, opinio.

3 Et ſi † prędictę cauſę aut aliquæ ex eis cõ-
currant, an conquaſſentur priuilegia & fa-
uores ac priuilegiati ad ius cõe reducãtur,
vel egrediatur aliqua regula aut qualitas
faciẽs ex dictis caſibus priuilegiatis vnũ
pręualere, inuenies per Bal. in auct. habita.
col. xij. ver. & quero. C. ne fil. pro pat. Ro.
conſi. cccl xxxv. Pau. de Caſt. cõſi. cccxv.
col. fi. in antiquis. Barb. conſi. xv. & xxx-
viij. col. viij. lib. iij. Alex. cõſi. lv. col. fi. in
v. vol. Cor. cxl. col. ij. lib. j. Soci. in l. j. in. §.
per ſeruũ qui in fuga col. pe. de acqui. poſ.
& C. de eden. in l. qui accuſare. col. fi. Fely.
in d. c. fi. col. j. & in c. dilecti. col. iiij. de ex-
cep. & in c. in pñtia. col. xij. de ꝓba. Deci.
in l. ſi ruffinus. C. de mil. teſt. et in cõſi. 147.
& in d. c. in pręſentia. col. xxiij vbi Pariſ.
char. xiiij. nume. 114. Sed quid reſpõ. ad
hũc tex. in verbo fauorabilior? dici poteſt
ꝙ nõ excludit caſus ſimiles & parificatos.
facit l. ob ęs cũ gl. C. de pdi. mi. Aut ꝙ cõ-
paratiuum pro poſitiuo ponitur, vt in iure
ſæpe cõtingit l. benignius. ff. de legi. l. j. C.
de dolo. & tradit Alb. de Roſ. in diction.
in ver comparatiuum.

S V M M A R I V M.

1 *Coniunctus ante litem conteſt. procurato-
rem ſubſtituere non poteſt excepto patre
in aduentitijs. & nu. 3.*

2 *Defenſionem alicuius quis ſuſcipere põt,
Niſi animo nouandi.*

L. CLXVI. Vlpianus.

NEMO alieno nomine lege age
re poteſt.

SVMPTA eſt ex ll. glo. alleg. Et ꝙ in
alienis cauſis agẽdis nemini cõcedatur po-
teſtas niſi dñi acceſſerit cõſenſus, probant
ſupra alleg. i gl. & l. cũ te. vt hic alleg. Deci.
limitando, vt hic per glo. Itẽ fallit in cõ
iunctis. l. exigendi. C. de ꝓcur. cũ no. ibi ꝑ
ſcribeñ. & in c. cũ M. de cõſti. & Iaſ. in l.
1 qd quis. in vj. lim. C. de proc. ponentẽ † cõ-
iunctũ ante lit. cõte. ꝓcuratorẽ ſubſtituere
nõ poſſe excepto pr̃e in aductitijs. Rom.
in ſing. 222. Fely. in c. nõnulli. in §. ſunt &
alij. col. xv. & xx. de reſc. & in c. pe. col. j.
de re iud. cõcludẽs geſta per cõiunctũ non
obeſſe cõiũcto niſi ratificatione ſecuta, idõ
opus eſt de rato caueri alias qd agit nõ ſub
ſiſtit. vt ẽt per Alex. in cõſi. lxxvij. ad fi. li.
vj. vbi ponit, qd debeat facere volens pro
cõiũcto agere. Accedũt ẽt quę ſcribit Ripa
in d. cap. cum M. nume. 60. cum ſequen. &
Abb. colum. iij. ſed melius in c. querelam.
colum. vj. de elect. dum modum practi-
cãque libellandi docet, coniunctum pro
coniuncto agere volentem. De materia
ampliando & limitãdo pulchre & ſcribit
Iaſ. in l. non ſolum. ff. ſol. mat. dicẽs nõ poſ-
ſe tñ coniuncto ſolui, vt per eũ. Et licet
2 alieno † nomine, vt hic dr̃, agere qs nõ poſ
ſit: alienã tñ defenſionẽ ſuſcipere quis põt,
niſi nouãdi animo id facere vellet, vt hic ꝑ
Deci. faciũt quę diximus in l. in eo. in. §.
nemo alienę ſupra eo. Et ſolẽt aduocati &
procuratores practici ꝓteſtari ꝙ per inſtru
mentũ nouę perſonę alienã defenſionẽ ſu-
ſcipiẽtis nõ intẽdunt diſcedere a conuẽto,
nec illius perſonã deſerere aut relinquere.
Facit l. venditor. cum not. ff. de iud. & §. in
l. ſi mandato meo. ff. mand. ꝙ quis nõ cogi-
tur mutare perſonã debitoris, vt plenius di
xi in l. plus cautionis ſupra eo. Præterea
3 † ad id quod dictũ eſt de patre poteſtatẽ ha
bente conſtituendi procur. etiam ante litis
conteſta. in bonis aduentitijs filij: adde Ro
ma. in conſi. ccxlj. ſpectabiles. col. fi. Cor.
in l. j. C. de bon. ma. & in l. fi. in. §. vbi aũt.
e. l. j. C. de bonis quæ lib. Iaſo. in l. filiusfa.
ad fin. ff. qui ſatiſda. cog. & Deci. in l. j. col.
v. C. qui admitti.

S V M M A R I V M.

1 *Conſuetudo completa quomodo tollitur.*

2 Hic §. *quando non procedat remiſſiue.*

§. TEmporaria permutatio ius pro-
uinciæ non innouat.

NOTA text. iuncta gloſ. quam valde
1 extollunt ſcribentes infra alleg. ꝙ † con-
ſuetudo completa per vnum actum con-

trarium non tollitur, ſed bene eo modo quo inducta fuit. ſicque per contrariam cõſuetudinem l. fina. C. de ſerui. & aq. facit text. cap. primo. de reg. iur. in antiquis cũ dictis in pcedentibus ſuper eadem regula.

2 Deci. hic † tres limitatiqnis ordinauit. plura dici poſſent: ſed gratia breuitatis vide hanc materiam examinatam pleneque diſcuſſam per Alexand. in l. ij. ad fin. prin. ff. ſol. matri. & in conſi. v. col. j. lib. j. Barb. in c cum acceſsiſſent. colum. xxi. de conſti. & in c. fin. colum. xxviii. de conſuetu. Iaſo. in l. de quibus. colum. xviii. de legi. Felyn. in d. cap. cum acceſsiſſent. col. antepe. vbi Deci. ſi. Rochum Curtiũ plene examinantem omnes lim. hic per Deci. tactas, in repe. d. c. fina. colum. lx. cum ſequen. Et declara quod dicit hic Deci. de vltima poſſeſſ. attendenda, vt per Moder. Taur. in l. pacta nouiſsima. col. pe. C. de pactis.

SVMMARIVM.

1 *Mutus & ſurdus vbi verba non requiruntur obligantur.*

2 *Mutus ponendo ſe in manibus abbatis, vel habitum geſtando, facit profeßionem.*

3 *Pater ex ſola præſentia obligatur pro filio decurione ſiente.*

L. CLXVII. Vlpianus.

VBI non voce, ſed præſentia opus eſt: mutus ſi intellectum habet poteſt videri reſpondere. Idem, & in ſurdo hic quidem & reſpondere poteſt.

1 NOTA ꝙ † vbi verbis non eſt opus, ſed intelligentia & conſenſu mutus & ſurdus obligari poſſunt, ſecundum veriorem intell. gloſ. vt hic per Deci. ponentem aliqua quæ poſſunt facere, vt procuratores, hæredes, adire hæreditatem, matrimoniũ contrahere, & donare, vt hic per eum. & latius per Alexan. & alios in princip. l. prima. ff. de verb. obligatio. Et poteſt etiam poni caſus ſecundum Alber.

2 prout ipſe in facto habuiſſe refert: † mutus profeſsionem fecit ponendo ſe in manibus abbatis, vel geſtando habitum profeſſorum, vt in cap. i. §. vero de regul. lib. vj. quærebatur an talis profeſsio valeret? Reſpondet ꝙ ſic, per hanc legem. Et ad regulam iſtius legis. faciunt etiam l. ii. ff. ad municip. §. voluntatem. l. ii. ff. ſolu. matri. l. coram ſupra de verbo. ſignifi. l. ſi fine. C. ad velleia. Poteſt etiam poni exemplũ ſe-

3 cundum Albe. in † filio qui creatur decurio patre præſente, vt in dicta l. ii. ad municip. §. i. & l. honores. §. fin. de decur. nam vt pater pro eo obligetur ſola præſentia ſufficit, licet verbis & voce non conſentiat: ad idem, l. i. C. de filiisfa. & quemad. pro eis paren. ten. lib. x. Et idem dicit Albe. in omnibus aliis caſibus in quibus ſola præſentia ſine verbis conſenſum inducit l. ſæpe. ff. de re iud. l. gaius. de pign. act.

§. FVrioſus abſentis loco eſt: & ita Pompo. lib. primo. Epiſtolarum ſcribit.

FVRIOSVS igitur quantũ ad ea quæ deſiderant præſentiam perſonæ loco abſentis eſt. Hæc regula cum materia expedita fuit in l. furioſi. & in l. prima. in negotiis. ſupra eodem titu.

SVMMARIVM.

1 *Reus fauorabilior eſt quã actor. Amplia. nu. 3. 4. 5. Fallit nu. 7. 8 9.*

2 *Actor proponẽs actionẽ ineptã & incõpetẽtem dato quòd ius habeat ſuccumbit.*

6 *Reo, et in pbationibus a quibus deciſio cauſæ dependet, magis fauetur quã actori.*

10 *Occiſo aliquo vnico vulnere a pluribus coadunatis, ſi ignoretur percuſſor omnes pecuniariter tantum puniendi ſunt.*

L. Abſentem. ff. de pæn. ornatur.

11 *Damnatus ad furcam ſi de innocẽtia proteſtetur & cadat fracto laqueo, an liberandus ſit. Et quid facere debeat magiſtratus.*

12 *Mulier ſepties vercellis percuſſa viſa eſt mori, & cadauer eius reuiuiſcere.*

13 *Decapitatus reuiuiſcens an iterum ſit decapitandus.*

14 *Reus actore non probante quomodo veniat abſoluendus.*

15 *In duello quis actor vel reus dicatur. & nu. 20. Et ibi quid de conſuetudine.*

16 *Duellum quid ſit.*
17 *Duellum an ſit licitum vel permiſſum. Et quid de conſuetudine.*
18 *Duello quando ſit locus. & nu. 19.*
21 *Cautellis diuerſis vtitur in mittendis carteilis. Et quæ verba ponantur.*

L. CLXVIII. Caius.

FAuorabiliores rei potius quã actores habentur.

SVMITVR ex ll. in glo. alleg. Et hic ſumpta fuit regula quæ ponitur in c. cum ſunt partium iura. de re. iur. in vj. Officium ergo iudicis magis exuberat in abſoluendo, q̃ in condemnando. l. abſentem. ff. de pœn. & C. de accuſat. Et licet abſens condemnari non poſsit, abſolui tamen poteſt ſi de innocentia liquet: vt hic per Deci. Et
2 ideo † non ſufficit actori φ ius habeat agẽdi, ſi ineptam & incompetentem intentauit actionem. l. j. ff. ſi menſ. fal. mo. dix. & c. examinata. de iud. quia probare debet in illa actionẽ quam intentauit, & in illa cauſa in libello deducta: alias ſuccumbit etiã aliã probãdo. l. habebat. ff. de inſtit. vt per Pau. de Caſt. in conſi. 50. in antiquis. Et poteſt poni exemplum in dictis regulis ſecundũ Io. And. & alios in d. c. cum ſunt. quando actor pariter & reus probãt, Vel per æqualem numerum teſtium per omnia, Vel per inſtrumenta æqualis auctoritatis, Vel quãdo neuter probat, Vel ſi agens hypothecaria contra titium probat rem ſibi obligatã certo die: & titius probat ſibi obligatam eodem die. nec apparet cui primo reus abſoluitur.
3 Ampliatur iſta regula etiam † ſi probationes ex parte actoris in aliquo excedant, quia in fauorem rei pronunciandum eſt: vt hic per Deci.
4 Secũdo ampliatur etiam ſi † reus per accidens actor efficiatur, vt qa debitor prius compareat & petat actori perpetuum ſilentium imponi, per hoc tamen actor non efficitur abſolute, verum iuuatur prærogatiua regulæ noſtræ, vt tanquam reus in dubio abſoluatur: vt hic per Deci. & in conſil. cccclxxxvij. et in conſi. dclxxxvj. de quo late ſcripſi poſt Moder. in l. in tribus. ff. de iud.
5 Tertio ampliatur etiam † circa probationes faciẽdas, quia licet circa acta medij iudicii, ſicque circa probationes pariter vtrique faueri quidam dixerint, vt p Alex. in conſi. lxviij. col. ij. lib. iij. allegant glo. c. cum ad ſedem. in verbo, cum pertinentijs. de reſtit. ſpolia. tamen quia reſpiciunt deciſionem cauſæ, ex quo actore non probante reus abſoluitur, ideo ſibi eodem modo fauetur quo in deciſione cauſæ: ſecundum Deci. hic: Et eſt communis ſcribentiũ ſententia: vt per Bald. in l. magiſtratus. ad fi. C. quando prouoc. non eſt neceſſe. Alexan. in l. de die. col. j. vbi Iaſo. in fi. commenti. ff. qui ſatiſda. cog. Dec. in l. non eſt nouum. C. de eden. & Aquen. in l. fi. col. ij. illo. eo.
6 tit. vbi concludunt, φ † etiam in probationibus a quibus vis & deciſio cauſæ dependet, plus fauendum eſt reo q̃ actori. nec gl. ſupra alleg. per Alex. qui cq̃uam. de probationibus dicit.
7 Limita modo iſtam regulam † niſi actor fauorabilem cauſam foueat, puta matrimonij, libertatis, teſtamẽti, vel dotis: quia tũc ſecundum glo. in d. c. cum ſunt partiũ. fauor cauſæ præualet fauori rei, & actori fauendum eſt. l. inter pares. ff. de re iudi. l. lege iulia. ff. de manumiſ. c. fin. de re iud cum alijs alleg. per glo. in d. c. cum ſunt. Et inter has cauſas fauorabiles eſt etiam cauſa fiſci, ſecundum Deci. hic. poſt Alexand. in l. j. ff. ſol. mat. de quo diximus in l. in ambiguis. ſupra eodem.
Secundo limitatur vt procedat hæc regula in fine cauſę, ſiue circa deciſionẽ vt di
8 ctum eſt. † ſecus in principio & in præparatorijs iudiciorum, in quibus magis fauetur actori q̃ reo prę alleg. l. de die. cum ibi no. per Bart. & doct. & l. ſi quis intentione. ff. de iudi. In medijs cauſæ pariter fauetur vtriq;: ſecundum glo. & doc. in locis prę alleg. Dec. eleganter hic. & in l. nõ eſt nouũ. C. de eden. q̃uis Soci ibi aliter reſoluat, quod in materia editionis deduxit, ſed magis ſatiſfacit reſolutio Decij. Et prędictam concluſionem ſub paucis voluit glo. communiter approbata in d. c. cum ſunt. quę dicit in principio faueri actori potius q̃ reo. In medio vtrique. in fine ipſi reo.
9 Tertio limita † niſi reus fauori ſuo renũciauerit. l. ſi conuenerit. ff. de re iud. cũ no. ibi per Alex. in ij. col.
Et ad hanc regulam facit l. abſentem. ff. de pœn. vbi in materia pœnali traditur regula, ſanctius eſſe nocentem abſoluere q̃
10 innocentem condemnare, ideoq; † ſi vna pluribus coadunatis reperiatur percuſſus vnico vulnere letali mortuuſq; ſit, & igno

retur

retur a quo illatum fuerit, non poſſunt omnes de homicidio condemnari, ſed potius abſoluendi ſunt a pœna.l.cornelię & aliter pecunialiter plectendi:vt hic p Deci. quędam ad d. l. abſentem. & vltra vide late Alex.conſi.xv.vol.j.& conſi. xiiij. volu. iij.& xlvj.lib.iiij.& conſi.ij.volu.vij. Fely.in c.ſignificaſti.el ij.colū. iiij.de homic. Aquen.in d.l.ſi quis id quod.col. fi. de iuriſ.om.iud.Caſaneum Vltramontanum cō ſil.lviij.Hippol.de Marſ.in l.j.in princi. in vlt.col.ff.de quęſtio.& in rub.C. de prob. colum.lxxxiij.& latius in l. ſi in rixa.ff. de ſicar.

Et per d.l.abſentem.iunctis ſupradictis, Lucas de penna in l.j.C.de deſer.& occul-
11 ta.eorum lib.xij.dicit,ꝙ†ad mortem damnatus,laqueoq; ſuſpenſus:ſi fracto laqueo in terram viuens ceciderit,credendū eſt id factū fuiſſe miraculoſe in dubio, cum ille proteſtatus fuiſſet de innocentia ſua, & cō cludit ipſum fore liberandum, & ſequitur hic ſimpliciter Deci. tanquam notandum.

Adde in primis id fieri non poſſe per ma giſtratum vel populum ſubditum, ſed tantum per principem:quia cum ſit gratia & indulgentia,ſoli principi ſpectat & pertinet.l.diui.ff. de pœn.l.j.ad fin. ff. de quæſtio.Fely.late in c.conſanguinei. de re iud. poſt Bald. Abb.& alios. vbi ſcribit, ꝙ per nouam notitiam innocentię rei confeſsi & condemnati executor debet omni modo quo poteſt ab executione perſonali ſuperſedere principique ſcribere, & ſi ex indulgentia liberandū duxerit,bene:alias ſi ſen tentiam exequendam reſcripſerit parendū eſſe,vt ibi per eum.Ideo cum talia contingunt cautela eſt, vt damnatus reducatur ad carceres tute cuſtodiendus donec conſultus princeps quid agendum reſcribat.

Opi.tamen Lucę de penna, & Decij ſupra relata lege non probatur.poſtquā enim ille condemnatus extitit, conſtat nocētem eſſe,non innocentē,ſicque nihil facit l. abſentem.& fractio laquei potuit contingere vel per fraudem commiſſam,vel ex debilitate funis & chordæ, ita ꝙ neceſſario non arguitur miraculū: & temporibus noſtris dum hoc contigiſſet in ciuitate Alexādrię exiſtente ibi gubernatore quodam ex noſtris Vercellenſibus perſpicui ingenij, & clamaſſet populus liberandum eſſe qui viuus in terram fracto laqueo ceciderat, id fuit pollicitus miraculumque credere ſi iterum ſuſpenſus in terram viuus caderet, iuſsitque duplicem laqueum inijci & ſuſpendi,quo facto incontinenti vitam cū morte commutauit. Et temporibus diui Hieronymi, vt ipſe in ſuis epiſtolis ad Innocentium ſcribit, nonne in vrbe vercel-
12 larum†mulier accuſata de adulterio quod non commiſerat ter icta per carnificem, & inde admoto iugulo mucrone mori nō potuit,& tamen vt iuſtitię locus eſſet;ſepties percuſſa legitur, & tandem viſa eſt mori, ſublatumque cadauer reuixit innocentiæ deo fauente. Et cum ahuc requireretur ad ſupplicium Euagrius epiſcopus ab Auxentio Imperatore Magiſtrali tūc agēre libertatem precibus ſuis impetrauit. In hoc caſu bene dicerem cum Hieronymo ibidem. o vere ius ſummum, ſumma malitia poſt tanta miracula adhuc ſeuiūt leges, neque eo caſu fuit neceſſaria illa principis liberatio. Eſt enim quęſtio formata per An-
13 gel.& Moder.in l.iij.ff.de legib. ſi†cōtingat decapitatum reuiuiſcere an iterum ſit decapitandus?& reſpondent ꝙ nō, ex quo ſemel ſententiam paſſus eſt, & mors omnia ſoluit.& quemadmodum refert ibi Angel.hæc fuit ſententia theologorum. Nō ſunt multi dies quibus ſimul euenit in caſtro nouo Tertonenſi.quidam enim iniuſte de homicidio accuſatus condemnatuſque, ter per carnificem omnibus neruis ictus mori non potuit.neque læſionem in corpore diuino ſuffragante auxilio recipere, propter quod ab executione ſuperſeſſum fuit & conſultus Illuſtriſsimus Marchio Vaſti loci dominus,qui iuſsit illum ad ſe adduci quem comperta veritate liberauit, cum reſtitutione bonorū quæ illi ablata fuerāt.

Redeundo ad regulam legis noſtræ ꝙ
14 in dubio reus ſit abſoluendus,quęro†quo modo debeat reus abſolui actore non probante?Dicas ꝙ ab obſeruatione iudicij ſi nihil ſit actitatum:ſi autem fuerit actori aſſignatio facta ad probandum a lege vel ab homine,tunc abſoluitur diffinitiue.ita Bal. & Phi.Fran.in d.c.cum ſunt. Vide melius Are.in l.qui accuſare.C.de eden.Rimi. in l.edita.col.xvj.eod.tit.& Iaſo.in.§.fi.l.iuſiurandū.ff. de iureiur. vbi ponit qualiter intelligatur quod dicitur, diffinitiue quem eſſe abſoluendū, vel ab obſeruatione iudicij,& qui ac quales effectus inde reſultēt prædictis vt ſupra ordinatis in quodā trac. præſumptionū nuperrime per Alciatū edito.in xliiij.præſumptione tertię regulæ ad hanc regulam & materiam quædam poni & dici.quæ ibi videre poteris.

Per iſtam regulam volentem fauorabi-

ſiorem eſſe cauſam rei ꝙ actoris: ſicque vtilius eſſe partes rei & prouocati defendere, ꝙ actoris perſonam induere, ac ſuſtinere: Inferri poteſt ad no. & practicabilem quæſtionem in materia pugnæ, & ſingula-
15 ris certaminis ſeu duelli, quis † dicat prouocator & quis prouocatus, quis actoris, & quis rei vice fungi debeat, vt ſciatur ꝗ pars fauorabilior eſſe debeat: iuxta terminos iſtius regulæ ⁊ materia frequens eſt, hiſce maxime temporibus, ac vtplurimum inter magnos & generoſos viros ſæpe exagitata: nec longa temporis intercapedo eſt, ꝙ orta differentia inter illuſtrem Ioan. Thomam Mirandulæ comitem, & comitem Thadeũ de Manfredis, prætextu quorundam verborum ab eodem comite Mirandulæ, vt aſſerebatur, prolatorum, poſt infelicem & miſerabilem filiorum ſuorum caſum, qui rixantes ſimul periere, mandato illuſtriſsimi Sabaudiæ ducis principis noſtri, ad preces præfati comitis Mirandulæ conſuluit ciuitatis noſtræ Vercellarum ſacrum venerandumq; iuriſconſultorũ collegium, cuius quidem conſilij onus humeris meis fuit impoſitum, & pro communi vtilitate ac vera intelligẽtia materiæ duelli nonnullis reſecatis conſultationis ſummam hoc loco inſerere placuit, nec omnino impertinens aut ingratum fore putaui. Quamuis enim materia duelli ad expertos in re militari viros magis, ꝙ ad iuriſconſultus pertinere videatur. vnde ab Annibale Phormionem de re militari diſputãtem deriſum fuiſſe quidam ſcribunt. Et Eudamidas (vt Plutar. in Laconicis apophthegmatibus refert) cum philoſophum de bello diſſerentem audiuiſſet, oratio, inquit, mirabilis eſt, ſed dicenti minime credendum, non enim circa eum obſtrepuit tuba. Attamen quia, vt in primo Ethicorum inquit Philoſoph. legalis ſcientia architectonica dicitur, hoc eſt de alijs omnibus diſponẽs, & cui omnes aliæ ancillantur & ſeruiunt: mirum videri nõ debet, immo congruum, parq; a iureconſultis ſuper ea materia reſponſa dari. nonne enim de re militari, de captiuis, & poſtliminio reuerſis, pleni ſunt libri noſtri, nonne de duello Ioan. de Lignano, Paris de Puteo, & plures Moder. tractatus compoſuere, nõne ſuper quæſtionibus & dubijs in hac materia exorientibus a iureconſultis deciſiones requirũtur ab ſummis armorum ducibus, ab illuſtribus exercituum conductoribus, vt patet ex conſi. Angel. ccclxxiiij. ex themate in nouis. Barbat. lxij. lib. j. Calcagn. ij. Iaſo. cxliiij. lib. ij. & cxiij. lib. iiij. Decij cccclxxxvij. & cccccclxxxvj. cum ſimilibus. Pariſi. in conſil. xxxj. lib. j. Et rationes, quas militares viri in materia duelli diſſerentes adducũt, ex legibus & doctrinis iuriſconſultorum ſumũtur, ad ſimilitudinem enim contentioſi iudicii procedit duellũ, idcirco emergentia dubia melius per iuriſconſultos ꝙ per alios enucleabuntur & decidentur etiam in prædicta materia.

Bar. in l. j. C. de lit. conteſta. & Ioan. de Lignano in tract. de duello, colum. viij. Pariſi. loco præalleg.

Hanc igitur materiam tractaturi præmit-
16 temus † duellum nihil aliud eſſe ꝙ duarũ partium de victoria contendentium bellũ & dimicatio: non tantum duobus, vt quidam perperam exiſtimauerunt, ſed multorum, immo exercituum, alioquin non diceretur a Plauto duellum inter thebanos & theleboas, & ab Horatio. Græcia barbariæ lẽto colliſa duello. Hinc eſt ꝙ quos nos hoſtes appellamus eos veteres perduelles appellabunt, vt in titulo de verbo. ſig. Caius iuriſconſultus meminit.

Contingebat in ea quæſtione de duobus principaliter dubitari. primo vtrum inter prædictos comites duello locus eſſet. Secundo hoc præſuppoſito ſeu conceſſo, quis ipſorum prouocator diceretur, ita ꝙ actoris partes ſuſtinere deberet.

Circa primum articulum inquirendum
17 in primis videbatur, † an duellum licitum ſit & permiſſum, & in defectum probationum concedendum vel non ⁊ quem articulum latius ꝙ alij ad partes arguentes examinant Barbatia & Calcaneus in præallegatis conſilijs, quæ ſibi inuicem contrarij ediderunt in cauſa duorum nobilium Ducalis Sabaudiæ excellentiæ vaſallorum vt in eis patet. Communis doctorum ſentẽtia eſt duellum omni iure diuino ſcilicet et humano prohibitum eſſe: cũ probatio per duellum deceptiua ſit & fallax, eligaturq; percuſsio proximi, & expoſitio propriæ vitæ nec ſit quis dominus membrorum ſuorum & minus animæ, & fiat diuini iudicij cum tentatione dei vſurpatio: ideo regem vel principem illud concedere non debere, nec abuſum conſuetudinis a peccato mortali excuſare propter periculum perditionis animarum. Bald. Aquen. & alij in l. ex hoc iure. ff. de iuſtit. & iur. Barba. Calca. & Iaſo. in præalleg. conſilijs, vbi leges, iura, rationes, & auctoritates citant, Cla-

uaſi. & Caietanus in eorum ſummulis. in verbo, duellū. Deci. in conſ. ccccclxxxvij. & Pariſius loco præallegato. Ex conſuetudine tamen generali fere totius Italiæ deuenitur ad duellum & ſingulare certamen, de factoq; obſeruatur, maxime pro conſeruatione honoris & famæ quæ vitæ æquiparatur. l. iuſta. cum gl. ff. de man. vindi. cum plene cumulatis per Cur. ſeniorem in repetitione. l. admonen. colum. lxxvij. ff. de iureiuran. Perindeq; tunc eſt ac ſi de iure licitum permiſſumq; foret: ſecundum Doctores, vt per Decium in conſil. cccclxxxvij. & Curt. iuni. in conſi. clxxiij. Pariſi. loco præalleg. Quod reſpectu peccati procedere non putamus per prædicta. Niſi ex magna & rationabili cauſa principes permitterent, ſicuti permittunt meretrices, quoniam non peccarent, ſecundum Caietanum in loco ſuperius citato. peccarent tamen prouocantes & ſuſcipientes duellum ſicuti peccant mortaliter meretrices, vt per eundem Caietanum in ſua ſummula in verbo, meretrices. Ex maxima tamen cauſa, & propter publicum bonum quod ex eo ſequeretur, id fieri poſſe abſq; peccato arbitraremur, vt in exemplo ſequenti. cum de Sicilia inſula Carolus Andegauenſis & Petrus Tarraconenſis diu bella geſsiſſent & infinita procederent mala, Martini ſummi pontificis collegijque Cardinalium auctoritate (vt Paris Put. in præallegato tracta. ſcribit) in Aquitanis Burdegalæ armis concurrere conuenerunt & pacti ſunt, iureque iurando ſanxerunt vter victus eſſet inſula decedere, nec in ea re amplius controuerſiam facere. Et ſi inuictiſsimus Cæſar, & potentiſsimus Francorum Rex, controuerſias eorum ſingulari certamine & duello diremiſſent aut decidere vellent, obuiamque hoc modo tot incendijs, ſtupris, homicidijs, calamitatibus, & malorum vndis irent etiam ex conſenſu ſummi pontificis, quis ſani capitis hoc illicitum & damnatum diceret, ab omnibus laudādum eſſet, & approbandū?

In terminis quæſtionis nobis propoſitę alio nō facto nec apparente arbitrabamur
18 † duello minime locum fore, non ea ratione ꝙ ſuper querela prædicta prius criminale iudicium inſtitutum fuerit. quamuis enim electio iudicialis ſtrepitus impediat iniri debere aut poſſe duellum, vt per Bald. & alios in. §. fin. l. cum filius. ff. de lega. ij. Canoniſt. in capitulo j. & ij. de purga. canon. facit l. ſi mulier. in fine. ff. quod metus cauſa. ibi, via quam elegiſti hæc tibi pateat. Tamen, vt dicitur, iudicium illud non fuit a parte inſtitutum, ſed per ordinarium ciuitatis Parmæ ex mero officio, ideo ceſſat ratio doctorum ad impediendum duellum conſiderata.

Præterea potiſsima pars querelæ erat, quod illuſtris Mirandulæ Comes dixerit vulgariq; fecerit homicidium filij ſui commiſſum fuiſſe re prius inter Comitem de Manfredis, & Comitem Galliotum Picum compoſita: & ſuper hoc vt intellexeramus nullum iudicium pendebat. ergo &c. Verum mouebantur quia licentia & auctoritas principis ad hoc (vt dictum eſt) requiſita non interuenerat, vt dicit Baldus in titulo de pace tenenda in principio in quinta colum. per legem. j. C. vt armo. vſus inſcio. princip. libro vndecimo, & Decius in conſil. cccccclxxxvj. colum. ſecunda. Item quia multa ſub inuolucro verborum obijciebantur Comiti de Manfredis in reſponſionibus & chartellis illuſtriſs. Comitis Mirandulæ, ſuper quibus iudicio Sereniſsimi Cæſaris, vel per illius Maieſtatem deputandi ſe ſtare uelle Comes Mirandulę profitebatur, ſeq; obtulerat quod recuſabat Comes de Manfredis aliam certam cōditionem offerens. Antequam ſuper prædictis per Cæſarem vel alium deputandum facta eſſet declaratio ceſſare debebat duellum: cum multa coram tali iudice afferri poſſent, honeſtatis gratia in literis & chartellis Mirandulæ Comitis non expreſſa, verum (vt ipſe inquit) ſuppreſſa. Exprimenda poſtmodū corā dicto iudice ꝙ futuro duello inter prędictos comites impedimento eſſe poterunt, pręſertim ſi de infamia vel imparitate obijceretur.

Ante igitur prędictorum declarationem & liquidationem ſequendo Bald. in loco ſupra alleg. Barbat. & Iaſo. in vltimis col. præallegatorum conſiliorum dicendū videbatur, non eſſe locum duello. ſunt † enim
19 plura requiſita ad obtinendum duellū. inter cætera prouocās maior vel par eſſe debet, cum non liceat minori aſcendere: ad iudicemq; pertinet pronunciare & declarare duello locum nō eſſe ſtante imparitate inter contendentes, ſecundum doctores in locis proxime allega.

Præſuppoſito autem citra præiudicium veritatis ꝙ huiuſcemodi contentio inter

Digitized by Google

præſatos Comites. ſingulari certamine & duello diffiniri poſſet, ſicq; declarari contingeret per Cæſarem vel alium, nam Cæſar id facere nõ ſolet, quinimmo ad bellum prouocantes graui pœna conſueuit afficere. Diſcutiendam eſſe ſecundam dubitatio-
20 nem dicebamus † quis ipſorum comitum prouocator diceretur, actoriſq; partes ſuſtinere deberet, & qs prouocatus & reus.

Scribentes ſuper materia duellli qõnem hanc arduam dicunt, & fere omnem difficultatem præſentis materiæ in diſcuſsione huiuſce articuli conſiſtere. Prouócatus.n. dicitur reus, cuius cauſa fauorabilior eſt vt apertiſsime in iſta regula dicitur. Ideo eligit iudicem, locum, tempus, & arma militaria, cum præter ſpem ad pugnam vocetur & quodammodo trahatur. vt Pari. in tract. de duello cap. incip. ꝙ prouocator eligit lib. ij. Iac. Rebuff. in l. vnica. C. de gladiator. lib. xj. Iaſ. & Deci. in conſilijs præalleg. & oẽs alij qui de hac materia tractarunt. Ex generali tamen conſuetudine fere totius Italiæ quantum ad locum & iudicẽ obſeruatur contrarium. Quod inductum videtur in fauorem ipſius prouocati et rei, ut releuetur ab onere inueniendi congruũ & non ſuſpectum locum, Iuſtumq; iudicem: quod difficile eſt, quia catholici principes propter peccatum duello contendere pugnareque volentibus concedere recuſant, nec in tali caſu iudicare volunt.

Antequam attingeremus meriti propoſiti caſus præmittebamus ꝙ ob prædicta
21 qui † huiuſcemodi querelas proponunt, literaſq; & chartas quas chartellos ipſi nũcupant mittunt, diuerſis cautelis verbalibus in eorum ſermonibus & circa emiſsionem & prolationem verborum vti ſolent. Qui enim pure & ſimpliciter cõtra aliquem querelam proponit, perperam ac æquite & nobili viro indignum eum aliqd feciſſe dicens, aut tale quid dixiſſe vel dicere aduerſus ipſius honorem, & illũ mentitũ fuiſſe ac mentiri quoties id fecerit aut dixerit dicatve, & ſe id armis oſtenſurum vel defenſurum: graui iniuria aduerſarium afficit. Barto. in l. apud labeonem. in. §. ait prætor. per illum tex. ff. de iniur. & Deci. in cõſi. dclxxxvj. col. ij. Eſtq; proculdubio prouocator duelli, & actoris partes ſibi aſſumit: ex quo primo querelam dat, ad armaq; aduerſarium vocat. l. in tribus. & l. qui prior. ff. de iudic. l. libertus a patrono. ff. de in ius voca. tradunt Ioan. de Ligna. Puteus Rebuff. Iaſ. & Deci. in locis pręalleg. Alter vero prouocatus & reus dicitur, cuius cauſa in multis, vt infra latius dicetur, eſt fauorabilior. Et iſtud procedit ẽt ꝙ huiuſcemodi querela porrigentem, ita ꝙ a querelato oriatur iniuria ab illoq; origo rixæ & mali procedere videatur, quia adhuc talis querelans actor dicitur & prouocator duelli, non reus: cum cœperit querelam proponere, chartellos edere, aduerſariumq;. ad arma vocare. iuribus proxime allegatis cum alijs de quibus per Afflictũ in deciſio. regni cclxviij. & Deci. in conſi. pręalleg. Quamuis enim aduerſariũ perperam aliquid fecerit dixeritve, ſicq; fuerit iniuriæ prouocator, origoq;: ex quo tamen ipſe non vocauit ad cauſam armorũq; iudicium querelantem, ſed ipſe eſt qui vocat: neceſſarium conſequens eſt eum eſſe reum & ad duellum prouocatum, non autẽ actorem duelli. ſicq; aliud eſt eſſe prouocatorem iniuriæ, & originem mali: aliud eſſe prouocatorem certaminis & duelli: vt Paris de Puteo in tracta. præalleg. alijque de hac materia ſcribentes adnotarunt. Ex quibus liquet magni momenti nõ eſſe cautelam, quam prudentes quidam & in re militari experti viri ad pugnam & duellum, vt dictum eſt, prouocati obſeruant. nã antequam eis legatur pars illa literarum & chartelli vbi querelans ad mentiendũ deſcendit, a lectura deſiſti faciunt, & dicunt querelantem mentitum fuiſſe & mentiri, de hoc inſtrumentum præcipientes vt ipſi primum dixiſſe videant aduerſarium mentitum ac mentiri, ſicq; ſint mentitores & defenſores honoris ſui, & cõſequenter rei & prouocati. Putant enim ꝙ ſi paſsi fuiſſent ſe prius mentiri, tanquam grauati armis ſolummodo poſsint honorẽ ſuum defendere, & ſic neceſsitentur actores ſe facere: Sed cum in eadem charta per querelantem primo emiſſa contineatur querela & ſimul cum opprobrio mẽtientis obiectio, negari non poteſt quin ad mentiendũ querelans prior fuerit ꝗ querelatus & prouocatus, & ſi talis mentitio inualida cenſeatur ad aggrauandum opinionem & honorem querelati, ac ad conſtituendum quempiam actorem duelli, vel prouocatum & reum, hoc parum faciat. Tota enim vis vt diximus eſt, quis primo querelam porrexerit, ad cauſamq; & pugnam aduerſariũ vocauerit: illi equidem duelli prouocator erit, & actoris partes ſuſtinebit non obſtan

ſe quauis ſophiſtica forma & conceptione verborum quibus querelans vſus fuerit, etiam ſi dixiſſet ꝙ non intendebat per ea quę dixerit vel ſcripſerit partes actoris aſſumere, ſed velle honorem ſuum defendere: quia cum leges & iura dantem querelam & ad iudicium armorum prouocantē, actorem & prouocatorem faciant & conſtituant, nõ poteſt ipſe cum ſuis cautelis & proteſtationibus ſe prouocatum & reum conſtituere, ac eludendo iuris diſpoſitionem facere vt leges & iura diſponentia talem eſſe actorem in actionibus ſuis locum non habeant. l. ſi prætor. in prin. ff. de iud. l. nemo poteſt. ff. de lega. j. l. leges. C. de legi. c. ſi ciuitas, de ſenten. excommu. in vj. & c. j. cum no. de conſtitu. alias eſſet in poteſtatę & facultate cuiuslibet prouocantis cum cautela verborũ de actore & prouocatore ſe prouocatum & reum facere, quod eſt abſonum & minime dicendum. l. nam abſurdum. ff. de bon. lib. cum alijs adductis per Deci. in c. cum inter. in vij. not. de excepti. Et vltra ꝙ excellentiſsimi doct. ita communiter concludunt & conſuluerunt, vt ex præallegatis liquet: armorum proceres, & in re militari experti duces, prout prudentiſsimus Vrbini Dux, quemadmodum a pluribus accepimus, annis præteritis in querela quæ vertebatur inter illuſtres viros quondam Cæſarē Frégoſium & Cagninum Gonzagam, alijque plures ſuper diuerſis querelis ita iudicarunt & reſponderunt, & recte legum quidē diſpoſitionem inſequentes.

Si tamen ille contra quē data fuit querela, & miſſus, vt ita dixerim, chartellus non exciperet ſimpliciter, aut ſe culpabilē negaret dicendo aduerſarium mentitum & mentiri, verum illum mentiri diceret, & ſe id armis oſtenſurum: probandi onus in ſe aſſumeret, & de reo efficeretur actor ad pugnam inuitando & prouocando aduerſarium. l. circa. ff. de probatio. l. in tribus. ff. de iudi. Iacob. Rebuff. in l. vnica. circa fi. C. de gladiator. lib. xj. & alij de hac materia ſcribentes. Secus vbi diceret delatorē & querelantem mentitum & mentiri, ſeq; paratum id cũ armis defendere: tunc enim clare apparet defenſiuam eum partem non offenſiuam, ſicque rei non actoris capere, Iac. Rebuf. loco proxime alleg. quicquid dixerit Paris contrarium ſentiens loco ēt ſupra citato. cenſeri igitur debet prouocatus & reus; ita ꝙ ſummę laudandi ſunt ad duellum prouocati qui verbis defenſionē potius ꝙ̃ offenſionem ſapientibus vtunē ne partes actoris velle aſſumere videant̃.

Et hęc videntur procedere quando ille qui literas, quod chartellum dicunt, miſit ad arma prius non recurrit, ſed ſi ille vltra mentiendi opprobrium arma comminatus fuiſſet, prouocator videtur & actor, alter vero prouocatus & reus quamuis armis vltra rementiendi opprobrium id oſtenſurum vel defenſurum dicat & offerat. ex quo enim aduerſarius incepit priorq; fuit ad inuitandũ ad arma, prouocator & actor dicendus eſt, nec curãdum in claris quibus verbis defenſiuis vel offenſiuis prouocatus vſus ſit, cum non curemus de modo quando habemus effectum. l. iij. C. de inſtitu. & ſubſti. ſub condi. fac. l. etiam hoc modo. ff. de leg. j. & iſto caſu ſaluari poſſet qđ ſcribit Paris, quem proxime retulimus & reiecimus. Sed q haſce literas, & huiuſcemodi chartellos ſcribunt mittũtq; cum peritioribus tractatu habentes modeſtius ciuiliuſq; agentes conditionaliter loquuntur & ſcribunt: ſi, & quoties puta, id feceris, dixeris ve, aut dicas, perperam maleq; factum dictum ve fieriq; & dici, & te mentitum mentiriq; dico, & armis defenſurũ. Niſi aduerſarius id factum aut dictum neget: ſicq; conditio verificetur. diſpoſitio facta ſub conditione ipſa conditione non impleta locum non habet. & neuter contēdentium quicquam affirmat, nulliuſq; eorum opinio aut fama grauatur, propterea inter tales non cadit duellum. Si autem aſſerat, fateaturq; factum vel dictum & bene factum dictum ve contendat, dicens aduerſarium mentitum & mentiri, armiſque ſe id defenſurum, vt aliquando fit, dicunt plerique & precipue in re militari experti viri & duces, eũ qui fatetur ſic dixiſſe aut feciſſe vel dicere, eſſe prouocatorem primum, alterum defenſorem honoris ſui mentitoremq; ac prouocatum, ad eumq; pertinere electionē armorũ. Sed errant & contrarium de iure verius eſt, maxime per ea quæ ſupra diximus de intentante beneficium. l. diffamari. ꝙ licet prouocatus veniat ad iudicium, tñ ſecundum leges & cõmuniter a doctoribus receptas ſententias actor dicitur & non reus, vt per Decium leges & iura ad hoc citantem in conſilio cccclxxxvij. colum. ij. ſic in propoſito quamuis literas & chartellum primo mittens ob iniuriam ſibi aut contra honorem

Digitized by Google

ſuum illatam ad ſic ſcribendum prouocet, actor tñ non reus iudicari debebit. Poterit itaq;, vt in ſuperioribus tactũ fuit, aduerſarius vnde orta aſſeritur iniuria prouocator dici reſpectu iniuriæ, mittens vero chartellum prouocator duelli, qñ. ſ. dixit in caſum negationis ſe id armis oſtenſurũ vel defenſurum. ꝙ ſi vltra mentionẽ ad arma nõ cõfugerit, neq; illa minatus fuerit, neuter dicet duelli prouocator. Et erit tunc neceſſe ꝙ vltra opprobrium mentiendi ille qui ſe magis leſum et oneratum reſpectu honoris putat, vlterius procedat ad arma cõfugiendo, & ad pugnã aduerſarium inuitet cõducatq;. Vnde ad deciſionẽ propoſitę. q. deſcendẽdo dicebamus viſis quinq; chartellis, vt iſti duellatores nuncupant, vna cum manifeſto ſeu literis patentibus Comitis de Manfredis et tribus ipſius Comitis Mirandulæ, ex ipſorum lectura clare liquere Comitem de Manfredis pure ſimpliciter & affirmatiue propoſuiſſe querelã contra Comitem Mirandulę, dum aſſeruit notum ſibi eſſe medio perſonarum quæ ſunt fide dignæ, ſicuti Mirandulę Comes a veritate diſcedens diuerſimode calũnias falſasq; notas ſibi adſcripſit, & per vxorẽ eius adſcribi fecit dicendo vulgandoq; dictũ homicidium filij ſui non fuiſſe caſuale & in rixa perpetratum, ſed tractate req; prius compoſita cum Comite Gallioto Pico, dicendo eum fuiſſe mentitum & mentiri, armisq; ſe id defenſurum. Cui querelæ & imputationi prudẽter reſponſum fuit per Mirandulanum, qui ad cautelam ante lectam auditamq; particulam chartelli vbi ad mẽtiendum Comes Manfredi deſcendebat, reſpondit, illum mẽtitum & mentiri in & ſuper dictis & propoſitis cõtra eum. Cui ergo dubium ꝙ Comes de Mãfredis prouocator duelli cenſendus non eſſet & actor? Comes vero Mirandulæ prouocatus & reus: ſecundum iura & receptas a doctoribus ſententias ac ẽt iudicium in re militari expertorum virorum & armorum ducũ, vt ſupra dictum fuit. Et conſequenter d ce bamus ꝙ ſi huiuſcemodi q̃rela armis decidenda foret & per duellum, ſicq; iudicari contingeret, Comes de Manfredis duelli prouocator diceretur, actorisq; partes ſuſtineri deberet: Comes vero Mirandulæ prouocatus & rei perſonam reprę ſentans, ita ꝙ armorum electio & temporis dieiq; præfinitio ad eum, per ea quæ in ſuperioribus diximus & retulimus, ſpectaret & pertineret. Et iſtud eſt in quo cauſa prouocati fauorabilior eſt q̃ꝫ cauſa prouocantis.

Eſt aliud maius adhuc commodum, ꝙ quis potius cẽſeatur prouocatus, q̃ꝫ prouocator. cum enim duelli prouocator die tali per prouocatũ eligendo cenſeatur promiſiſſe, qua impoſuit & propoſuit ſe probaturum niſi prouocatum & aduerſarium in pugna vicerit & ſuperauerit, quod ſpoponderat & pollicitus fuerat præſtitiſſe adimpleuiſſeq; non dicitur, pro victoq; habet, nec amplius tentanda erit fortuna, quod eſt magni momenti, Bal. & alij in d. c. j. in princ. de pace tenen. Sicq; maximum commodum eſt ꝙ ſit quis potius prouocatus, q̃ꝫ prouocator & actor.

SVMMARIVM.

1 *Prædo multis modis dicitur.*

2 *Prædo poſſeſſione ſua quãdo nõ reſtituitur.*

L. CLXIX. Vlpianus.

NEMO prædo eſt qui pretium numerauit.

SVMPTA eſt ex. §. ſi quis ſciens. l. ẽt. ff. de peti. hęr. intelligẽdo, vt ibi per gl. Et niſi auctoritate propria rei emptæ poſſeſſ. occupaſſet. l. ſi ex ſtipul. cũ ibi no. p Alex.
1 Iaſ. & doc. ff. de acq. poſ. Dicitur † aũt prędo multis modis. Clau. ĩ ſumma in verbo, prædo. qui poſſeſſione ſua iure incognito priuandus non eſt. c. in literis. de reſti. ſpol. faciunt not. pulchre per Fel. in c. fi. col. ff. de præſum. Dicunt tñ Inno. & But. in d. c.
2 in literis. ꝙ † vbi cõſtaret agentẽ remedio recuperandæ prædonẽ eſſe, nõ foret locus diſpoſitioni. d. c. in literis. quia res aliena ſine peccato retineri non põt. c. literas. de reſti. ſpol. & c. cum tu. de vſur. debet itaq; tex. ille volens ẽt prędonẽ eſſe reſtituendũ de eo intelligi, qui prædo dr̃ nondum detecto ꝙ talis ſit. q̃uis docto. indiſtincte dicere videant prædonẽ eſſe reſtituendũ. dummodo cum dño nõ concurrat. l. colonus. ff. de vi & vi arma. ideo de hac materia vidẽda ſunt q̃ Moder. ſcribunt in. §. nihil cõe. l. naturaliter. ff. de acqui. poſſ.

SVMMARIVM.

1 *Homo liber non poteſt in cõtractu deduci.*

2 *Hominis liberi emptor non dicitur locupletior.*

§. LOCVPLETIOR non eſt factus qui liberum acquiſierit.

Nec primus nec ſecundus intellec.gl.
1 conuenit: Ideo intelligas † de libero homine ſcilicet qui in contractum deduci nõ poteſt.l. inter ſtipulantem.§.ſacram. ff. de verbo.obligatio.l.liber homo.ff.ad legem Aquil.nec a quoquam retineri.toto tit.ff.
2 de libe.homi.exhibẽ.nimirum igitur † ſi liberum hominem acquirens, ſcientes ſcilicet,non intelligitur factus locupletior, vt hic dicitur. facit tex.notab.in l.pretia.rerum.ff.ad legem Falcid.

§. CVM de lucro duorum quæritur,melior eſt cauſa poſsidẽtis.

Vide quæ diximus in l.in eo quod. ſupra eo.& in l.in pari.infra eod.tit.

SVMMARIVM.

1 *Momentanea quando habeantur in conſideratione.*

L. CLXX. Paulus.

CVM prætor in hæredem dat actionem quatenus ad eũ peruenit. ſufficit ſi vel momento ad eum peruenit ex dolo defuncti.

Pro gloſ.iſtius legis ſufficit.l.videamus.ff.quod metus cauſa, vnde ſumitur
2 præſens regula. Vbi vero † & quando momentanea acquiſitio in conſideratione habeatur,Deci.ſe remittit ad not.in l.ſi tibi. ff.ſi cer.pet.ego latius dixi in l.non videtur quiſquam.

SVMMARIVM.

1 *Ius ex perſona actoris metitur non poſſeſſoris.*

2 *Poſſeſsionis iuſtæ commoda ſunt infinita,et econtra nume.* 10.

3 *In cã poſſeſſoria quãdo ſummaria probatio requiratur. Et an ſit magni pͥudicij. L.ſi.C.de edic.diui adri.declaratur.*

4 *In cauſa poſſeſſoria admittitur reprobatio teſtium. Et appellatio nu.* 5.

6 *Poſſeſſorium ſummarium quòd ſit.Et quid plenarium nu.*7.

8 *Poſsidens bona quando bono.poſſeſ.agnouit an teneatur probare ſe intra debitũ tempus agnouiſſe.*

9 *Fauorabiles perſonæ in cauſa prælationis ratione prioritatis temporis de qua non conſtat,an præferantur etiam contra poſſeſſorem.*

L. CLXXI. Paulus.

IN pari cauſa poſſeſſor potior haberi debet.

Ab iſta l.extracta fuit regula c.in pari.de reg.iur.in vj. Et vltra concordantes alle.per gl.facit text.l.in eo quod.ac.l.nemo prędo.in.§.cum de lucro.ſupra eo.c.ex literis.de ꝓba.§.j.l. vti frui.ff.ſi vſufr.pe. ibi, vincet iure quo poſſeſſores potiores ſunt,licet nullum ius habeat.ad idem tex. no.in l.ij.ff.vti poſsi.accedat vulgatus.§. cõmodum.inſti.de interdi. actore enim nõ probante abſoluẽdus eſt cõuentus & ſi nihil probauerit,vt ibi.Hinc ſolemus dicere
1 nos † metiri ius ex perſona agentis, nõ ex perſona poſsidentis.l.j.ſupra ſi pars hære.
2 pet.Infinita † prope ſunt poſſeſsionis commoda:iuſtæ vz,ſcdm nota.Decij in conſi. clxix.col.fi.quemadmodum vltra not.per ſcribẽtes in dictis locis, videre poteris per Pau.de Ca.in conſi.50.& clxxix.in antiquis. vbi in dubio poſſeſſoribus fauẽdum eſſe dicit.Abb.in c.in pręſentia.col.x.verſi.ſi vero cauſæ.de probat.practi. Papi.in forma lib.actio.negat.in gl.ſuper verbo,ꝓ quandã.Barba.in c.ex literis.col.x.de ꝓba.in c.j.col.xxvij.eod.ti.in conſi.xxiij. col.pe.& in conſil.xxxix.col.iij. vol.iiij. gl.& ſcribentes in c.afferte.de præſumpt. Alex.in conſi.xxx.col.fi.lib.iij.& in cõſ. cxl.vol.v.Fel.in d.c.ex literis. col.j.& in c.olim.col.pe.& fi.de reſcrip. Curt.ſen. in repe.l.admonendi. col.lxxxvij.cũ ſeq.ff. de iureiur.Iaſ.in l.j.col.ij.ff.ſolu.ma.in l.ſi poſt.C.de iur.& fac.igno.& in l.nemo poteſt.in ij.lectu.fol.penul.ff.de lega.j.Corſe.in ſingul.ſuis in verbo,matrimoniũ. el iij.Deci.in l.fi.colum.penul. vbi plura ci-

tat. C. de edic. diui. & hic. ac in cōſi. clxix. col. fi. & ccccxliij. col. vlt. Hippo. de Marſil. in notā. lxxxij. & Ripam. in c. ſæpe. de reſtitutio. ſpolia.

Sed in contrarium facit text. not. in l. fi. in ſecunda parte. C. de edict. diui. vbi in
3 †poſſeſſorio iudex ſequitur apparentiam, & eſt facilis in mittendo in poſſeſsionem, quia ſecundum Deci. ibi in iiij. & ſeq. not. dicitur agi de leui & modico præiudicio ī iudicijs poſſeſſorijs, ita ꝙ ſufficit ſemiplena probatio etiam per vnum teſtem vel famam. allegat Bar. in duobus locis. & Matheſil. vt ibi per eum: qui ſic conſuluit in conſi. lvj. cclij. & dclxiij. ſequitur Cur. iunior in d. l. admonendi. col. xix. ſiue antepenul. vbi addit, quia cauſa eſt momentanea. l. vnica. C. ſi momen. poſſeſ. fue. appella. non admittitur reprobatio teſtium, nec in dictis, nec in perſonis. allegat Roma. & Aret. Nec ſimiliter admittitur appellatio. in poſſeſſorio ratione prædicta. d. l. vnicæ. conſuluit Deci. in conſi. xxviij. Tu autem diligenter aduerte ꝙ immo cauſa poſſeſſoria eſt magni & conſiderabilis præiudicij, cum magnum commodum ſit poſsidere. d. §. commodum. cum alijs plene ſuperius alleg. & ita in terminis poſt Bald. tenet Curt. ſenior loco præallegat. idem voluit Deci. in c. edoceri. colum. iij. de reſcri. & in c. cauſam quæ. colum. ij. de iudic. Et Afflictus in deciſio. regni ccclxiiij. vbi dicit hoc voluiſſe Bar. in d. l. admonendi. colum. xiij. & in hac opinio. fuiſſe ſacrum cōſilium regiæ maieſtatis: & ꝙ non ſufficiat ſemiplena probatio, nec vnus teſtis vel fama. Eandem opinio. tenet Alex. in conſil. clxxxvij. ad fi. lib. vij. dicens magis communem opini. eſſe hanc, ꝙ in iudicijs poſſeſſorijs non ſufficiat ſemiplena probatio, vt voluit Bar. in extrauagan. ad reprimen. in verbo ſummarie, vbi hoc dicit. ſed neſcio vnde ipſe tunc collegerit illam magis communem opinio. cum dicat Curt. ſenior loco præalleg. ꝙ omnes vſque ad tempora ſua contrarium tenuerunt. Eandem opinio. tenuit Ripa, licet de prædictis non faciat mentionem, in l. ij. ff. quorum bo. circa finem. Ex quibus videtur mihi nunc ꝙ iſta poſsit dici magis communis, ꝙ cauſa poſſeſſoria dicatur magni & conſiderabilis præiudicij, & ꝙ in ea non ſufficiat ſummaria probatio, ſed requiratur plena, quemadmodum in alijs cauſis: vt per Bar. in dicto verbo ſummarie. & per præalleg. Pro qua opin. facit tex. in l. j. C. quorum bo. in verbo, ſi probaueris. quæ verba vt dicunt doct. habent ſenſum vere & perfecte probationis. l. Lucius. ff. de conditio. & demōſtra. Felyn. in rubri. de probatio. colum. ij. ꝙ clauſula ſi probaueris in reſcriptis appoſita, plenam & perfectam exigit probationem. Poſtremo dico hanc opinio. probari manifeſte per d. l. fin. licet Deci. pro ſe adduxerit. ponderando ꝙ iudex ſequitur apparentiam ſecundum eum, loquitur enim in princip. id volens vbi non adeſt legitimus contradictor, ſicq; de intereſſe tertij non agatur, tunc iudex facilis eſſe debet in faciendo miſsionem in poſſeſ. requiſitam, & ſufficit ſummaria cognitio, et probatio, ac inſtructio iudicis vt inducatur ad concedendum miſsionem in poſſeſ. iuxta text. l. in lege Aquilia. ibi, ad ſuſpicionem iudicem adducam. ſupra ad legem Aquil. hoc eſt ꝙ dicitur in dicta l. fina. prima facie ſeu prima figura, quaſi prima fronte hoc videatur, cum iura partium perfecte non diſcutiantur: ſecundum Bartol. in dicto verbo ſummarie. ſn ij. colum. Sed vbi appareret legitimus contradictor & res agitur in figura iudicij, text. d. l. fin. in verſicu. ſinautem aliquis contradictor. vult oppoſitum, ꝙ cauſa plene diſcutiatur, & illi acquiratur poſſeſsio qui potiora & meliora iura oſtenderit, & conſequenter ex prædictis fortiſsime iuduci poteſt. pro hac opi. ꝙ in poſſeſſorio dato legitimo contradictore, & ſic cum res tractatur in forma iudicij perfecte debent diſcuti iura partium, & ſic requiratur plena probatio.

4 Ex quo infertur, ꝙ † erit etiam admittenda reprobatio teſtiū in dictis & in perſonis: & ita vult Abba. in c. licet cauſam. in tertio notab. de probatio. & Felyn. in c. veniens. el ij. colum. iiij. de teſti. quicquid dixerint Curt. & Aret. præalleg. alias facile eſſet inducere aliquos teſtes Suſannæ, ut dicitur; & obtinere in poſſeſſorio: quod eſt abſurdum, ergo euitandum. l. nam abſurdum. ff. de bon. liber. licet enim cauſa ſummaria ſit, non debent propterea defenſiones parti tolli. clemen. ſæpe. in verbo, defenſiones. de verbo. ſignific. tradit Fely. in d. c. veniens. colum. iiij. faciunt quæ ponit Iaſo. in conſi. lxxxj. colū. iij. lib. iij. ꝙ poſſeſſorium non probatur per teſtes ſingul.

5 Et pariformiter † non reijcietur appellatio, quicquid dixerit & conſuluerit Deci. ſupra relatus, quamuis enim non ſit dandum interim, ſeu non retardetur executio ſentētiæ prolatæ in iudicio poſſeſſorio per

appellationem interpoſitam.d.l.vnica.C.
ſi de mo.po.fu.ap.tamen appellatio admit
titur non retardata executione ſententiæ
& cognoſcit de viribus & iniquitate ſen-
tentiæ : vt ibi per gloſ. & ſcribentes per
Bart.& alios in l.ij.de ap.recip.& plenius
per Afflict.in deciſione regni cclxix.cum
ſimilibus. Et ita ſeruatur in practica, ꝙ
requiratur plena probatio & non ſufficiat
ſemiplena, ꝙ reprobatio teſtium in dictis
& perſonis ſit permiſſa, ꝙ admittatur ap-
pellatio non retardata executione.

Tandem vt ſemel finiam, arbitror opi.
prædictorum doctorum fœdere diſtinctio-
nis ſic poſſe cōcordari,& citharam diſcor
dantem ad conſonantiam ſic poſſe reduci:
conſiderando duplex eſſe poſſeſſorium.
vnum ſummarium, aliud plenum ſiue ple-
narium: vt declarant Bald.& Pau.de Ca.
in l. ordinarij.colum penulti.& fina.C.de
rei vendica.Pau.de Caſt. notanter in con-
6 ſil.v.in antiquis. Poſſeſſorium † enim
ſummarium dicitur illud quod principali-
ter ordinatur ad finem ne lite pendente ſu-
per proprietate vel poſſeſſione partes ve-
niant ad arma ſe inuicem turbando enſem-
que pro libello oſtendendo: vt dicit Bald.
in l.quiſquis. infra quorum appella. cum
quælibet pars ſe poſſidere prætendat: &
vt ſciatur quis actor, & quis reus eſſe de-
beat.d.l.ordinarij.cum ibi not.per prælle
ga. Et dicitur iudicium ſummariū, quia
natura negotij exigit vt ſummarie proce-
datur, cognoſcatur,& ordinetur: & ſolum
affert præiudicium lite pendente & donec
plenius fuerit cognitum, vel aliter ordina-
tum. Eſtq; tanquam præparatorium ad fi-
nem alterius iudicij ſtatutum,& momenta
neum aptitudine: ideo non requiritur ple
na probatio,ſed ſummaria ſufficit: neque
exigitur libellus vel litis conteſtatio. nec
ſententia diffinitiua,ſed interlocutoria tan
tum.vt per Bald. & Paul.de Caſt.in locis
præallega.Rotam in deciſio.ccccxxxvij.
in nouis. & Dec.in cōſi.ccccij. Et in iſto
poſſeſſorio ſummario modici temporis, &
conſequenter cenſura iuris modici præiu-
dicij.argu.l.ſi debitori.ff.de iud.cum poſ-
ſit cito apparere de contrario,& interlocu
toria poſſit reuocari, & totum oppo.pro-
nunciari dando poſſeſſionem huic parti:
procedant quæ hic dixit Deci. Bar.& alij
in locis ſupra allegat.ꝙ ſufficiat ſummaria
probatio,ꝙ non admittatur reprobatio te
ſtium reſpectu perſonarum aut dictorum,
nec appellatio,vt infra dicam. Aliud eſt
7 poſſeſſorium † plenum ſeu plenarium: qđ
ordinatur ad finem & effectum peruenien
di ad ſententiam diffinitiuam ſuper petito
rio: in quo principaliter diſputatur de iu-
re partium ſeu de proprietate,& vim per-
petuam obtinet, vt poſſeſſor in poſſeſſio-
ne remaneat & defendatur donec altera
pars egerit & obtinuerit in petitorio.l.exi
tus.ff.de acqui.poſſeſſ.Et quia iſtud perpe
tuum affert damnum & præiudicium do-
nec pro altera parte cognitum & pronun-
ciatum fuerit ſuper proprietate, dicit ple-
narium iudicium,exigitur libellus, requi-
ritur litis conteſtatio,diffinitiua,ſententia,
ac ordo iudicij: vt per Bald.Corne. Alex.
Iaſo.& alios ſcribentes communiter in di
cta l.fi.Bald.& Paul.de Caſt.in locis præ-
alleg. Rotam in deciſi.ccccxxxvij.in no.
& Deci.in cōſi.ccccij.col.j. Et in iſto iu-
dicio poſſeſſorio pleno ſeu plenario proce-
dant auctoritates ſupra citatæ cum prædi-
ctis fundamentis, quia magni & conſide-
rabilis preiudicij eſt,ꝙ plene probationes
requiruntur admittitur reprobatio teſtiū,
& appella.executione tamen non retarda-
ta. Et ita ſi bene ac diligenter videbis &
conſiderabis cognoſces & fateberis vo-
luiſſe Bar.in extrauag.ad reprimen.in ver
bo, ſummarie.Fely.in d.c.veniens.el ij.co
lum.iiij.Et Ludo.Gomes ſuper regula can
cellariæ de non toll.iure quæſito in v.q.cō
cludentem prędictam regulam locum pro-
pterea habere in poſſeſſorio pleno ſucceſſi
uo & effectuali,quia talis poſſeſ. eſt maxi-
mi momenti, & damnum magnum illam
perdere. Regulariter ergo in poſſeſſorijs
plenarijs. vbi agitur de perdenda penitus
poſſeſſione,& conſequenter de magno dā
no & conſiderabili præiudicio, requiritur
plena probatio & admittuntur exceptio-
nes requirentes altiorem indaginem, quia
ſi cognitio tolleretur & prædicta etiam re
quirentia altiorem indaginem non admit-
terentur, auferretur ius partis, quod fieri
non debet: ita vult Barto.in dicto verbo,
ſummarie.colum.j.in verſicu. in hoc pro-
ceſſu. & colum.ij.verſicu. & idem dico.
Quod tamen non procedit in remedio poſ-
ſeſſ.l.fina.C.de edic.diui. vbi non admit-
tuntur exceptiones requirentes altiorem
indaginem.l.ij.dicti tituli fauore vltima-
rum voluntatum. & quia quæſtio pendet
ex liquido: ſecundum Bald.& alios in di-
cta l.ij.& fina.quæ omnia bene not.

Et adde vltra prædicta quæ ſcribunt
Barbat. Iaſo, & Moder.in rub.C.qui ad-

Digitized by Google

8 mi. volentes ꝙ † quando ille qui bo. poſ.
agnouit effectualiter poſsideret bona, dicē
ti bo.poſ.non fuiſſe agnitam intra debitum
tempus incumbat onus probandi; propter
commodum poſſeſsionis aduerſarij quæ
transfert onus probandi in alium. dicto.§.
commodum. Sed hanc opin. improbaui
legendo prædictam rub.C. qui admi. quia
fundamentum illius qui bon.poſſeſ. agno-
uit conſiſtit in probando agnitam, ac in-
tra legitimum tempus agnitam.l. fina.C.
qui admi.§.fina.inſti.de bono.poſſeſ.quod
cum minime faciat, & aduerſarius proba-
uerit ſe adiuiſſe hæreditatem vel bonorum
poſſeſ.agnouiſſe,ac intra tempora ab edi-
cto prætoris ſtatuta, iuxta iura præalleg.
probata eius intentione obtinere debet.l.
qui accuſare. a contrario ſenſu.C.de eden.
cum alijs adductis per Alexand. in conſil.
clxxxix.colum. prima.lib.ij Nec ob.§.
commodũ.immo facit pro opin. mea, cum
aduerſarius probauerit intentionem ſuam,
nec iura partiũ ſint ambigua:iuxta id quod
dicitur in.§. commodum, in c. ſi a ſede.
de præben. in vj. cum alijs de quibus ibi
per Iaſo. Tituli enim erant pares quo ad
datam & tempus :ideo nimirũ ſi poſsidēs
vincit,præualeatq;,cum plus quam aduer-
ſarius habeat, poſſeſsionem videlicet. &
optime procedit quod dicitur in.§.commo
dum,quod actore non probante &c. ſed in
terminis dicti ſupra relati aliud eſt, quia ad
uerſarius plene probauit fundamentum ſuę
intentionis,agnouiſſe videlicet bono. poſ.
& intra tempora ab edicto limitata, vel
aditionem hæreditatis: conuentus vero de
tempore nihil probauit, ſed tantum agni-
tionem:ergo tituli non ſunt pares,neque iu
ra partiũ obſcura, ideo non procedit quod
dicitur in.§.commodum.cum actor proba
uerit intentionem ſuam, reus vero funda-
mentum ſuæ except.tempus.ſ.non proba-
uit.ergo debet ſuccumbere.

9 Poſtremo aduerte quod † quando agi-
tur de prælatione ratione prioritatis tem-
poris, & de prioritate non conſtat: ſi ex
priuilegio cauſæ obtinere quis debet,præ-
ferendus eſt etiam contra poſſeſſorem,
vt patet in fiſco per l.prima. cum ibi not.
per Bartol. & docto. C. de iure fiſ. lib. x.
Idem in dote, libertate, & pia cauſa, vt
per Soci.in conſil.lxvii. colum.penul. lib.
10 iii.Quandoque † tamen commodum eſt nõ
poſsidere, vt pulchre per Pet. de Anch. in
conſil.clxxiiij.

SVMMARIVM.

1 *Ille ad quem bona alicuius perueniunt vni
uerſaliter loco hæredis eſt.*
2 *Quis dicatur prælatus.*
3 *An ſucceſſor prælati ligetur ex contractu
prædeceſſoris.*

§. HI qui in vniuerſum ius ſuccedũt
loco hæredum habentur.

IDEM dicitur in l. prætor. ſupra eo.
& poteſt etiam exemplificari in l.j. ff. de
caſtr. pec. de quo vide quæ dixi in l. qui
per ſucceſsionem. ſupra eo.
1 Et generaliter † ille ad quem bona alicu-
ius perueniunt vniuerſaliter, hæredis loco
eſt.l. non intelligitur.§. cum ex cauſa. ff.
de iu.fiſ. cum accumulatis per Alex.in l.ſi
marito.ff.ſolu. matri & per Deci.hic.
Quod aũt ſubiungit Deci. de ſucceſſore
in prælatura vt non cenſeatur eadem perſo
na cum anteceſſore, ſecundũ Bald. non eſt
in terminis regulę noſtræ, quia talis non
2 ſuccedit in vniuerſum ius. Quis † autem
dicatur prælatus: ponunt Barba. in c. quæ
ab eccleſiarum colum.j.de offic.ord.Fely.
in c.inſuper. de teſti. Deci.in c.ij.colũ.fin.
de iudi.& in conſi.cclxxxij.col.j. Et an
3 ligetur † ſucceſſor prælati ex contractu an-
teceſſoris ſui: vide per Bald. in conſi.cccc-
xiij.lib. iij.Barba. in c.ex præſentium de
pign.Præpoſ.in c. vnico. qui ſucceſ. tene.
Afflictum in deci.regni.c j. Iaſo. in conſil.
ccxxij.lib.ij.& conſil.x.lib.x.& Deci.in
conſi.clvij.

SVMMARIVM.

1 *Dolus quid ſit. Et quando ſit mortalis, vel
venialis.*

L. CLXXII. Paulus.

NIhil dolo creditor facit qui ſuũ
recipit.

CLARA eſt & abſoluta in l. nullus vi
detur dolo ſupra eo. Equidē non conuenit
hoc caſu doli diffinitio de qua in l. j. ff. de
dolo.ideo nec diffinitum cõpetet. Et quē-
admodum etiam ſcribit Caietanus in ſua
1 ſummula in verbo,dolus,dolus † eſt aſtutię

executio,ſiue per verba, ſiue per facta ad decipiendum ordinata:& eſt peccatum ve ræ prudentiæ contrarium,quandoque mor tale,quandoq; veniale, vt cum intenditur deceptio iocoſa.

§. CVm principalis cauſa non conſiſtit:nec ea quidem quæ ſequuntur locum habent.

ABSOLVTAM comperies in l. cum principalis. ſupra eo.

L. CLXXIII. Vlpianus.

NVNQVAM actiones, præſertim pœnales de eadem re concurrentes alia aliam conſumit.

IN TEX. ibi p̃ſertim pœnales. hoc forte dixit propter ratione͂ tex.l.nu͂qua͂ plura. ff.de priua.delic. Sumitur ex l. nunqua͂. & ex l.plura delicta.ff.de act.& obl. & ex p̃alleg.l.nunq̃ plura. ad ide͂ eſt tex. inſtit. ſi quadrup.paup.fec.dic.in fi. vbi glo.not. & doct.declarant materia͂ iſta͂, quæ e͂t explicatur i l.ędita.in materia cumulationis. C.de eden. faciunt quæ ſcribit in materia Pet.de Anch.in conſi.iiij.Raph.commen. in conſi.lxxiiij.& Soci.in conſi.lxij. in ſecundo dubio.vol.j.Tex.tame͂iſte admodu͂ latinus non eſt,ſi dicendi formam diligenter ſpectaueris.

SVMMARIVM.

1 *Dolo deſinens poſſidere pro poſſeſſore habetur. Et quomodo procedat.*

2 *Amplia & nu. 3.*

4 *Statutum de poſſeſſore an habeat locu͂ in eo qui dolo deſijt poſsidere.*

L. CLXXIIII. Paulus.

QVi dolo deſierit poſsidere, pro poſsidente damnatur: quia pro poſſeſsione dolus eſt

SVMITVR ex ll.per glo.alleg.co͂cordat.l.pare͂.& l.ad ea.in.§.ſemper. infra eo. & in c.pro poſſeſſore.de reg.iur.in vj. vbi eſt glo.not,hanc regulam declarans.

1 Nota ergo† q̃ dolo deſine͂s poſsidere ex iuris diſpoſitione pro poſſeſſore habetur.

Intellige quo ad ſui damnum, no͂ autem quo ad commodum:vnde ei no͂ cauetur,licet caueatur poſſeſſori.l.hæc ſi res. & l. is qui dolo.ff. de rei vend. ſecundu͂ Dyn. & alios in d. c. pro poſſeſſore. Accedant quæ ſcribit Pari.in conſi.v.lib.ij.de eo qui dolo deſiit res fideicom. ſubiectas poſsidere, q̃ ad reſtitutionem fideicom. poteſt adhuc conueniri. Et ſimiliter dicit Angel.in l. co͂ petit.in.§.fina.ff. q̃ vi aut clam. q̃ contra non poſsidentem, qui dolo deſijt poſsidere,eo modo & forma agitur, quibus concluditur ſi poſsideret, per text. in.§.fina.l. ibi prætendentis.nec eſt differentia in modo condemnandi,an poſsideat vel dolo deſierit poſsidere,ſed bene in modo exequendi.l.quanquam.in.§.iulia. cum not. ibi per Bar.ff.de aq.plu.arc. Item intellige hanc regulam quo ad effectum iuris, quia quilibet eorum conueniri poteſt: ſed no͂ quo ad ſubtilitate͂,q̃a poſſeſſor tene͂ directa, doloſus vtili:vt declarat Ang.i l. ij. in.§.hoc i͂terdictu͂ lo vltimo.ff.ne quid in loco publ.

2 Ampliatur hęc† regula e͂t in eo qui dolo poſſeſsione͂ acq̃rere noluit.l. etia͂.§.in eo. ff.de peti. hęre. vbi volente tn͂ poſſeſſore iudicium ſuſcipere, liberatur ille qui dolo deſijt poſsidere:& ſi no͂ ſuſcipiat no͂ liberatur,licet co͂tra dolo deſie͂te͂ poſsidere aga͂.

3 Ite͂ ampliatur regula† e͂t in eo qui culpa poſsidere deſijt.l.ſi culpa.ff.de rei ven. Et ſi differat talis deſiens culpa poſsidere ab eo qui dolo poſsidere deſijt reſpectu ceſsionis & actionis,vt in d.l.ſi culpa. de quo e͂t per Dec.in co͂ſi.ciiii. Et ꝑpterea vole͂s co͂tra alique͂ actiones reales dirigere ſolet in primis interrogatoria co͂ue͂to dare & facere,an tale͂ rem teneat & poſsideat, dolo ve aut culpa tenere & poſsidere deſierit, qui pro poſſeſſore habetur quo ad ſui damnu͂, & reſpondere tenetur.vide pract. Papi. in princ.ſuæ practicæ char.iij.

4 An† au͂t ſtatutu͂ de poſſeſſore,locum habeat in eo qui dolo deſijt poſs idere, ponu͂t Ioan.And.& alij.d.c. pro poſſeſſore. Are. & cęteri in rub.ff.de acquir.poſ. Poſtremo ad declaratione͂ & intellige͂tiam iſtius regulę & prædictorum,vide glo. & docto. in c.pen.de excep.

SVMMARIVM.

1 *Aſſerens ſe peritum tenetur de imperitia & culpa.*

L. CLXXV. Caius.

IMPERITIA culpæ adnumeratur.

SVMITVR ex ll.in glo.alleg.aſſerens
1 †ſigitur ſe peritum tenetur de imperitia & culpa. Vide etiã l. ij. cum ibi not.ff. quod quiſque iur.c.tua not.cum ibi not. per Felyn. de homi. & quæ diximus in l culpa eſt.ſupra eo. tit.

SVMMARIVM.

1 *Conditio dominorum per ſeruos quando fiat melior vel deterior remiſsiue.*

L. CLXXVI. Caius.

Melior conditio noſtra per ſeruos fieri poteſt, deterior fieri nõ põt.

1 SVMITVR ex ll.alleg.in glo.quę†ponit fallentias.materia plene examinatur in l.filius paciſcendo.C.de pac.& in l.contra iuris.in.§.fi.cum l.ſeq.ff,de pac.& in l. fi. C.de acqui.poſ,

SVMMARIVM.

1 *Lucri, & damni eſt diſpar ratio.*
2 *Repudiatio legati dicitur alienatio. Et quomodo intelligitur.*
L.qui aũt.ff.de hu q̃ in fra.cre.declaratur.

L. CLXXVII. Vlpianus.

NON fraudantur creditores cum quid non acquiritur a debitore, ſed cum quid de bonis minuitur.

ET IDEO in primo caſu non agitur redhibitoria ſecundum Alb. Sumitur ex l.qui autem.ff.de his quæ in frau. cre. vbi glo. Bar.& doc.late tradunt.

1 Eſt ergo in propoſito†diſpar ratio lucri & damni. iuribus hic etiam per Dec.alleg. Sed quo ad tex.l.noſtræ vide rationem aſſignatam per Bar.in d.l.qui autẽ. vbi hãc regulã ponit non procedere in caſibus in quibus de natura contractus quis tenetur acquirere: vt in l.ij.in.§.non tantum, cum no.ff.de hær. vel ac. ven. Et idem ſcribit Bartol.in l.j.in.§.non quærimus.ff.ſi quis omiſ.cauſa teſt.

2 Et † pariter repudiatio legati alienatio dicitur.tex.eſt ſecundum Dec.hic in l.magis puto.in.§.fundum.ff.de reb.eorum.vbi propterea pupillus fundum legatum ſine tutoris auctoritate repudiare non poteſt. De quo vide pulchre Alexan. in conſi.xxvij. lib.iij. Pau.de Caſt.in conſi. xj.in antiqs. vbi ſecus eſſe dicit in donatione. & ad.§. fundum reſpon.ꝙ loquitur in legato quod acquiſitum fuit ignoranti, licet reuocabiliter cum pendeat ex voluntate vnius tantum.teſtatoris.ſ.ſecus in donatione quę nõ acquiritur etiam reuocabiliter niſi ſcienti & conſentienti, cum ſit contractus, & ſic pendeat ex voluntate duorum: ideo repudiatio legati alienatio,inquit,dicitur,merito per pupillum ſine tutore fieri non põt, vt ibi & in l.pupillorum.C.de repu.& abſti.hære. ſed repudiatio donationis nondũ acquiſitæ dici non poteſt alienatio, vt colligitur ex.§.fundum,a contrario ſenſu ſecundum Pau.de Caſt. Sed ꝙ repudiatio hæreditatis vel legati non dicatur alienatio probat tex.d.l.qui autẽ.in.§.j. in verſ. proinde & qui repudiat.vbi Bar.opponẽs, ꝙ legatum a tempore mortis dicitur eſſe noſtrum.l.a titio.ff.de furt.ergo repudiando dicitur diminuere patrimonium,reſpondet, ꝙ repudiando fingitur nunquam noſtrum fuiſſe, & ſequitur Corn. in conſil. xxxij.colũ.fi.vol.j. concludens propterea ꝙ repudiatio legati non dicitur alienatio.idem vult Bald. in d.l. pupillorum. eo ꝙ ante agnitionem in bonis noſtris nõ eſt l.pretia rerum.ff.ad legem falci.ideo nõ dicitur alienatio,cum in alium de bonis repudiantis nihil transferatur. Ponuntque ibi Bald.& Alex.an prælatus poſsit repudiare hæreditatem vel legatum eccleſię relictum. Sed quomodo reſoluetur prætacta difficultas quia quidam dicunt ꝙ repudiatio legati eſt alienatio,alij ꝙ non, Reſpondeo alienationem eſſe,neque id negari poſſe, cum hoc dicat text. in prælleg.§. funcum,ea ratione, quia dominium rei legatæ directa via tranſit in legatarium quãuis reuocabiliter,non tamen eſſe diminutionem patrimonij, cum ante acceptationem non ſit in bonis noſtris,vt ſupra dixi: ideo non pertinet ad edictum de his quæ in frau.cre. ita procedit tex.in d.l.qui autem.in.§.j.id quod iuriſconſultus in prin.ipſius legis ſatis explicat,ſicque Bald, & Corn. qui di-

cunt repudiationem legati non eſſe alienationem, male dicunt & contra tex. prçalle. §. fundum, bene verum eſt talem repudiationem & alienationem non ſpectare ad diminutionem patrimonii: ita ꝙ alienatio in d. §. fundum non accipitur proprie & ſtricte, ꝑ ut adaptatur ad dominij radicati tráſlationem. l. j. C. de fun. dota. ſed largo modo, prout adaptatur ad alienationem dominij reuocabiliter acquiſiti. accedant quę de hoc verbo alienatio, diximus in l. non alienat ſupra eo. tit.

Ad materiam vero iſtius legis. & d. l. qui autem. vltra ſuperius adducta. vide. l. cum quidam ſupra de iu. fiſc. et ea quæ ſcribunt Feder. de ſenis in qō. ix. Barb. conſil. xxiij. col. ij. lib. j. & conſi. xlj. colū. vii. & xvj. in eo. & conſi. xxi. in tertio dubio. in iii. volu. Soci. in conſi. lxxvii. colū. fin. lib. iiii. & Deci. in conſi. cclx.

SVMMARIVM.

1 *Delictum pœnam non impunitatem meretur.*

2 *Fur conditionem ſuam meliorem propter furti continuationem non facit.*

§. NEmo ex ſuo delicto meliorē ſuā conditionem facere poteſt.

1 DELICTVM † enim pœnam nō impunitatem vel prærogatiuam meretur. l. nunquam. ff. de priuat. delic. l. ſancimus. C. de pœn. facit regula. c. mora ſua. de reg. iur. in vj. & tex. not. in l. ſiue hæreditaria. ad fi. ff. de neg. geſt. vbi præmium ex delicto qs reportare non debet. & gl. ibi allegat tex. noſtrum, & alia plura. facit tex. not. in l. inficiando. in. §. infans. ff. de furt. ibi, quid. n.
2 tam † ridiculum eſt ꝙ̄ meliorem conditionem furis eſſe propter furti continuationē ęſtimare. accedant quæ ſcribit Signorol. in repe. l. princeps. col ij. ff. de legib. Barba. in c. dilectus. el j. col. v. de reſcrip. & Iaſ. in l. ſi a furioſo. col. iij. ſupra ſi cer. pet.

L. CLXXVIII. Vlpianus.

EA QVAE dandum impoſsibilia ſunt, vel quæ in rerum natura nō ſunt: pro nō adiectis habētur.

IN TEX. ibi, ad dandum impoſsibilia. iuris cenſura intellige. Item ibi, non ſunt. nec eſſe poſſunt intellige, vt hic declarat gl. Et fuit expedita materia præſentis regulæ in l. impoſsibilium ſupra eo. tit.

L. CLXXIX. Paulus.

BONA fides tantumdem poſsidenti præſtat quantum veritas, quoties lex impedimento non eſt.

SVMITVR ex l. qui ſcit. in. §. j. cum l. fructus ſupra de vſur. Et loquit̃ reſpectu fructuum perceptorum, vt ex dictis ll. apparet. Facit text. l. magis puto. in. §. i. ff. de rebus eorum. & in l. apud antiquos, in §. fi. C. de furt. De bonæ fidei poſſeſſore plura dici poſſent, quia materia eſt diffuſa & vulgaris ideo omitto.

L. CLXXX. Vlpianus.

QVi auctore iudice cōparauit, bonæ fidei poſſeſſor eſt.

EXPEDITA fuit in. §. qui iuſta l. non videtur. ſupra eo. tit.

L. CLXXXI. Paulus.

OMnis hæreditas quamuis poſtea adeatur: cum tempore mortis cōtinuatur.

ABSOLVTA eſt in l. omnia fere, ſupra eodem.

SVMMARIVM.

1 *Vulnerans ſeruum non mortaliter, ſi negligentia perierit de vulnerato tantum tenetur.*

2 *Aeſtimatio iniúriæ factæ cōtra priuatū nō creſcit, licet poſtea magiſtratū ſuſceperit.*

3 *In delictis etiam tenetur de exceſſu quādo quis cogitare potuit quid euenire.*

4 *Furti actio augetur ſi res furtiua facta ſit pratioſior.*

Digitized by Google

§. NVnquã ex poſt facto creſcit præteriti delicti ęſtimatio.

Svmitvr ex l.ei q furti. ff. de fur. & ex l.qui occidit. in.§.fi.ff.ad legẽ aquil.
1 vbi ſi†vulneratus fuerit ſeruus non mortaliter,negligentia vero perierit,de vulnerato erit actio non de occiſo. ſicque ex poſt facto non creſcit pœna,ęſtimatioque illius perpetrati delicti. de quo per Signorol. in conſi. lxiii.& clxiiii. Cornel.in conſi. cclxxiii.& cclxxxiii.vol.iii. & Soci.in conſil.xxvi.lib.ii. Exemplificari etiam põt
2 in ęſtimatione†iniuriæ contra priuatũ illatæ.Quamuis enim ex poſt facto iniuria affectus magiſtratus efficiatur contra quẽ illata eſt iniuria,ſeuerius punit.§.atrox.inſtit.de iniur. æſtimatio dictæ iniurię & ſic præteriti delicti nõ creſcit: quia attenditur tempus factæ iniuriæ. facit text. l. prætor ait in.§.docere.ff.vi bon. rapt. Quando ta-
3 men†quis fuit in culpa , quia cogitare debuit id poſſe veriſimiliter euenire,tenetur de exceſſu,& de his quæ ex delicto illo & ex poſt facto ſequuntur c.fi.de homi. in vj. tradit Alexã. conſi,cxl. colum.ij.lib.ij.& Fely. in c.ſicut dignũ.de homic. facit tex. no.in l.ſi quis domum.in.§.pe.ff.loca. ibi, quia hoc euenire poſſe proſpicere debuit. de quo per Anch.in conſi.cccci. Felyn.in c.i.in quarto not.de iud.et Dec.in c.nouit. colum.viii.eo.titu. Sed contra hanc regulam facit text. in l. furti.ff. de fur. vbi
4 †augetur actio furti,ſi res furtiua facta ſit prætioſior:vt etiam probatur in l.infitiando.in.§.infans.illo eo. tit.de quibus opponit hic Deci.& non ſoluit. Reſponde regulam hãc intelligi vbi delictum eſt perfectũ & conſumatum,vt hic Alberi. ſed in caſibus ſuperius allegatis nondum erat conſumatum delictum,quia fur non reſtituens rẽ furto ſubtractam ſemper eſt in mora, ideo nimirum ſi condemnatio fieri debet conſideratione habita quanti plurimi fuerat res a tempore facti furti.d.l.in furti,cum not. ibi per Angel.

L. CLXXXII. Caius.

OMNES actiones quæ morte aut tempore pereũt: ſemel incluſæ iudicio ſaluæ permanent.

Intelligе incluſæ ,per litis conteſt.ſecundum Alb.hic materia eſt expedita in l.non ſolet. & in l.pœnalia,ſupra eo.

SVMMARIVM.

1 *Perfectum quid dicatur.*

§. NOn videtur perfecte cuiuſquã id eſſe , quod ex cauſa reuocari poteſt.

Svmitvr ex ll.in glo.alleg.& ratio nẽ palpabilem pre ſe fert. Faciunt quæ diximus in l.neque pignus, ſupra eo. & in l. non videtur quiſquam,ſupra eo. Perfe-
1 ctũ†enim dicitur cui nihil poſsit accedere, vt per Lactam.lib.j.de falſa relig.& Ariſt. ij.de cœlo & mundo.Si res ex aliqua cauſa a me auocari poteſt,eſt quod poſsit accedere,ideo nimirũ ſi perfecte dicitur mea.

SVMMARIVM.

1 *Abſens cauſa Reipub.damno affici nec lucrum ſentire debet.*

2 *Niſi damnum culpa abſentis contingat.*

L. CLXXXIII. Vlpianus.

ABſentia eius qui reipub. cauſa abeſt:neque ei, neque alii damnoſa eſſe debet.

Svmitvr ex l.i.& fi. & toto tit. ff. ex qbus cau.ma. vbi glo.hãc regulã alleg.
1 No.ꝙ†queadmodũ abſentẽ cauſa reipu. prætor damno affici non vult,ita nec lucrũ facere contra alium patitur,vt dicit tex. in l.ergo.ff.ex quibus cau.maior Et pari-
2 ter†qñ lęſio contingit culpa abſentis ceſſat reſtitutio & pręſens regula,quia abſentia non fuit tunc cauſa huiuſmodi damni. tex.eſt in l.quæ a patre. vbi Paul. de Caſt. & alij not.C.de reſtit.mil.

SVMMARIVM.

1 *Quod contra rationem ſunt extendi non debent. Fallit ſi quãdo ſumus in nõ odioſis nume. 2.*

3 *Extenſio etiam in odioſis fit ex identitate vel maioritate rationis.*

L. CLXXXIIII. Paulus.

QVod cõtra rationẽ iuris receptũ eſt, non eſt producẽdum ad conſequentias.

SVMITVR ex ll. alleg. in gl. præcipue ex d.l. quod vero. vbi eſt ad verbũ poſita.

1 Quę ergo† cõtra rõnem ſunt extẽdi nõ debẽt: & quicquid irrationabile eſt reſtringẽdũ venit, quia vnum incõueniens aliud ſequi non debet: secũdum Bal. in d.l. quod vero.

2 Intellige hęc iura & regulã hanc† vbi cõtra iuris regulas aliquid cõſtitutũ eſt, vt q̃a poſita exceptio a regula, quę tñ in caſu ſuo rõne fundari potuit, tunc non extẽditur ſi materia ſit odioſa; alias ſecus, vt declarat Pau. de Ca. in l. neq;. ſupra de legib. aliqua ad ꝓpoſitũ faciẽtia vidimus i l. j. ſupra eo.

3 Fallit† niſi eadẽ vel maior ſit ratio in caſu ad quẽ fit extẽſio, ſcdm Mod. Germa. in d.l. qđ vero. per text. l. non tñ. in. §. j. ff. de ſeruo corrup. tu adducas tex. not. in. §. porro. in tit. quę fuit prima cau. beneſi. amit. in vſib. feu. vbi ẽt in pœnalibus & odioſis ex ſimilitudine rõnis fit extẽſio. de quo articulo vide Alex. in l. ſi qs id qđ. col. ti. ff. de iuriſ. om. iud. Deci. in c. trãſlato. de cõſtit. Iaſ. in auct. nõ licet. col. ij. & iij. C. de liber. pręter. & in l. ſi cõſtante. col. xv. ff. ſol. ma. & in auct. quas actiones. C. de ſacroſan. eccle. Aquẽ. in l. j. col. fin. C. de tranſ. Ripam in repe l. ſi. q. xli. C. de reuoc. dona. & Deci. in. §. in pœnalibus l. factũ. infra eo. titu.

SVMMARIVM.

1 *Hæres eſt idẽ quòd dominus.*

2 *Duo euiſdem rei domini inſolidum diuerſis temporibus eſſe poſſunt.*

§. VNi duo pro ſolido hęredes eſſe non poſſunt.

1 HAERES enim† idem eſt ꝙ dñs. §. pen. inſti. de hęr. qual. & diff. cũ gloſ. ſed in ſolidũ eiuſdẽ rei duo dñi eſſe nõ poſſunt. l. ſi vt certo. ĩ. §. ſi duobus vehiculũ. ff. cõmo. l. iii. §. ex cõtrario. ff. de acquir. poſ. ideo &c.

2 Item intellige hanc regulam† eodem tẽpore. nã diuerſis temporibus non ſolum duo, verum decẽ & centum pro ſolido poſſunt vni hæredes eſſe, vt hic per glo.

SVMMARIVM.

1 *Tacere eſt medium inter negare & fateri.*

2 *Fallit ex præſumpta voluntate tacentis.*

L. CLXXXV. Paulus.

QVi tacet, non vtique fatetur: ſed tamẽ verũ eſt eum non negare.

EADEM regula ponitur in vj. de reg. iur. vbi eſt optima glo.

1 Inter† fateri igitur & negare eſt medium, tacere ſcilicet. de quo per Abb. & Fely. in c. nonne. de præſumpt.

Et licet de ſui natura tacere medium teneat inter cõſentire & diſſentire, aliquando

2 tamen† applicatur ad alterũ extremorũ ex pręſumpta volũtate tacẽtis: vt per Are. in cõſi. clxj. in pręſenti. col. ii. & in caſibus in quibus tacens pro conſentiente habetur, iuxta tradita in l. quæ dotis. ff. ſol. mat. & in c. qui tacet. de reg. iur. lib. vi. facit text. not. in l. ſeruus communis ab extero. ff. de acquiren. hæredi. vbi verbum non iubere, pro repudiare ponitur. ex quo text. not. Aret. ꝙ verba negatiua quæ ſunt medium inter conſentire & contradicere, inter adire & repudiare a iurecõſul. prolata, expreſſe contradicere ſignificant. Vnde infert ad not. quæſtionem Bar. in l. ne in arbitris. in fi. C. de arbit. dum vult, ꝙ verba illa nõ cõtradicere, aliqñ expreſſe conſentire ſignificant Et ſimiliter de verbo non negare. vnde ſi pars dicat non contradico, ſeu non nego, conſentire videtur vel confiteri. allegat tex. not. in c. per tuas. in verbo, nõ negare. de cõdi. ap. & not. Bal. in l. i. ad fin. C. de neg. geſt. dũ vult ꝙ ſi iudex dicat, non admitto has exceptiones, verba iſta ſignificant ꝙ repellit eas.

SVMMARIVM.

1 *Mala fides defuncti hæredẽ ꝑſcribere ĩpedit. L. cũ hæres. ff. de diuer. & temp. præſcrip. ornatur.*

2 *Ius creditoris tale eſt, quale obligatoris.*

3 *Hęc regula quando non procedat.*

L. CLXXXVI. Vlpianus.

QVod ipſis qui contraxerunt, obſtat: & ſucceſſoribus eorum obſtabit.

De vniverſalibus ſucceſſoribus intelligendo locum ſibi vendicat regula, tã in vitijs realibus q̃ in perſonalibus, vt per glo. & Bar. in l. vitia. C de acquir.
1 poſ. vbi late de hac materia, ideo † mala fides defuncti hæredem præſcribere impedit. l. cum hæres. ff de diuer. & temp. præſcrip. Ad cuius. l. articulique intelligentiã, vide Pau. Caſt. in conſi. cexc. in antiquis. Corn. in conſi. clxxvi. col. pe. & fin. lib. ſ. & conſi. ccxcvi. in ij. & cclxxvij. in iiii. vol. Soci. conſi. lx. col. fi. lib. 1. & conſi. lii. in ii. late Balb. in tract. prǽſcrip. char. 18. & Crotum in rep. §. cum quis. l. pomponius. ff. de acqui. poſ. faciunt quæ ſcribit Anch. conſi. ccxliiii. quia quǽſtio. & regula qui in alterius. cum alia regula, qui i ius, ſupra eo. iunctis ibi dictis & in l. aliud. in fi. & in l. in omnibus officijs. ad fi. ſupra hoc eo. ti.

Et per hanc regulam dicit Bal. in conſi.
2 xxii. lib. ii. ꝙ † tale eſt ius creditoris quale
3 obligatoris. Intellige etiam & † lim. regulam hanc cum præalleg. vt per Alex. in cõſil. xii. colũ. ij. lib. iiii. & Deci. in l. ex qua perſona. ad fi. eo. & Crot. loco ſupra alleg.

L. CLXXXVII. Paulus.

NON omne quod licet, honeſtum eſt.

Absolvta fuit in l. ſemper in contractibus ſupra eo. ibi videndũ eſt.

§. IN ſtipulationibus id tempus ſpectatur quo contrahimus.

Vide quæ diximus in l. quæ legata ſupra eodem.

SVMMARIVM.

1 *Scienti & conſentienti non fit fraus, dolus vel iniuria: Limita nu. 4. 5. 7.*
2 *Scire vel ſcire debere paria ſunt.*
§. ei qui. l. ſi tamẽ. ff. de ædil. edic. ornatur.
3 *Scientia quomodo hic requiratur. Et an copulatiue cum patientia.*
6 *An quis ſe poſſit obligare ad torturam. quod non.*
L. liber homo. ff. ad leg. acquil. ornatur.
8 *In libello iniuriæ non debet exprimi, eam illatam contra voluntatem.*
9 *Dolus in quibus caſibus præſumatur.*

L. CLXXXVIII. Vlpianus.

NEmo plus fraudare videtur eos qui ſciunt & conſentiunt.

Svmitvr ex ll. in glo. alleg. & per glo. l. i. in §. vſque adeo. ff. de iniur. & in l. cum donationis. C. de tranſac. Et hinc ſumpta eſt etiam regula quæ ponitur in vi. de reg. iur. in c. ſcienti. vbi eſt optima glo. huiuſcę regulę declaratiua.

1 Nota ergo † ſcienti & conſentienti non fieri fraudem, dolum, vel iniuriam: vt etiã in iuribus præallegatis habetur. Et hanc re
2 gulam loquentem † de ſciente, intellige vel ſcire debente. ſecundum gloſ. præalleg. c. ſcienti. per text. not. in l. 1. in. §. ſi intelligatur. ff. de ęedil. edic. Cui conſimilis eſt in l. ſi tamen. in. §. ei qui. illo eo. tit. &, inquit, qui ſeruum vinctum vendiderit, ædilitium edictum remitti æquum eſt, multo enim amplius eſt id facere, q̃ pronunciare in vinculis fuiſſe. de quo tex. vide Bart in d. l. ſancimus. in fi. C. de teſta. Deci. in c. dilecti filij. in ſecundo not. de appel. & in l. ſemper qui non prohibet. col. ii. ſupra eo. & in cõſil. ccccxlix. & cccccIxxxiii. col. ii. Et ad hoc ꝙ paria ſint ſcire, vel ſcire debere, vide text. l. ſi duo. ff. de acquir. hære. & in l. quod te. cum ibi not. ff. ſi cer. peta. & dixi-
3 mus ĩ ſuperioribus. Et huiuſcemodi † ſciẽtia requiritur a principio, & non ſufficeret ex poſt facto: ſecundum glo. hic. & in d. c. ſcienti. vbi ſcribentes ſequuntur per tex. l. iuſtiſsime. in. §. fi. ff. de ęedil. edic. & probat etiam aliter Ang. in tract. malefic. in verbo contra voluntatem. Et requiritur copulatiue cum patientia ſcilicet, quum ſcienti, ſed non conſentienti fieri poſsit fraus & iniuria. c. illud. xv. q. i. no. glo. in d. c. ſcienti.

Ex hac regula plura inferri poſſunt, vt per Iaſo. & alios in d. c. cum donationis. & per Deci. hic.

Limitatur primo ſecundum glo. in d. c.
4 ſcienti. in † doloſa perſuaſione, iuxta l. i. C. de rap. virg. vbi rapiens virginem quãuis volentem de raptu tenetur; vt etiã hic per Deci. & latius per Moder. rep. in dicta l. vnica.

5 Secundo limitatur vbi † iniuria in corpus infertur cum nemo ſit dominus membrorum ſuorum. l. liber homo. ff. ad legem aquil.

Aquil. Quod videtur procedere etiam in
alapha data, quia per eam videtur corpori
inferri iniuria, vt hic per Deci. Bar.tñ et
Ang.de Peruſio.per Deci.citati contrariũ
tenent in alapha, ex quo corpus non debi-
litatur, nec cutis inciditur. & idem latius
tenet Ang.de Are.in tract.maleſi.in verbo
contra voluntatem, quæ opi. videtur pro-
bari per d.l.cum donationis. & d.§.vſque
adeo.ſecundum Aret.loco præallega.Non
obſtat fundamentum Decij hic de d.l.liber
homo, cuius ratio videtur locum habere
etiam in alapha,per quam corpori infertur
iniuria: procedit enim tex.ille in actione.
l. Aquiliæ quæ loquebatur de occidente
aut vulnerante,vt in l.qua actione.& toto
tit.ff.eo.ad l.Aquil.Item vbi quid vſtum,
ruptum,aut fractum fuerit.§.itaq;.inſti. ad
legem Aquil.Ideo nimirum ſi nõ procedit
vbi cutis ſciſſa non fuit,quemadmodũ Bar
to.& præfati ſcribentes dixere.Et cũ hæc
pars ſit benignior & mitior,in pœnis am-
plectenda eſt.l.cum de interpretatione.ff.
de pœn.l.ſemper in dubijs.ſupra eod.ti.&
in c.odia,de regul.iur.in vj.

6 Faciunt ẽt prædicta ad qõnem † an poſ-
ſit quis ſe ad torturam obligare? Paris de
Put.& Brun. ꝙ non.Deci.aſſentit, præter
ꝙ ad torturam iudicis, qñ aduerſarius tor-
tus fuit,vt in caſu Paridis. Non eſt rece
dendum a deciſione prædictorum per ra-
tionem d.l.liber homo.nec licitum fuit iu-
dici alium ponere ad torturam ex conuen-
tione & permiſsione illius,per rationem.
d.l. liber homo.Faciunt quæ ſcribit Hipp.
de Marſi.in l. j.in prin.ff.de quæſtio.& in
conſi.cxx.de iudice habente amplum arbi
trium,qui tñ non poteſt ponere quempiam
ad torturam non præcedentibus indicijs.
& d.l.liber homo. Plura alia adduci poſ-
ſent. vide ſi libet, Rapha.Com.in conſi.
xxxij.Abb.et alios in c.de his.de accuſa.
Fely.in c.ius generale.col.fi.in j.diſt.decr.
Iaſ.in l.j.col.ij.ff.de in litẽ iur.Guidonem
papæ in q.lxj. ccxj. cclxxviij.& cccxl.
Deci.in c iurauit.col.fi.de proba.in c.co-
gnoſcentes.col.ij.de cõſti. in c.paſtoralis.
col.v.de excep.in c.inter cæteras.colum.
vij.de reſcrip.& in conſi.cccccclxix.

Tertio limita vt quamuis conſentiens
7 iniuriarum agere nequeat † iudex tñ pro
intereſſe publico agere poterit,vt per Bar
to.in d.§.vſq; adeo. cum alijs hic per De-
ci.alleg. Nec ob.ꝙ conſenſus videatur
delictum tollere,ſicq; impedire reipub.ius
quæri, vt hic per Deci,quia reſpon,ꝙ talis
conſenſus impedire poteſt, ne ius ſibi con
ſentienti quæratur,nõ autem impedire ius
reipublicæ quærendum: vt ibi voluit Bar.
quod bene probatur in l.iuriſgentium, in
.§.ſi paciſcar.vbi plene not.ff.de pact. In-
tellige ſecundum prædicta.quando corpus
læderetur,ita ꝙ non ſit in poteſtate patris
tale ius remittere:ſecus in ſimplici iniuria
abſq; læſione & detrimento corporis illa-
ta, quæ non infertur ſcienti & conſentien-
ti,vt diximus. ideo reipubl.non quæritur
ius,& cõſequenter nec iudex agere poteſt.
& ita etiam tenet Ang.de Are.in malefic.
ſuper verbo,contra voluntatem.

8 Poſtremo nota,† ꝙ in libello accuſato-
rio non eſt neceſſarium exprimere contra
voluntatem meam illatam fuiſſe iniuriam.
eo enim ipſo ꝙ mihi iniuriam illatam nar
ro, cenſeor in inuitum dicere.d.§. vſque
adeo.Bal.in d.l.cum donationis.& Angel.
9 loco præalleg. Et quamuis † dolus regu
lariter non præſumatur id tamen non pro-
cedit in caſibus enumeratis,per Phil.Frã.
in dicto c.ſcienti.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio ſerui licet cõferatur in tempus exiſtentiæ ſui iuris,tamen quæritur domino*

2 *Donatio omnium bonorum ſi contingat eũ committere maleficium facta alicui, non valet in fraudem fiſci.*

3 *Patrimonium intricans,in fraudem creditorum feciſſe cenſetur.*

L. CLXXXIX. Paulus.

QVOD quis cum ſeruus eſſet
egerit: proficere liberto facto
non poteſt.

1 LICET igitur † ſtipulatio ſerui confe
ratur in tempus exiſtentiæ ſui iuris, nihil-
ominus quæritur dño:quia quo ad acquiſi
tionem inſpicitur tẽpus contractus,nec do
lus debet prodeſſe doloſo.l.fi.vnde potuit
præſens regula ſumi.de ſtipu.ſer.Quod in-
2 ducitur ibi per Imo.ad qõnem † de viden
te vel donante omnia bona ſua alicui ſi cõ
tingat eum cõmittere maleficium propter
quod bona publicãda veniãt,ꝙ talis alie-
natio tanꝙ facta in fraudem fiſci non ſub-

ſiſtat, de quo per oẽs in l. poſt contractum. ff. de dona. Et pariter inducit ibi Imol. ad
3 qd. de † intricante patrimonium ſuum, vt in fraudem creditorum id feciſſe cenſeatur: vt ibi per eũ. Faciunt ad hãc regulam quæ dixi in l. quę legata. ſupra eo. De lim. gl. videre poteris ſcribentes in l. j C. an ſer. ex fact. ſuo.

L. CXC. Caius.

SEMPER in generalibus ſpecialia inſunt.

ABSOLVTA fuit in l. in toto & pars ſupra eod. ti.

SVMMARIVM.

1 *Effectus magis attenditur quam verba.*

2 *Bannitus a territorio plurium dominorum nõ poteſt cum licentia vnius licite redire.*

L. CXCI. Paulus.

CVIVS effectus omnibus prodeſt: eius & partes ad vniuerſos omnes pertinent.

DECI. hic colligit arg. a toto ad partem: iuxta l. quæ de tota. ff. de rei ven ponendo aliquas limi. quod arg. magis extorquetur quàm colligatur. ideo de hoc te remittam ad ea quæ dixi, in l. in toto & pars, ſupra eo. Alb. de Roſ. hic colligit ex tex. valere arg. ab effectu de quo late tradit in ſuo dictionario in verbo arg. ab effectu. & melius quàm gl. noſtra exemplificat in his quę cõia ſunt pluribus vt vniuerſis, non pluribus vt ſingulis, iuxta l. in tantum. ff. de rerum diui. Mihi autem vr̃ iuriſcõſultum hic velle idem quod dicitur in c. quod omnes. de regul. iur. in vj. quod oẽs tangit ab omnibus approbari debet. quæ regula ab
1 hac l. ſumpta fuit. ꝙ † aũt attendi debeat effectus magis quàm modus ſeu verba, vide l. iij. cum not. C. de inſti. & ſubſti. §. fi. inſti. de bo. poſ. & l. fi. C. qui admit. cum ibi no. per Rimi. in j. col. & l. ſi tibi pecuniam. ſupraſſi cer. peta. & pulchre Aquẽ. in l. j. col. ij. ſupra de legib. ꝙ potius inſpicimus in quem dirigatur effectus legis vel ſtatu. quàm quomodo concepta fuerint verba.

Et intelligendo prædicta in effectu rei pertinentis ad plures vt ad ſingulos, qui
2 prodeſt omnibus, inferri poteſt ad qd. † de quinq; dominis alicuius loci, qui fecerunt bannum ne quiſquã bannitus de eorũ territorio poſsit aut debeat reuerti in locũ ſub pœna centum ſcutorũ, ꝙ vnus dominorũ non poterit in præiudicium aliorum dare alicui bannito licentiã redeundi alijs condominis non conſentientibus: per præalle. ad qd vide nota. per Iaſ. in l. iuriſgentium. in. §. fi. ff. de pact. Brun. Aſten. in cõſ. xciij. & cij. & Deci. omnino in cõſi. ccxlix. vbi ponit ꝙ qñ iuriſdictio eſt cõis pluribus dñis, vnus ſine alijs nihil poteſt facere.

SVMMARIVM.

1 *Hæres pro parte pro qua eſt hæres non poteſt contrauenire facto defuncti. Limita nume. 3. 4. & 6.*

2 *Culpam obijcere non poſſum alicui ex qua lucrum ſenſi.*

5 *Statutum repellẽs vſurarium ab agendo, non comprehendit eius hæredem.*

L. CXCII. Vlpianus.

EX qua perſona quis lucrum capit, eius factũ præſtare debet.

SVMITVR ex. ll. in gl. alleg. cũ alijs de quibus per Decium hic. & in conſil. clxxxiiij. ad fin.

1 Et ſic† hæres pro parte pro qua eſt hæres contrauenire non poteſt facto defuncti l. cũ a matre. C. de rei vẽ. dixi late in repe. l. ij. C. de pact. inter empt. & ven. Facit ad hanc regulã tex. l. ſcdm naturã. cum ibi nota. ſupra eo. & l. pompo. in. §. cũ quis. ff. de acqui. poſ. vbi volens vti adminiculo tpis ex perſona alterius, cũ ſua cauſa vitijſque ſuis vti debet. facit ẽt tex. l. qui in ius. & l. quod ipſis. cũ ibidẽ not. ſupra eo. ti. Et ſi-
2 militer † non poſſum alicui culpã obijcere ex qua lucrum ſenſerim. l. nupta. §. j. ff. ſol. ma. l. cum in fundo. §. j. cũ gl. in ver. lucrũ. ff. de iur. dot. tradit Alex. in cõſi. lxxj. col. j. lib. ij. & Deci. conſi. ccccxcij. ad fi.

Et procedit hæc regula qñ cauſam lucratiuam quis habet ab aliquo, & ex eius perſona vult agere: non enim poteſt uenire contra factum illius ex cuius perſona agit,
3 † ſecus ſi nõ prætendit titulum lucratiuũ, l. apud celſum. §. de auctoris. cum. §. ſeq. ff. de excep. dol. ita Alex. in conſi. x ij. col. ij.

lib.iiij.& Deci.hic dicens id tenuiſſe An-
cha. in cõſi.ccxliiij.quia qõ.col.fi. Qui tñ
loquit' in alijs terminis. & erit alia limi.ad
4 hanc regulã.Dicit.n.ꝙ † & ſi vitia perſo
nalia trãſeant in hæredẽ & ſucceſſorem cũ
vtitur adminiculis ex perſona auctoris, id
locum habet cũ hęres vult lucrũ conſequi
ex perſona defuncti, vt vſucapere & præ-
ſcribere qđ defunctus mala fide inchoauit.
ſecus vbi agit' de perſona ab agendo repel
lenda pp perſonale defuncti vitium, quia
facilius interdicitur lucrũ alicui ꝙ̃ infliga
tur pœna.arg.§.& ſi pręfatam.l.fi.C.de iu
5 re delib.cum ſi.ideo concludit,ꝙ† ſtatutũ
repellens publicum vſurarium ab agendo
nõ repellit illius hæredem nec ceſsionariũ
ſi non vtitur adminiculo & perſona aucto-
ris.& ſequitur Crotus loco præallega.col.
ij.vbi aſsignat ẽt rationẽ ad tex.d.§.de au
6 ctore. Limitatur pariter hæc regula† nõ
procedere qñ hęres confecit inuentarium,
quia tunc facto defuncti contrauenire põt:
vt hic per Deci. & in conſi.clxxxv.cum
ſeq.& per Barb.in conſi.lxvj.lib.iiij. Ve-
rum quia vt præfati ſcribentes poſt Imol.
dicunt,intelligitur hoc qñ de bonis defun
cti nihil hæredi remanet, & ſic non ſentit
lucrum ex perſona illius,ideo limitatio nõ
eſt bona cum non ſit de regula.

L. CXCIII. Vlpianus.

PAREM eſſe conditionẽ oportet eius,qui quid poſsideat vel habeat: atque eius cuius dolo malo factũ ſit,quominus poſsideret vel haberet.

Expedita eſt in l.qui dolo.ſupra eo.

SVMMARIVM.

1 *Pœnam non meretur quòd lege permittente fit.*

L.*Gracchus.C.de adulte.ornatur.*

2 *Iniuriam nemini facit qui iure ſuo utitur.*

L. CXCIIII. Panlus.

NEMO damnum facit, niſi qui id facit qđ facere ius non habet.

In text.ibi damnũ facit.i.damnum fa-
ciendo vel dando obligatur, ſcdm Alb.&
1 ſcdm Deci.reſoluit cum eo quod dr̃ † non
mereri pœnam quod fit lege permittẽte.l.
gracchus.C.de adulte. de quo vide Ro.in
conſi.cccclxxxiiij.Fel.in c,ſi vero.el j.de
ſen.excom.doct.in l.fi.ff.quod quiſq; iur.
Deci.i l.bona fides.ſupra eo.Hip.de Mar
ſi.in l.patre.ff.de qõ.& in l.edicto.col.iij.
eo.ti.Neuiza.in ſylua nup.col.viij. cũ ſeq.
Gaſparẽ de Portug.in repe.l.imperiũ.col.
iij.ff.de iuriſ.om.iud.Facit l.qđ reipub.&
2 l.iniuriarum.ff.de iniur.vbi dr̃,ꝙ† nemini
iniuriam facit qui iure ſuo vtitur: & ꝙ iu-
ris executio nõ habet iniuriã.& l.factũ.§.
non videtur.infra eo. vbi dicitur,ꝙ nõ vi-
detur vim facere qui iure ſuo vtitur.

SVMMARIVM.

1 *Vis alia priuata alia publica.*Et *quomodo differat a violentia nu.* 2.

Violentiarum quot genera ſunt.

3 *Violentiæ, quæ per iudicem infertur, non licet reſiſtere.*

L. CXCV. Vlpianus.

HOC iure vtimur, vt quicquid omnino per vim fiat: aut in vis publicæ, aut in priuatę crimen incidat.

1 Non eſt enim alia † ſpecies vis,niſi pri
uatæ & publicæ,vt in rub.& toto ti.C.ad
l.Iul.de vi.& inſtit.de pub.iudi. in.§.item
lex iulia. Intelligiturque hæc regula in vi
expulſiua,nõ de inquietatiua. cũ.n.contra
denunciantẽ ædifico licet videar vim face
re nõ teneor.l.iul.de vi publ.vel priua.nõ
enim cadit vis illa in crimen, qđ per hanc
legẽ exigitur.arg.l.ſeruus non in omni.ff.
2 de act.& ob.ſcdm Alb.hic.Et quõ † vis a
violentia differat,tradit Pau.de Ca.in cõ
ſi.ccclxxix.in antiquis. Violentiarũ vero
plura ſunt genera,vt p gl.& Bar.i l.extat.
ff.qđ met.cau.& Bar.in l.ſi quis in tantũ.
3 C.vnde vi. Nec eſt † licitũ reſiſtere vio
lentiæ q̃ iure infertur.l.ſi ſeruus.C.de his
qui ad eccl.cõfu.ſcdm Deci.hic.et Pau.de
Ca.in d.l.ſi ſeruus.& in cõſ.cxciiij.& Lu
do.Bolo.in conſi.lxiij.nec mirum quia ta-
lis actus nec vis nec violentia proprie di-
citur,cum iuris executio, vt in præceden-
ti.l.dixi,iniuriam non habeat.

§. DEIECIT qui vel iuſsit, vel mãdauit, vel ratum habuit. Rati enim habitio mandato comparatur.

SVMITVR ex l.j.in.§.deieciſſe videtur. vbi iuriſconſul.rationem aſsignat. ff.de vi & vi arma. Ad cuius arti.declarationem vide Fel.in c.mulieres.col.ij.de ſen.excom & quæ ſcripſi in l.quod iuſſu. & in l.ſemper qui non prohibet. ſupra eo. vbi de iuſſu mandato, & ratihabitione tractatum inuenies.

SVMMARIVM.

1 *Hæres ex dolo defuncti an inſolidum teneatur, vel quatenus ad eum peruenit.*

2 *Dolus in contractu bonæfidei quomodo purgatur. Idem & ſtricti iuris.*

3 *Culpa defuncti an præſtetur ab hærede.*

§. IN contractibus quibus doli præſtatio vel bona fides ineſt, hæres inſolidum tenetur.

SVMITVR ex ll.per gl alleg. Facit l. pœnalia. & l.pupillum.in.§.in hæredes.ſupra eo.cum ibi dictis.& in.§.fi.l.ad ea.infra eo. Secundum Deci.iſta regula tãgit materiam indiuiduorum quæ altiorem poſtulat indaginem. in ea enim ſe torquens ſcribentes omnes in.§.cato.& in l.ſtipulationes non diuiduntur.ff.de verbo. oblig. Sed fallitur Deci.eſt enim alia materia, vt ex glo.apparet.hic enim non tractatur
1 materia diuidui & indiuidui, ſed † an ex dolo defuncti hæres inſolidum teneať vel quatenus ad eum peruenerit, vt patet ex l. ſi hominem.in.§.datur.ff.depoſ.& ex l.ex depoſiti ac.l.ex contractibus.ff.de acti. & obli.& ex.§.fi.l.ad ea.infra eo.ti. Pro habenda veritate huiuſce articuli, ex dictis & mente Albe.de Roſa.hic.Bar.& Ang. in d.l.ex depoſiti.& in l.j.ff.de priua.deli. Bar.& Saly.in d.§.datur. & Saly.in l.vnica.col.fin.C.ex delic.defun.dici poteſt, ꝙ aliqñ dolus defuncti fuit commiſſus in cõtractu vel circa, & tunc quia dolus ex contractu deſcendit, & rei perſecutione teneť hæres ſicuti defunctus, ſi ſit vnus inſolidũ, ſi plures pro hæreditarijs portionibus, ſiue ad eum aut eos peruenerit, ſiue non, & ſiue lis conteſta.fuerit cum defuncto, ſiue non: vt hic, & in d.§.datur, & in d.l.ex cõtractibus.& in l.ex depoſiti.cum ibi nota. per glo.Bar.& Ang.Nec ob.§.aliqñ.inſti. de perpe.& temp.actio.vbi ſi te induxerit quis ad contrahendum, hæres illius non te
2 netur. ibi enim fuit commiſſus † dolus in contractu qui non purgatur per actionem deſcendentem ex eo contractu, cum dolus contractui cauſam dederit: ita ꝙ cõtractus eſt ipſo iure nullus, & purgatur per actionem de dolo, ideſt ſecundum quod decrarat Pau.de Caſt.in l.curatoris. col.fi.C.de nego.geſt.de dolo agitur nulla alia competẽte actione. Quæ quidem actio de dolo in hæredem non datur niſi lite conteſta.cum defuncto, vt per Bar.in d.l.ex depoſiti.aut quatenus ad eum peruenerit, vel dolo male fecerit ne perueniret.l.itaq;. cum l.ſeq. ff.de dolo.& tradit Are.in d.§.non autem. vbi etiam poſt Bart. rationem aſsignat ad id quod dictum eſt de lite conte.quia tunc quaſi contrahitur qui quaſi contractus eſt cauſa huiuſce tranſitus in hæredem intelligendo qñ litis conteſt. fuit legitime facta. Proceduntq; prædicta in contractu bonæ fidei. Secus ſi dolus cauſam dederit cõtractui ſtricti iuris, vel inciderit in cõtractum quia agitur tunc actione ex eo contractu.l. eleganter.§.j.cum ibi no.per Bar.ff.de dolo.ſecũdum Saly.& Are.in locis proxime allega. Et ita intelligi poteſt hæc regula qñ dolus incidit, ſecundum Alber.hic.Et idem ſi circa contractum vel quaſi vt in re depoſita vel commodata & in adminiſtratione tutelæ & ſimilium, quia natura contractus eſt vt actiones ex eo deſcendentes ad hæredes trãſeant, & ſi nihil ad eos peruenerit: merito hæredes tenentur.l.curatoris.C.de nego.geſt.l.j.cum glo.C.de hære.tuto.& hac l.cum prællegatis.Et ſi cõtractus ad hæredes non tranſeãt ſecus erit. l.quæſitum.§.fi.iuncta l.cum precario.ff. de preca.ſecundum Saly.& Ang.Areti.in locis præallegatis.Quando vero dolus cõmittitur extra contractum ſi pœna eſt impoſita ipſo iure tranſit in hęredem, alias ſecus, niſi quatenus ad hæredem peruenerit, vel ſit cum defuncto cõteſtata: ut per Ang. Are.loco præallegato. colum.pe.& latius Bart.in d.l.j.col.j.& ij.ff.de priua. delict.
3 Sed quid de † culpa defuncti an ab hærede præſtetur? Bar.in d.l.ex depoſiti.tenet præſtari latam, leuem vero non niſi in contractu vel quaſi volũtario, exceptis caſibus poſitis in l.j.C.de hære.tut. ſequunť Pau.de Ca.& Alex.in d. l.curatoris. circa fi.tradit etiam Ang.in d.l.ex depoſiti, vbi

dicit, ꝙ ſi defunctus ex neceſsitate contrahit ſeu quaſi, tunc ex eius culpa non cõuenitur hæres niſi quatenus ad eum peruenerit, aut cum defuncto lis conteſt. fuerit: ſecus, inquit, ſi voluntarie, vt in negotiorum geſtore. nam etiam ex ſola culpa defuncti conuenitur hæres licet cum defuncto non fuerit lis conteſt. nec ad hæredem quicquã peruenerit, l. iij. §. hæc actio. ff. de neg. geſ.

L. CXCVI. Paulus.

FERE quibuſcũq; modis obligamur, iiſdem in contrarium actis liberamur: cum quibus modis acqrimus, iiſdẽ in contrarium actis amittimus. Vt igitur nulla poſſeſsio acquiri niſi animo & corpore poteſt: ita nulla amittitur niſi in qua vtrunque in cõtrarium actum eſt.

DE iſta regula plura ſcribunt Socin. & omnes Mode. in l. iij. in. §. in amittenda. ff. de acqui. poſſeſ. ego plenius dixi in l. nihil tam naturale. ſupra eod. ti.

SVMMARIVM.

1 *Replicatio doli non datur contra exceptionem doli.*

2 *Statutum quòd banniti vel excommunicati non audiantur, ſi reus excipit de banno vel excommu. non admittitur replicatio ſimilis delicti.*

3 *An patiens aliquem defectum poßit de ſimili defectu contra alium excipere.*

L. CXCVII. Vlpianus.

CVM par delictum eſt duorum, ſemper oneratur petitor, & melior habetur poſſeſſoris cauſa: ſicut fit, cum de dolo excipitur petitoris. neq; enim datur talis replicatio petitori, aut ſi rei quoq; in ea re dolo actum ſit.

SVMITVR ex l. apud Celſum. in. §. marcellus. ff. de except. doli. vbi iuriſconſult. aſsignat rationem regulæ, dum dicit.
1 † aduerſus doli excep. nõ dari replicationem doli. cum longe ęquum ſit ex eo quod perfide geſtum eſt actorem nihil conſequi. Et ex hac l. ſumpta fuit regula in pari delicto. de reg. iur. in vj. vbi vide gl. no.

In tex. ibi poſſeſſoris cã. intellige quantum ad onus probationis & prerogatiuam obtinendæ abſolutionis, ſecundum Albe. quod late excuſsimus in l. in pari. vbi expedita fuit hæc regula. ſupra eo. In eodẽ tex. ibi, aut ſi. verba ſunt replicationis denegatæ, aut pro certe, ſubaudi recte nõ excipis. ſi, pro quia. Rei. i. cõuenti pariter dolo in ea re actum eſt. nõ enim licet hoc modo excipere, ſecundum iuriſconſul. hic.

Et facit hæc l. ad nota. qõnes ſecundum
2 Alb. † de duobus bãnitis vel excõicatis, quibus ius reddi non debet ex forma legis vel ſtatuti. ꝙ ſi contra actorem excipiatur de banno aut excõicatione, ꝙ non admittatur replicatio banni vel excõicationis rei, ſed potior ſit conditio rei. Idẽ dici põt de duobus non æſtimatis, ſtante ſtatuto ꝙ non æſtimatis ius non reddatur: ſecundum Alb. adde Fel. & Deci. in c. ij. col. fi. de excep. Et de materia eius quod glo. tangit
3 † an patiens defectum, poſsit de ſimili defectu cõtra alium excipere. ſeu culpa cum culpa, vel delictum cum delicto compenſari debeant: vide Alexan. & alios in l. viro atq; vxore. ff. ſo. ma. Iaſ. in l. in arenam. C. de inoffi. teſta.

SVMMARIVM.

1 *Incidens in pœnam iuxta compromiſſum vel pacem initam, non poteſt illam ab alio poſtea contraueniente exigere.*

§. ILLI debet permitti pœnam petere, qui in ipſam non incidit.

VENIT quaſi illatiue ex regula poſita in prin. iſtius legis. Et poteſt exemplificari ſecnndum Albe. in l. cum pater. in. §. libertis. vbi ẽt not. ff. de lega. ij. & in l. quoties. C. de fideicom. Et facit ad qõnẽ † de
1 duobus compromittentibus, qui non contrauenire ſub pęna promiſerunt, ꝙ ille qui primo incidit in pœnam non poteſt illam exigere ab alio poſtea contraueniente. Et idem in frangentibus pacem initam, vt hic

per Deci. & prius per Alb. de Roſ. Quam materiam late explicant oẽs ſcribentes in l. ſemel mora. ff. ſo. mat. & in l. cum propo- nas. la ij. C. de pact. et in l. ſi quis maior. C. de tranſa. Facit ad hanc regulã alia poſita in vj. de reg. iur. in c. fruſtra ſibi fidem.

L. CXCVIII. Paulus.

FACTVM ſuum cuiq;, nõ aduerſario ſuo nocere debet.

Expedita eſt ſupra in regula nõ debet. & facit c. non debet aliquis. & in c. mora ſua. de reg. iur. in vj.

SVMMARIVM.

1 *Excõicatio prolata contra moleſtantes titium in tali re, quomodo intelligatur.*

2 *Clauſula poſita in proceſſibus eccleſiaſticorum contra rebelles & contradictores, quomodo intelligatur.*

§. NON videtur vim facere qui iure ſuo vtitur, & ordinaria actione experitur.

Expedita eſt in l. nullus vr̃ dolo facere. & in l. nemo damnũ facit ſupra eo. ti. Et vltra glo. exemplificari poteſt ſcdm

1 Albe. de Roſa. hic in † excõicatione lata per iudicem contra oẽs moleſtãtes titium in tali re, vt ego qui rem meam dico & vẽdico nõ ſim excõicatus: arg. huiuſce legis. intelligi enim debet excõicatio de iniuſte moleſtantibus. Et pariter dicit de clauſula

2 † quæ in proceſsibus eccleſiaſticorũ poni conſueuit, in quibus excõicantur cõtradictores et rebelles, vt intelligi debeat de iniuſte contradicentibus & rebellantibus.

SVMMARIVM.

1 *In pœnalibus vbi lex pedem figit non debemus vltra procedere.*

§. IN pœnalibus cauſis benignius interpretandum eſt.

Svmitvr ex. ll. in glo. alle. Facit. l. ſemper in dubijs. ſupra eo. & l. cum quidã. ff. de lib. & poſth. c. odia. & c. ĩ pœnis. vbi hæc regula ẽt ponit̃, de reg. iur. in vj. & eſt ibi gl. no. pro declaratione præſentis regulæ. Et ad plures vtiles qõnes doc. inferũt. Deci. hic qualdã illationes, declarationes, & limitationes congerit. Eſt materia vulgata & per ſcribentes in varijs locis præſertim ſupra alle. tacta. et per Aquen. in l. ſi quis id qd. col. fi. ff. de iur. om. iud. & Deci. in l. imperiũ. in iij. col. illo eo. ti. in quibus locis infinita inuenies in præſenti materia. & dicit Bal. in l. fi. col. j. C. de litig. q

1 † in pœnis vbi lex figit pedem, non debemus vltra procedere.

SVMMARIVM.

1 *Aduocati, notarij, conſultores, hoſpites, & meretrices ratione ſuſcepti officij coguntur patrocinari.*

2 *Officia publica auctoritate & vtilitate nõ poteſt quis recuſare.*

L. CXCIX. Vlpianus.

NEMO inuitus cogitur defendere.

Svmitvr ex. ll. per glo. alle. hocq; eſt pp vtilitatẽ officij: ſcdm Bal. ĩ l. inuitus. C. de procu. & Fely. in rub. de teſti. cog. facit l. liber homo. ff. ad l. Aquil. & de libero homine exhib.

1 Intelligiturq; hæc regula † niſi huiuſcemodi exercitio ſe publice dederint, quia tunc patrocinari cogunt̃: quẽadmodũ dicimus in aduocato, notario, cõſultore, hoſpite, artifice, & meretrice tenẽtibus ſignũ, q cogunt̃ facere rõne ſuſcepti officij & exercitij: vt hic per Deci. & Fel. in rub. de teſt. cog. Ang. in l. j. in. §. fi. per illũ tex. ff. furti aduer. nau. vbi plene & elegãter explicat qñ hoſpes cogat̃ hoſpitari, & qñ poſsit repellere & expellere viatores & hoſpites.

2 Officia † vero publica vtilitate & auctoritate non poteſt quis recuſare: vt per Fel. præalleg. loco. gl. & doc. in l. dotem. ff. ſol. ma. Bal. in l. ij. ff. quod quiſq; iur. in l. ſi qñ. col. iij. ad fi. C. de appel. & in l. hi qui ad ciuilia. col. iij. eo. ti.

SVMMARIVM.

1 *Facilius permittitur quam petitio.*

2 *Mulier tam agendo quam excipiendo põt facere vt dos in tuto collocetur.*

3 *Hæc regula quãdo non procedat. nu. 4. 5*

§. CVI damus actionē, eidem exceptionem competere multo magis quis dixerit.

SVMITVR ex.ll.in gl.alle. & dat ēt hæc regula in c.q ad agendū.de reg. iur.i vj. vbi gl.aliter ēt exēplificat q̄ fecerit gl. hic. Cōproba per l.p retētionē.C.de vſur. & l.ij.cū no.per Bal.in no.C.de fideiuſ.ꝙ
1 † facilius permittit retentio, q̄ꝫ petitio.de quo pulchre Deci.in conſi.cccxcvij.col.ij. Itē quia excep.maiori nititur æquitate q̄ꝫ actio.l.qa equitate.ff.de exce.dol.&.§.certe illud.inſti.de rer.diui.Simile eſt in repetitio. cuius cā fauorabilior eſt q̄ꝫ cā petitionis, vt poſt Imol.ſcribit Are.in rub.ff.ſolu.matri.col.iij.

2 Et per hāc regulā infert, ꝙ † ſicuti vxor per viā actionis agere pōt vt dos in tuto collocetur pp inopiā viri, ita pōt facere p modū exceptionis: ut pulchre plene p Bal. Nouel. in tract.dotium in vij.parte prin.in priuilegio xviij.& xxiiij.

3 Et procedit † hæc regula niſi ſit ratio diuerſitatis, pp quā detur actio & denegetur exceptio: ſcdm Deci.hic per c.debitores. vbi Abb.de iureiur.ibi.n.adetat infm, qd obſtat exceptioni & nō repetitioni: ſcdm Ant.de Bu.ibi, et Phi.Frā.in d.c.q ad agē
4 dum. Scdo limitat regula † qñ de eodem & ad idē agit excipiturq; : & ſic qñ actio & exceptio tēdunt ad idē & eundē finem, ſecus ſi ad diuerſa.vt hic p Deci.& Phil. Frā.in d.c.q ad agendū.& aliqua dixi in repe.l.ij.in xxv.q.ad ſi.C.de pac.inter emp.
5 & ven. Quaſdā † alias lim.poſt Io.Mona.congerit Phil.Fran.loco prealle.

§. CVM quis in alicuius locū ſucceſſerit, non eſt æquū ei nocere hoc, quod aduerſus eum non nocuit in cuius locum ſucceſſerit.

ISTA regula habetur ēt in l.hæredē. in l.qui ius.& in l. quod ipſis.ſupra eod.in quibus locis plura ſcripſimus.

§. PLerunq; emptoris eadē cauſa debet eſſe circa petendum ac defendendum quæ fuit auctoris.

EADEM regula in effectu habetur in locis proxime alle.& in l.nemo plus iuris. & in l.in omnibus officijs.& in.§.non debeo.vbi latius ſcripſimus.ſupra eo.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitum accipi, eſt etiā prohibitū dari.*
2 *Prohibitus exigere vel accipere, an poſſit a ſponte dantibus accipere.*
3 *Et quid de prohibito petere?*
4 *Prælatus xenia & munuſcula querere nō debet, nec oblata reſpuere.*
5 *Munera reſpuens dicitur optimus rerū publicarum adminiſtrator.*

§. QVOD cuiq; præſtatur: inuito non tribuitur.

EADEM regula habet.ſupra eod.in l. inuito beneficiū nō datur.ubi plene ſcripſi
1 mus. Eſtq; ſignāda gl.hic circa ſi.ꝙ † prohibitū accipi eſt ēt prohibitum dari: & tñ quędā honeſte dātur q̄ inhoneſte accipiuntur, vt in exēplo gl.quā extollunt hic Bar. & Alex. Inducentes ad.q.ſtatuti prohibētis notariū priorū accipere ſalariū pro aliqua ſcriptura, ꝙ nō poterit ēt a ſponte dantibus recipere: qa ſtatutū diſponit circa notariū, non circa ſoluētes, ideo non pōt illi ſtatuto renunciari.& ſequunt hic Deci. & Io.de Ana.plura citans in c.j.col.ſi.de ſimo.& alij ſcribētes in locis infra alle.reputantes gl.iſtā no.& Parpa.in rep.l.placet. col.xxj.ver.& ideo ponatis.C.de ſa.ſan. eccl. Hinc ſumpta occaſione poſt Alex.
2 in apoſtil.tractat hic Deci.an † prohibitus exigere vel accipere, poſſit a ſponte dantibus recipere? & cōcludit ꝙ nō, vbi agitur de intereſſe publico: & ī caſibus a iure expreſſis, alias ſecus. vt hic p̄ eū.adde Ioan. de Ana.& Fel.ī d.c.j.circa ſi.de ſimo. ubi Fel.per hanc gl.dicit attēdenda eſſe verba cōſtitutionis. Et vbi eſt prohibitū dari pp bonum publicū, eſt ēt prohibitū recipere a ſpōte dante: per iſtam gl.& alia de quibus ibi per eū.& per Iaſ.& Aquen.in l.nō ſo
3 lū.col.ij.& ibi.ff.ſo.ma. Et ſimiliter † vbi quis eſſet prohibitus petere, non prohiberet accipere ab eo q ſponte ſolueret aut daret.c.dilectus.el ii.de ſimo.ſcdm Deci.hic ad ſi. verba.n.conſtitutionis hunc caſum tunc non cōprehendunt: ergo nec nos illū cōprehendere debemus, vt per Fel.in d.c. j.ad ſi. Et quędā ſunt, q̄ petere nō debemus, oblata aūt accipere poſſumus.c.qm. & c.de eulogiis.xviii.diſt.vbi Card. Alex.
4 colligit, quam † modeſtiam tenere debeat prælatus in xeniis ſeu munuſculis recipiēdis.illa enim quærere non debet.nec quæ oblata ſunt reſpuere paſſimq; ac per omnia recipere auariſſimum eſt.indifferenter

reſpuere inhumanum.l.ſolet. ſupra de offi. procon. Cuius græcum prouerbium ibidẽ relatum interpretatur Politia.in prima cẽturia miſcellaneorum.c.xcv.in hunc modum.i.non omnia,non paſsim, nec ab omnibus.De prædictis vide etiam Cice.in ij.
5 offi.vbi tñ vult † reſpuentem munera eſſe optimum publicarum rerum adminiſtratorem. Eſt igitur conſideranda qualitas dantis ac recipiẽtis,&|doni, cauſaq; dandi, ad iudicandum magnum ne ſit an paruum, recipiq; debeat vel reſpui.ad quæ facit etiã tex.c.& ſi quæſtiones. de ſimon.& glo.l. ſed ſi ſuſceperit.ff.de iudi.

L. CC. Vlpianus.

AD ea quæ non habent atrocitatem facinoris vel ſceleris,in his ignoſcitur ſeruis, ſiue dominis, ſiue iis qui vice dominorũ ſunt,veluti tutoribus & curatoribus,obtemperauerint.

EXPEDITA eſt in l.velle non creditur.ſupra eodem.

§.SEMPER qui dolo fecit quominus haberet, pro eo habendus eſt ac ſi haberet.

HABES eodem modo expeditam in l.qui dolo.& in l.parem. vbi in effectu idẽ dicitur. ſupra eodem.

§.IN contractibus ſucceſſores ex dolo eorum quibus ſucceſſerunt non tantum id quod ad eos peruenit,verum etiam inſolidum tenentur: hoc eſt vt vnuſquiſque pro ea parte,qua hæres eſt,conueniatur.

ASOLVTA in.§.fina.l.hoc iure. ſupra eodem.

SVMMARIVM.

1 *Captio quid ſit, & in omni materia euitanda eſt.*
2 *Senſus magis quam verba inſpici debet.*
3 *De duobus malis minus eſt eligendum. Nõ tamen malum laudatur nu.6.*
4 *Maritus ſi vxorem adulteram occidere intendit vt aliam ducat, faciat adulteriũ, non homicidium.*
5 *In dubio pronunciandum appellationẽ non eſſe deſertam,ſed admittendam.*

L. CCI. Vlpianus.

QVOTIES nihil ſine captione inueſtigari poteſt· eligendum eſt quod minimũ habet iniquitatis.

EXEMPLVM ponit̃ in.§.j.l.ſi debitor.vñ ſumit̃ hæc regula.ff.de fideicõ.lib.

1 In tex.ibi captione.† dolũ & deceptionem refert. & eſt actus ipſe capiendi ſeu decipiendi,ſeu id per qđ quis capitur. cuius diminutiuum eſt captiuncula: vt tradit Aul.Gel.in noct.atticis.Facit tex.no.in l. pe.ſupra ad exhib.ibi,reſpondi nõ oportere ius ciuile calumniari neq; eius verba captari. Hinc dicimus captioſa eſt cõcluſio, vt ait Hiero.Et captioſis qõnibus,poſitionibus,vel interrogatorijs non eſſe reſpondendũ:& ideo intentionẽ legislatoris eſſe ne quis in uerbis capiat̃.propterea ſolennitates verborum quæ alias erant neceſſariæ in petitionibus iudicialibus ſublatas fuiſſe.l.j.& ij.C.de formu.l.fi.C.qui admit.& inſti.de ſucceſ.ſublatis. vbi dr̃ propterea, hodie omnia iudicia eſſe extraordinaria. idem videmus eſſe in contractibus.§. ſed hæc ſolẽnia.inſti.de verb.ob.ac in vltimis voluntatibus.l.j.& ij.C.cõia delega.l.qm̃ indignum.C.de teſta. & l.ẽt hoc modo.ff. de lega.j.propterea dixit Bald.in l.j.C.de ædil.acti.ꝙ licet ſtatuto caueat̃ quẽ debere pure & ſimpliciter poſitionibus reſpondere,ſi tñ iudex videt poſitionẽ eſſe captioſam,admittere poterit cõditionalẽ & qualificatã reſponſionẽ.Et ad prędicta,& de captione euitanda,maxime in lege & in materia iuris ciuilis,adde Pe.de Anch.in conſi.lxxv.col.fi.Pau.de Ca.in cõſ.ccxcviij. col.iij.in antiquis.Alex.in conſi.lxxxiij. col.iiij.lib.ij.& in cõſi.cxiij.lib.iij.Fely. in c.cũ bertoldus.col.iij.de re iud.Deci.in l.ea eſt natura.eo.ti.& in cõſi dclxvj.col. ij.& in cõſ.dcxc.col.j.Mod.Taur.in l.cũ qd.col.x.ad ſi.ſupra ſi cer.pe.Et in p̃dicta materia plura elegãter pulchreq; ad interpretationẽ interdicti de vi & vi arma.maxime circa verba illa; deiecti & detruſi, ſcripſit. M. Cicer. in oratione pro Aulo

Cecinna, charta. iii. ſi verba, inquit, ſequi volumus, ſi ad verbum rem attingere, neceſſe eſſe nos labi. Cumque voluntas (ait) & conſilium & ſententiam interdicti intelligitur, impudentiam ſummam aut ſtultitiā ſingularem putabimus in verborum errore verſari, rem & cauſam & vtilitatem cōmunem non relinquere ſolum, ſed & prodere, maxime cum neque verborum tanta copia ſit non modo in noſtra lingua quæ dicitur eſſe inops, ſed ne in alia quidē vlla res, vt omnis ſuis certis ac proprijs vocabulis
2 nominetur. Quod ſi † verſuti & callidi, ſubiungit, a captione verborum non auertamus aures animumque, ſed ad verba rem deflectere velimus: quæ lex, quod ſenatuſconſultum, quod magiſtratus edictū, quod fœdus aut pactio, vt ad res priuatas redeamus, quod teſtamentum, quæ iudicia aut ſtipulationes, aut pacti conuenti formula, nō infirmari aut conuelli poteſt. imputandum tamen eſt ei qui effuſo ſermone ſe iactat ſi in promptum ſui incidat periculum. dicit tex. in l. ſi. ad fi. C. de dot. promiſ.
3 Nota ergo † de duobus malis minus eſſe eligendum, ad idem text. in l. ſi procurator rei. vbi glo. ff. de excep. doli cum alijs hic per Deci. allegatis. facit text. c. conſidera. xxij. q. j. vbi infirmis adhuc in fide per Deum iurare permittebatur, non ꝙ coacte hoc facerent, ſed ꝙ melius eſt deo id exhibere ꝗ̄ demonijs. poniturque ibi, melius, electiue non comparatiue, ſecundum glo. & hi qui de paginis euangelicis ſortes legunt, & ſi optimum eſt vt id faciunt potius ꝗ ad demonia conſulenda concurrant, ea tamen conſuetudo Auguſtino diſplicuit, vt dicitur in c. hi qui. xxvj. quæſt. j. vbi gloſ. not. permitti minus malum vt euitetur maius. Alibi dicitur, non eſſe illicitum pro licito faciendum, ſed vtrūque vitandū, ideo
4 † non licere homini chriſtiano adulteram coniugem occidere, neque ea viuente alteram ducere: ſed ſi facturus eſt ꝙ non licet, faciat adulterium & non homicidium. c. ſi quod verius. xxiij. q. ij. ſic ergo permittitur minus malum vt euitetur maius, vt ibi per gloſ. Hinc etiam eſt ꝙ in c. j. & ij. diſt. xiij. dicitur, duo mala licet caute præcauēda ſint, ſi tamen ita vrgeant, vt alterum eorum neceſſe ſit eligi, minus malum faciendum eſt. ideo Alexan. in l. ſi conſtante. in §. fi. col. pen. ff. ſol. matri. dicit ex ſolutionibus non ſatisfacientibus minus malam eſſe eligendam. arg. l. ita vulneratus. circa fi. ff. ad legem aquil. vbi pro communi vtilitate quædam contra ſtrictam rationem diſputādi recipi, dicit. Confirmantur prædicta per not. regulam quam tradit Pau. de Caſt. in l. j. per illum text. ff. ſi quis caut. Alex. in conſi. cvij. ad fi. in iij. volu. & in conſi. liiij. viſo proceſſu cauſæ. colum. fin. lib. v. Quod in dubio eligi debet illud quod eſt
5 partibus minus præiudiciale: ideo † in dubio pronunciandum eſt appellationem nō eſſe deſertam, item eſſe admittendam. c. vt debitus. cum ibi not. de appel. vt hic etiā per Deci. & per Cor. in conſi. cclxxix. lib. iiij. & Deci. in conſil. dclxxvii. Hinc etiā eſt, ꝙ vbi dubitatur an aliquis in collegiū admittendus ſit vel nō, pro admiſsione pronunciandum eſt, id enim minus eſt præiudiciale & fauorabilibus, ita Bald. in conſil. clxxxiij. lib. i.

Non inuoluam ſilentio quę prædictis refragantia ſcripſit Franc. Petrarcha lib. v. Epiſtolarum rerum ſenilium. in epiſtola quinta circa fin. Et ſi prouerbium, inquit, ſit duobus aut pluribus ex malis minus malum eligendum eſſe, non video cum minus malum haud dubie malum ſit, qualiter mali electio laudanda. Itaque rectius dici reor, maiora mala maiori ſtudio vitanda: et ſi vitari cuncta non poſſunt minora facilius tolerentur, non electione, ſed patientia, æquanimitate, modeſtia. Id potius conſilio Cice. in prouerbium erat. Ex malis eliciendum ſi quid ineſt boni, neque id mirū videbitur cogitanti non ſolum ex radicibus atque herbis amariſsimis, ſed ex quibuſdam quoque venenoſis animantibus, vt fama eſt morborum remedia conſtare.
6 Sed non eſt recedendum a dictis † iuriſconſultorum quibus tanquam loco ſacro reuerentia debetur, qui eo dicendi modo vſi fuere non laudantes malum, ſed præcauere mandantes. Præterea eloquentiæ fons M. Cic. lib. iij. officio nonne idem dicit, dū inquit, ab hominibus doctis accepimus nō ſolum ex malis minima oportere eligere, ſed etiam excerpere ex ipſis ſi quid ineſſet boni? Et ſi cuncta recte conſiderentur idem ſenſus eſt dicere, duobus malis imminentibus, ita vt alterū ſit neceſſe incurrere, maius eſſe vitandum vel minus eligendum: quia non poſſumus vitare maius quin ſequamur & eligamus minus, nec eligere minus malū quin vitemus maius malū, ideo optime dixit tex. in cap. j. & ij. diſt. in. xiij. ambo mala eſſe cautæ præcauenda: ſi tamē ita vrgeant vt alterū eorū ſit neceſſe eligi, minus malum faciendum eſt, euitatur au-

tem malus malum tribus modis, vt per Cardi. Alexand. in c. omnis autem lex circa finem. ij. diſtinc.

L. CCII. Vlpianus.

OMNIA quæ ex teſtamento proficiſcuntur: ita ſtatim euẽtus capiũt ſi initium quidem ſine vitio cœperint.

CONCORDAT tex. l. quod in initio. & l. non omne. §. in ſtipulationibus. vbi aliqua dixi, ſupra eod. titu.

SVMMARIVM.

1 *Regula, etymologia alluſio, deriuatio vocabuli, diffinitio, deſcriptio, quid ſint.*
2 *Diffinitio vnde dicta ſit.*
3 *Eſt duplex, quid nominis, & quid rei. Et quid rei eſt propria: quid nominis impropria nume. 5.*
4 *Diffinitio quãdo præcedere debeat omnem diſpoſitionem. & nu. 34.*
6 *Diffinitio quid rei quid ſit.*
7 *Diffinitio quid rei an dari poßit per effectus & accidentia. Et quid de quid nominis. nũme. 11.*
8 *Accidentia in quam cognitionem nos ducant.*
9 *Diffinitio quid rei datur p eſſentialia diffinito, maxime per cauſas intrinſecas, et per genus & differentias ad minus duas.*
10 *Formæ ſubſtantiales quia nobis ſunt notæ oportet quòd nobis manifeſtentur per aliqua accidentia.*
12 *Diffinitio data per genus & accidentia eſt quid nominis, non quid rei.*
13 *Diffinitio an detur per cauſam finalẽ. Vel materialem & formalem nu. 15. 16.*
14 *Diffinitio quid rei quot conditiones requirat.*
17 *Deſcriptio, q̃ dicit quid nominis, quid ſit.*
18 *Et ex etymologia vel ex accidentium concurſu ſumitur.*
19 *Diffinitio facit cognoſcere proprietatẽ vocabuli. Et poni poſſunt verba ex communi vſu loquendi nu. 20.*
21 *Diffinitio quid rei, & quid nominis eſt ẽt apud legiſtas.*
22 *Deſcriptio eſt multiplex etiam apud nos.*
23 *Deſcriptio parum differt ab etymologia.*
24 *Deſcriptio quãdoque dicit rem eſſe, ſed nõ propter quid. Et prout eſt in fieri nu. 25. Et ab effectu nu. 26. Et prout eſt in potentia. nume. 27.*
28 *Omnis diffinitio in iure cur periculoſa. Et quæ ſit ratio nu. 29. 32. 33.*
30 *Hæc lex an loquatur de regula vel diffinitione.*
31 *Regulæ inhærere debemus, ſicut bononienſes carotto.*
35 *Omnis diffinitio eſt vniuerſalium, & nulla ſingularium, niſi per accidens.*
36 *Scientia habet certitudinem ex ſubiecto.*
37 *Diffinitio an comprehẽdere debeat omnes caſus ẽt ſpeciales, vel ſufficiat adaptari ad regulam & communiter accidentia, & nume. 49.*
38 *§. puto l. ſuus. ff. de hæred. inſti. intellect.*
39 *Homo ratione carens an veniat ſub diffin. hominis.*
40 *Diffinitio quando ſit bona.*
41 *Simulatio in plus ſe habet quam dolus.*
42 *Diffinitio doli ſulpitij, & labeonis quæ ſit melior. & nu. 43.*
§. dolum l. j. ff. de dolo. intellect.
44 *Specialis incluſio nõ excludit quòd ex alio capite includitur.*
45 *Iudicium inquiſitionis an comprehendatur in diffinit. iudicij.*
46 *Dos in qua onera matrimonij non ſuſtinẽtur, an comprehendatur in diffin. dotis.*
47 *Dotis finis quis ſit. Et eius diffin. an ſit bona nu. 48.*
50 *Natura diffinitionis alia eſt a natura legis.*
51 *Genus, ſpecies, differentia aliter a dialecticis, aliter a legiſtis accipitur.*

5 2 *Differentia ex accidenti per plus & minus quando conſtituant diuerſas ſpecies.*

L. CCIII. Vlpianus.

OMnis diffinitio in iure ciuili periculoſa eſt. Parum eſt enim vt non ſubuerti poſsit.

MALE hic ſeruatur venuſtas ſermonis & ſolita elegantia iuriſconſulti, eloquẽtię alioquin magiſtri: vt mordax Valla in ſuis eleg. fatetur. Niſi de induſtria ſubobſcure loquutum dicas, & intelligas, parũ eſt, pro modicum deeſt. Vel loco verbi parum, legas, Rarum, vt Budęus dicit. quę litera ſuaderi poteſt, quia hoc vocabulo vti ſolebat Vlpia. noſtræ legis auctor, vt patet ex l. ea quæ raro ſupra eo. Et tunc expone, vt, pro quod: ſicuti eſt apud Terent. Vult ergo dicere rarum eſſe in iure ciuili quod nõ poſſit ſubuerti. Planius diceret, omnis diffin. ĩ iure ciuili, periculoſa eſt. cum facile ſubuerti poſsit. Vtcunque ſit ſenſus regulæ manifeſtus eſt. ſumique potuit ex vulg. §. dolum, l. j. ſupra de dolo ex l. mora. ſupra de vſur. ibi, difficilis eſt diffinitio, & ex §. puto. l. ſuus. ſupra de hære. inſtit. ibi, propter quod ad gener. diffin. recurrendum eſt.

Pro declaratione. l. ac materiæ & dicendorum ſciendum eſt longe inter ſe differre, 1 †regulam, etymologiam, alluſionem, & deriuationem vocabuli, Diffinitionem, & deſcriptionem. In l. j. ſupra eo. declaratur quid ſit regula. In. §. appellata l. ij. ſi cert. pet. quæ ſint & dicantur prædicta tria poſt regulam mentionata. Quæ tñ (ne decipiaris) inter ſe ſecũdum Quintil. differũt prout etiam voluere Ripa ſupra de acquiren. poſſ. in l. j. col. iiij. & in l. j. col. xiiii. ſi cert. pet. & Alciat. in l. tabernę. ſupra tit. j.

Veniamus ad diffin. & deſcript. quæ eſt materia & farrago noſtræ legis, in qua propterea multa noua & elegantia dicemus in auditoriis legiſtarum nunquam dicta neque intellecta. 2 Diffinitio, †ex oĩs, & finio, componitur: quaſi diſpartiendo diſtinguo, Quæ definitio & finitio, quicquid aliqui dixerint, latine nuncupatur. Et per trãslationem ab agrorum finibus dicta eſt. nam ſicuti illi proprietates determinant & diſtinguunt ab alienis noſtra, ſic & diffinitiones rem ipſam complectuntur, atque ab aliarũ cõfinio disiunctam eſſe faciunt.

5 Tam †apud nos q̃ apud philoſophos proprie duplex eſt diffi. quid nominis, & quid rei. Probatur ſecundum fundamenta philoſophiæ. duplex eſt, quid rei ſcilicet, & nominis: ergo duplex diffinitio, ſcilicet quid rei. & quid nominis. antecedens habetur expreſſe ab Ariſtotel. quo ad vtranque partem. 2. poſteriorum tex. x, lecti. viii. De quid nominis meminit etiam in primo poſteriorũ tex. ii. ſeu lect. ii. vbi dixit quædã eſſe de quibus oportet præcognoſcere q̃d eſt, quod dicitur, vt quid ſignificat triangulus, quid vnitas. De diffin. quid rei habetur. 2. Poſteriorum text. i. ibi quatuor quærimus, an eſt, quid eſt, quia eſt, & propter quid eſt. De diffin. quid nominis loquit etiã Philoſo. in quarto Meta. tex. x.

Et huiuſmodi diffin. quid nominis, eſt ratio exponens quid per nomen ſignificatum: ſiue ratio interpretatiua ſignificationis nominis. omnis autem diffin. ſiue quid nominis ſiue quid rei, eſt oratio quædam apud Ariſtotel. vt ait Boetius ĩ tertio lib. ſuper topica Ciceronis habens partes, vt etiã patet. vii. Meta. tex. xxx. Et hęc diffinit. quid nominis eſt improprie per vnicũ nomen, ſed proprie habet partes & eſt entium & nõ entium, vt patet. iii. & iiii. phyſic de infinito & vacuo. De hac etiã Themiſt. Poſter. i. c. ii. & Poſte. 2. cap. xii. vbi vult diffin. quid nominis, nec diffin. quidem digna ſit, ſed interpretatio vocis quæ 4 efferatur. Hæc eſt †quam de ſubiecto oportet ſemper pręcognoſcere, vt patet Poſter. in verbis præalleg. immo pręcedit omnem diſputationem & omnem tractatum, vnde Ariſto. 4. Meta. tex. x. a ſignificatione nominum incipere docet: niſi enim homines conuenirent in ſignificatione nominum, inter eos de rebus non poſſet eſſe diſputatio. hoc etiam obſeruauit iuriſconſult. in l. prima ſupra ſi certum petatur. & ſæpe alibi. Diffinitionem vero quid rei non oportet cognoſcere ante omnem tractatum & ante omnem demonſtrationem, ſed ante demonſtrationem propter quid vnde aliquando inueſtigatur in ſcientia, vt patet in ii. de anima vbi inueſtigatur diffinitio animæ quæ eſt ſubiectum in libro de anima. Item diffinitio quid nominis accipitur pro medio ad probandum aliquid eſſe. oportet enim accipere pro medio quid ſignificat nomen ad probandum aliquid eſſe: vt dicit ſanctus Thom. in prima parte quæſtio. ii. articu. ii. non autem quod quid eſt rei, quia quę

ſtio quid eſt, ſequitur quæſtionem an eſt: vt patet.2.Poſte.lect.vj.& viij.

Alia eſt diffi.quæ rem dicit eſſe, ſed quã ob rem ſit nõ commonſtrat, vt hęc, eclipſis lunæ eſt defectus luminis in luna in plenilunio.hęc.n.diff.eſt per effectum, dicitque rem ita eſſe, ſed nõ propter quid.i. cauſam.

Alia eſt diff. quæ dicit quid, & nõ propter quid.nam vt res ſit & cauſam cõtinet propter quã res ſit, vt plene per Themiſt. in ij.Poſter.c.xij.& philo.in 2.poſte. tex.j.

Item quẽadmodum ex Boetio in libro de diffinitionibus & in iij.lib.cõmentariorum ſuper topica elicitur, diffinitionũ alia eſt impropria & abuſiua, alia propria. Illa
5 †propria eſt quę dicit quidditatem rei per eſſentialia, & per propriũ genus, & ꝓpriã differẽtiam, de qua infra. Sed diffinitio abuſiue dicta multiplex eſt. quędam cõſtat ex vnico termino: altera in oratione cõſiſtit. prima in duas partes ſecatur, quarum vna eſt, cum nomen exponitur per aliud nomẽ notius: vt cũ quęritur quid eſt cõticeſcere? reſpondetur ꝙ eſt tacere. alia eſt exẽplaris vt cũ quæritur quid eſt animal? reſpõdetur ꝙ eſt velut homo. omnis.n.reſponſio vel oratio quę rẽ de qua quęritur quoquo modo oſtendit & deſignat, diffinitio dici poteſt, large ſcilicet & abuſiue ſumẽdo diffinitionẽ. At diffinitio abuſiue dicta quæ in oratione conſiſtit, eſt deſcriptio quędã quę fit vel per enumerationẽ partiũ, vt animal eſt quod ſenſu tãtum, vel ſenſu & rõne cõſiſtit, Alia eſt ꝙ cõi nomine notio a philoſophis nũcupatur, et eſt illa quę per ꝓprias operationes vel accidẽtia vel cõſequẽtias rem manifeſtat, vt homo eſt quod rationali conceptione & exercitio pręeſt animantibus. & plures alię diffin. abuſiuę & improprię dantꝰ quę breuitatis gratia omittũtur.

Diffinitio ergo quid rei & quidditatiua, eſt proprie diffinitio: quid nominis improprie & abuſiue, & iſta parum differt a deſcriptione qua vtimur nos legiſtę. Ad has duas diffi. quid rei & nominis reducuntur omnes alię diffinitiones, vt di-
6 cunt philoſophi. Diffinitio†quid rei & proprie ſumpta, eſt oratio quid eſt eſſe indicans: ſecundum philoſ.1. Topicorum. iiij. c. hoc eſt eſſentiam & naturam rei perfectę manifeſtans. In ij.vero poſteriorum ſic ab Ariſto. diffinitur, eſt oratio ipſius, quod qd eſt, ſignificatiua. ratio inquam.i.oratio. Secũdum vero Cicer.in topicis, diffinitio eſt oratio quæ id quod diffinit explicat quid ſit, i. per partes ſubſtantiales, & mẽbra aperit & declarat quid ſit. nam id quod inuolute confuſę, & implicite ſignificatur per nomen, euoluit, expliciteque (ſecũdum Cic.) aperit diffinitio. continet enim diſtincte & explicite principia eſſentialia diffiniti, genus ſcilicet & differentiam, vnde ſecundũ philoſ.1.phy.text.v. nomen diffinitum ſignificat totum indiſtincte: diffinitio autem ipſius diuidit in ſingula, vt per phylo. 1. phy.text.xxviii. Diffinitio igitur ipſius diffin. nihil aliud eſt, quemadmodum prædicta indicant, ꝙ demonſtratio eſſentię rei diffinitæ: vt etiam per Abba.in rub.de ſen. excom.& per Bartol.in l.prima. de appel. & in l.j.ſupra de teſta. propterea ab eſſentia rei fieri debet.

7 Sed an iſta†diffin. dari poſſit per effectus & accidentia, clarius ꝙ ex prædictis adhuc habeatur, reſpon. notando, ac primo quædam præmittendo. Primum erit ꝙ li-
8 cet†accidentia communia non ducant in cognitionem quidditatiuam ſubiectorum, ducunt tamen in aliqualem cognitionem ſuorum ſubiectorum diſtinctã, ſi omnia aut plura accipiantur, quæ ſimul in alia ſpecie non reperiuntur. cognoſcimus enim verũ aurum a falſo & adulterino ex colore, pondere, ſono, & alijs accidentibus: cognoſcimus lapides pretioſos a falſis ex claritate, colore, diaphaneitate, duritiæ, & alijs accidentibus. multa etiam cognoſcimus per odorem, per ſaporem, per figuram, per vocẽ. Immo omnes ſubſtantias ſenſibiles cognoſcimus & abinuicem diſcernimus per eorum accidentia. diſcernimus enim bouẽ ab aſino, & aſinum a mulo & equo per accidentia, & ita de alijs, vt dixit Io. Grammaticus in 1.de anima.in expoſitione tex. commenti.xj. Hæc enim manifeſta & ex euidentia ſumpta accidentia conferunt nobis in diffinitiones nõdum cognitas: Et talia accidentia obſeruauit Ariſto. in diffi. loci vacui, & temporis. nam viſis prius omnibus accidentibus conuenientem illis loci aſsignauit diffin. vnde dixit Phil. 1. de anima text.xj. ꝙ accidentia magnam partẽ conferunt ad cognoſcendum quod quid eſt. ſecundum Auer. ibidem cõmẽ. xj. per accidentia propria cognoſcimus diffinitionem quidditatiuam multorum, ſicut econuerſo per diffin. demonſtramus accidentia propria. Secundo not. eſt, ꝙ diffi. vt dictum eſt, bifariam diuiditur in propriam et quidditatiuam, ac impropriam & abuſiuã quæ dicitur deſcriptio, vt ſupra dictum eſt. & etiam infra declarabitur: tunc dicimus

9 duo, primum eſt ꝙ † diffinitio proprie ſumpta & quidditatiua non datur per effectus, ſed per eſſentialia diffinito, & maxime per cauſas intrinſecas, vt per materiam & formam, & per genus & differẽtias ad minus duas, quia vltimæ differentiæ & conuertibiles cum diffinito ſunt nobis ignotæ. genus autem ſumitur a materia, & differentia ſumitur a forma: vt patet vij. Meta. cõm. xliij. & j. Meta. cõmen. xvij. & xij. meta. commen. xiiij. & alibi ſæpe Auer. ſi tamen vltima differentia nota nobis eſſet, vt ab aliquibus tenetur, de rationali, ꝙ ſit differentia conuertibilis & vltima hominis, tũc ſufficeret aſsignare diffinitionem per genus proximum & vnam differentiam, vt homo eſt animal rationale: vt dicit S. Tho.
10 in 2. Poſter. lect. xiij. Tertio not. ꝙ † quia formæ ſubſtantiales non ſunt nobis notæ, oportet ꝙ manifeſtentur per aliqua accidẽtia, quæ ſunt ſigna illius formæ: vt patet, viij. Meta. tex. commen. xliij. non autem oportet accipere accidentia propria illius ſpeciei, quia oportet talia per diffinitionẽ illius ſpeciei demonſtrare per alia accidẽtia communiora: & ſecundum hoc alia accidẽtia communia dicuntur differentiæ ſubſtantiales inquantum inducuntur ad declarandum formam eſſentialem: ſunt autem communiores ſpecies inquantum aſſumuntur ex aliquibus ſignis quæ ſequuntur ſuperiora genera. hæc Tho. vbi ſupra. Ex hoc patet ꝙ diffi. quidditatiua & propria datur per accidentia communia aliquando, quia differentiæ & formæ ſubſtantiales ſunt nobis ignotæ, & tamen dicitur diffi. eſſentialis, quia accidentia illa inducuntur ad declarandum formam eſſentialem.
11 Quarto not. ꝙ † diffi. impropria & abuſiua dari poteſt per effectus, per operationes proprias, vel accidentia, aut conſequẽtia rem: & iſta diffini. communi nomine, notio, a philoſõ. nuncupatur. exemplum, homo eſt quod rationali conceptione & exercitio præeſt animantibus cũctis. Prouidentia eſt per quam futurum aliquid prouidetur. Memoria eſt per quam animus repetit quæ fuerunt. Similiter etiam diffini. deſcriptiua eſt illa quæ per plura accidentia, quorum nullum per ſe ſufficit manifeſtatur: vt luxurioſus eſt qui pluribus & nõ neceſſarijs ſumptibus in delicias affluit, & in libidinem fertur effuſior Dicit præ
12 terea S. Tho. in 2. poſter. lec. viij. ꝙ † diffinitio data per genus & accidentia, ꝓpria non eſt quid rei, ſed quid nominis, vt illa, homo eſt animal riſibile, ſuſceptibile diſciplinæ, eſt ratio expoſitiua nominis & non eſſentialis. & præterea Philo. in 2. phyſ. diffiniuit naturam per motum & quietem, quæ ſunt effectus & accidentia naturę.

Exquibus patet ad quæſitum reſpon.

13 Datur etiam diffi. † per cauſam finalem, vt patet in 1. Poſter. demonſtratio eſt ſyllogiſmus faciẽs ſcire. vbi ſecũdum expoſitores, ſcire eſt finis demonſtrationis. Similiter potẽtia diffinitur per actum, per motum qui eſt finis & perfectio potentiæ. Et viſus diffinitur eſſe potentiam ad videndum, vbi videre abſolute ſumptum eſt finis viſus, vt patet in ſecundo de anima. Et iſtæ diffinitiones per cauſam finalem cõperũt inſtrumentis, vt ſerra eſt potentia, quę ad operationem & actum ordinatur. Dicimus enim ꝙ ſerra eſt inſtrumentum ferreum & dentatum &c.

14 Sed veniamus ad propoſitum † diff. perfecta quæ dicitur quid rei, vt dicunt Philo. Auer. & Tho. in quarto phyſ. in tex. commẽti. xxxj. quatuor requirit. Primum quidem vt oſtendatur quid ſit res, quam diffinimus prout locus, vel quid aliud. cũ diffin. ſit oratio indicans quid eſt res. Secundũ vt ſoluantur quæcunque oppoſita ſunt circa diffinitum. cognitio enim veritatis ſolutio eſt dubitatorum. Tertium quod ex diffin. data manifeſtentur proprietates diffiniti quæ inſunt ei quia diffinit. eſt media in demonſtratione, quia propria accidentia demonſtrantur de ſubiectis. Quartum ꝙ ex diffinit. data ſit manifeſtata cauſa, quare aliqui diſcordant circa diffinitum & omniũ quæ ſunt oppoſita circa ipſum. Et ſic pulcherrime vnumquodque diffinitur. Et ſicut colligitur ſeptimo Metaph. commento. xl. veræ diffinitiones ſunt compoſitorum vniuerſalium, & maxime ſpecierum. nam genus inquantum genus non diffinitur, ſed inquantũ ſpecies, vt in c. de ſpecie. in Porphy. inquit Boet. rationem vide per Auer. ſeptimo Metaph. commen. xvij. Tu elegantius & not. dicas, tres eſſe debere conditiones & qualitates bonę diffin. vt ex Moder. philoſophis colligitur. Prima diffinitio conuenire debet omni contento ſub diffinito, quia cum diffin. prædicetur per ſe in primo de diffinito, oportet ꝙ prædicetur de omni: quia omnis propoſitio per ſe eſt de omni. primo Poſteriorum. Secunda ꝙ cõueniat ſoli diffinito, quia vt ex Porphyrio habet, licet quęlibet diffinitionis pars in plus ſe habeat ꝙ̃ diffinitum, tota tamẽ

conuertitur cum diffinito, exempli gratia diffinitio hominis eſt, ꝙ ſit ſubſtantia animata, ſenſibilis, rationalis, mortalis. quę ſingula in plus ſe habent q̃ homo, tota ſimul conuertitur cum diffinito, vt patet. Tertia conditio debet explicare naturam diffiniti, quia conſtat ex principijs diffiniti, vt dictum eſt. genus enim & differentia dicunt primam potentiam & vltimum actum, & conſequenter differre facit diffinitum ab omnibus quæ nō ſunt diffinitum. nam differentia facit aliud, ex porph.

15 Eſt etiam † quædam diffi. cauſalis, quæ datur per cauſam materialem: vt ira eſt acceſsio ſanguinis circa cor. Vel per cauſam formalem, vt homo eſt animal rationale. Vel per cauſam efficientem, vt homo eſt animal rationale a deo, a Sole, & ab homine factum. Vel per cauſam finalem, vt homo eſt creatus ad fœlicitatem cōſequēdā. de quo per Linconienſem. 1. Poſteriorum, c. iiij. Tu diligēter aduerte dicebat Excellentiſſ. & Maximus inter theologos & philoſophos noſtri temporis. Reuer. domi-
16 nus Richardus Vercellen. ꝙ † vere diffinitiones, quemadmodum etiam ex prædictis apparet, non dantur niſi per cauſas inexiſtētes intrinſece quæ ſunt materia & forma de quibus ſupra, & non per cauſas extrinſecas, efficientem ſcilicet & finalem: vt dicit Auer. in com. magno. 1. Poſter. xxxiiij. in hæc verba. prædicata enim quæ ſumuntur in diffinitionibus ſubiectorum ſunt cauſæ inexiſtentes rei, non cauſæ extra rē exiſtente, cauſa vero efficiens nō eſt de cauſis quæ ineſt rei: ideo & ſi effectus ille attribuatur per ſe, illa non capitur in effectus diffinitione niſi per accidens. Ipſe tamē doctiſſ. pater ſe credere dicebat, ꝙ aliquando ponatur cauſa efficiēs in diffinitione effectus quādo effectus non poteſt eſſe ſine tali cauſa, vt eclipſis diffinitur per interpoſitionem. eſt enim eclipſis defectus luminis in luna obiectu terrę. Et ſimiliter motus non poteſt eſſe ſine motiuo: & ideo motus diffinitur per motiuum. quod eſt cauſa efficiens motus enim eſt actus motiui & mobilis. 3. phyſ. in tex. cōm. xviij. & xxiij. qa ergo nō ſemper cauſa efficiens ponitur in diffin. effectus, ideo dixit ꝙ ponitur p̄ accidens. ponitur. n. in diffi. quando effectus nō pōt eſſe ſine tali cauſa, & ideo dixit Auer. in 5. phyſ. cōmen. 3. motum ex ſua ſubſtantia cōſtitui ex tribus cauſis, mobili, termino a quo, & termino ad quem, tanquā ex cauſis intrinſecis, quia motor eſt de cauſis extrinſecis. intelligitur enim q̃ conſtituitur ex illis per ſe & ſemper: ſed motiuum eſt de cauſis extrinſecis quæ non ſemper ingrediantur diffin. niſi quando effectus nō abſcinditur a tali cauſa.

Veniamus ad deſcriptionē, quæ eſt diffinitio impropria & abuſiua: & conuenit, vt ſupra dictū eſt, cum diffin. quid nominis, q̃ multifariam, multiſque modis datur, quēadmodum & illa quid nominis apud philoſophos, vt ſupra oſtendimus & quia vt plurimū nos legiſtæ hac vtimur clarius latiuſque aliquantulum rē explicemus. Iſta
17 † eſt (vltra ſupra dicta) oratio expoſitiua quæ rem ſignificatam ante oculos repręſentat: igitur diffi. quod qd eſt ſignificat, reiq; eſſentiam claudit, deſcriptio intelligentiā: ſecundū Boetium quem refert & ſequitur Bald. in rub. C. qui admi. colū. ij. Sicq; differt diffi. a deſcriptione, ꝙ hæc ex ſubſtantia, illa ex accidentibus rem oſtendit. Et cū ſermo ex his fuerit quæ rebus, vt ita dicā ſubſtantialiter inexiſtunt diffin. vocabitur, vti hoc, homo eſt animal rationale mortale. Sin vero ex his quæ adueniunt deſcriptio vti hoc. homo eſt animal quod recte incedit latos vngues habens & manibus vtitur. adueniunt quidem hæc atque coincidunt in ſubſtantiam hominis, ſed nō cōponunt perfecte hominem ſicuti ſuperiora.

Et cum diffinitionē quis non inuenit ad deſcriptionē cōfugit. ſemper enim quas res diffinire nō poſſumus deſcribimus tanquā rem minus periculoſam, cū ex accidētibus fiat, effectū notet, nec ſemper inſint ſubſtantialia, pœnituſq; & ex toto non concludat, neq; corruat licet ſemper non conuertatur d. l. j. ſupra de legib. vbi glo. Pau. de Ca. & Aquen. notant. propterea iuriſconſulti potius deſcribēdo q̃ diffiniendo in hac legali diſciplina proceſſerunt, vt patet in mutuo, dote, & ſimilibus. §. appellata. l. ij. ſupra ſi cer. pet. l. j. ſol. mat. not. Rimin. in rub. C. qui admi. col. xiij. vbi Deci. viij. & ego la-
18 tius ſtatim oſtendam. Et omnis † deſcriptio (vt dicunt Dialectici) vel ex etymologia ſuſcipitur, vel ex accidentium concurſu. Diffinitio vero ex alijs ſumit, vt diximus.
19 Et quia † diffi. vt dictum eſt. ſumitur ab eſſentia & ſubſtantia rei nō ab extrinſecis, illud dicitur proprie tale quod ex diffi. habetur: vt per illum tex. ſcribit Bald. in l. nō ſine. C. de bonis quæ lib. & plenius Barto. in l. omnes populi. colum. xxj. verſi. quæro vnde ſupra de iuſt. & iur. vbi propterea dicit, maioris virtutis eſſe diffinitionem q̃

alluſionem aut deriuationẽ vocabuli: ideo ad cognoſcendum propriam ſignificationẽ vocabuli ſeu deriuationem, exemplificando vt ibi per eum & per eundẽ in l. j. col. fi. in prin. ſupra ſi cer. peta. vbi Alex. et alij ſequuntur. Et per prædicta dicendum videtur labi Aluar. & Prępoſ. in tit. per quos fiat inueſt. in. §. fi. volentes per illum text. valere pactum contra diffi. contractus, inferenteſq; poſt Bal. non eſſe cõtra ſubſtantiã contractus quicquid eſt contra illius diffi. quod ex prædictis confunditur. & Bal. per eos allegatus loquitur in deſcript. nõ in diffi. & ſequi videt Curt. in prima parte trac. feu. in vlt. col. vj. q. princ. Aliquãdo ta-
20 men † ponuntur in diffinitionibus verba ex communi vſu loquendi ſumpta: vt poſt Bar. not. Cur. in l. j. col. j per illum tex. C. de ſent. quę pro eo. nec mirum cum omnis diſpoſitio de mundo capiat a talibus interpretationẽ: vt per Fely. in procem. decret. & propria ſignificatio cognoſcatur ab vſu: ſecundum Bald. in rub. ſupra ſi cert. pet. & Ripam in l. j. col. xv. eiuſdem tit. & philoſophum quem referam infra in ver. videamus nunc. immo licet illud quod diffinitur debeat eſſe ex proprietate, vt ex prædictis colligitur: verba tñ quæ ad illud oſtendendum. in diffi. ponuntur, aliquando largo & groſſo modo capiuntur: tex. eſt cũ gl in verbo debetur. in §. j. inſtit. de act. vbi ſecundũ glo. & communiter docto. vt ibi concludit Are. in v. col. & Alex. in conſi. cij. lib. vj. per verbum debetur, quod largo modo & groſſe intelligendo ad actiones reales adaptatur, etiã realis diffinitur actio: & ꝙ proprietas verbi diffiniti poſsit per verba impropria demonſtrari. ponit Bar. in rub. ſol. mat. vbi Ripa. col. vij.

Et quemadmodum apud philoſophos duplex eſt diffi. quid nominis & quid rei: prima impropria & abuſiua quæ datur per extrinſeca & multifariam multiſq; modis, vt ſupra declaratum eſt, altera propria & quidditatiua quæ datur per eſſentialia &
21 ſubſtantialia rei: † Ita apud nos. Sed quia propria & quidditatiua eſt periculoſa in iure ciuili, vt hic dicitur, & cur, late infra dicam. ideo raro hoc modo per iuriſconſ. datur aut in iure fit, ponitur tamen quandoq; vt in l. j. ſupra de dolo. in l. j. ſupra de vſufruc. in c lex. ij. diſt. in l. j. ſupra de teſt. vbi ponitur quidditatiua diffi. teſtamẽti per genus & differentias, vt ibi declarat Bartol. Diffi. quid nominis frequens eſt in iure no-
22 ſtro, & quemadmodũ apud Phil, ſic † apud nos multiplex eſt, & per varia accidentia & extrinſeca reperitur data, Aliquãdo exponendo & interpretando vim verbi, ꝓut dicit Themiſt. loco ſupra relato. et ſatis voluit iuriſconſul. in l. quintus. in. §. cui argentum ſupra de auro & arg. leg. dũ ait, ꝙ cui aurum vel argentũ factũ legatur, ſi fractum vel colliſum ſit non contineri, quia nõ incidit in eam diffi. ideſt deſcriptionẽ & expoſitionem ac verbi interpretationem. Et
23 hæc † parum differt ab etymologia, quam Cic. veriloquiũ appellat, ac notificationẽ, vt per Alcia. in d. l. tabernæ. & latius Ripam in l. j. colum. iiij. & ſequen. ff. de acquir poſſ. vt teſtamentum ꝙ ſit teſtatio mẽtis. inſtit. de teſta. in prin. In quo loco verberandus eſſet Valla, qui voluit in cœlum os ponere reprehendendo imperat. in ſuis eleg. c. cccclvj. non enim dicit ꝙ ſit verbũ compoſitum, vt Valla intellexit. tunc enim male ſentiret, vt per Aul. Gell. in noct. atticis. c. xij. lib. vj. ſed quod eſt teſtatio mentis, hocque verum eſt. Similiter diffinitur ſeu deſcribitur donatio, doni datio, exceptio, actionis excluſio, mutuũ, de meo tuũ. l. ij. §. appellata. vbi Dect. & alij Mod. ſupra ſi cer. pet. & pariter de replicatione dicitur inſtit. de replic. in prin. de poſſeſsione & in l. j. de acquiren. poſſeſ. a pedum poſitione licet alij, prout Alciat. lib. j. diſp. c. j. & Ripa. in d. l. j. colũ. iiij. magis a ſedibus dictam velint, prout in antiquis codicibus dicunt legi. hocq; prius voluit gloſ. ibi in princi. facit text. in cap iuſgentium. ij. diſtin. ibi ſedium occupatio. Et ſi in aliquibus ex pdictis quidam velint potius eſſe alluſionem q̃ etymologiam, prout dicitur de furto in l. j. ſupra de furt.

Alia eſt diff. ſeu deſcriptio apud iuriſcõ
24 ſul. ſicuti apud philo. † quæ dicit rem eſſe, ſed non propter quid. i. cauſam: vt in l. j. ſupra de cap. dimin. dum deſcribitur eſſe
25 ſtatus commutationem. Aliquando † res diffinitur ſeu deſcribitur proprie loquẽdo, conſiderando rem prout eſt in fieri, & exprimendo modum per quæ in eſſe deducitur: vt in l. libertas. in. §. ſeruitus ſupra de ſtat. homi. & in l. v. in §. ſtipulatio. de verbo. obligatio. licet neceſſe non ſit, exprimere in diffin. modum per quem res in eſſe deducitur: patet in l. prima ſupra de teſta. & de tutel. in l. prima. ſecundum Deci. in rub. de ꝓba. col. ii. & iiij. & Moder. repet. in. §. morte. col. xxx. ſicuti etiã cauſa finalis non eſt ponenda de neceſsitate in diffi, l. iij. cum l. prima, ſupra de vſucap.

tradit Deci. In rubri.de iudi.colum.iiij. & Pariſius in rub. de preſcrip.col.ij. nec cauſa efficiens niſi vt in ſuperioribus declaratum fuit. Sed quemadmodū diximus ſupra, hęc non eſt proprie diffinitio, quę eſt quidditatiua,& datur per genus & differētias, ſed eſt abuſiua, & diffinitio quid nominis ſeu deſcriptio.

26 Alia eſt†diffin. ab effectu reſultante ex re diffinita,in iure noſtro: vt patet inſtit. de oblig. & de actio. in prin.& eſt bonus tex. in l.j.ſupra de accepti.vbi Angel.& Imol. no.melior adhuc tex.in l iij. ſupra de vſuca.Idque admittunt etiam Philo. ſecundū Soci.in rub.ſupra de cōdi. & demō.& Pariſium in rub.de prȩſcrip.col.iij. quicquid dixerit Bar.in l.j.col.j.ſupra de appel. impugnando diffin.appel. datam per Azo.per cōſiderationem effectus: cum diffin. nō ſit dāda per exteriora.cauſa enim,inquit Bar. non debet diffiniri per effectū, ex quo cauſa differt a cauſato, vt mater a filio,& cōſequēter talis diffin.nō eſſet conuertibilis. ſequitur. Alciat.i tract.de eo q̄d intereſt col.viij.Sed defendēdo prædictā conclu.ꝙ ſit bona diffi.ab effectu, vt probatur in iuribus prȩalleg.Ad oppo. Bar.reſpō.poteſt, ꝙ procedit in effectu remoto qui ex interuallo ſequitur,vt reſciſsio ſentētię per aliā ſentētiam poſt appel.prolatā, tunc nō eſſet bona diffi.quia non cōuerteretur ſtatim cū diffinito:Secus quādo talis effectus immediate ſequitur,quia tūc ſtatim conuertitur cum ſuo diffinito,nec eſt ſeparatus a re diffinita, immo habet cum illa correlationē, vt patet in iuribus prȩalleg.& declarat Deci.in rub.de proba.col.v.Sed vt ex ſupradictis apparet iſta non eſt propria diffin. & quidditatiua:ſed eſt impropria & quid nominis ſeu deſcriptio,quam etiam Philo.admittunt non ſolum per conſiderationē effectus,ſed per multas alias cauſas, vt in ſuperioribus deduximus.Et ideo Pau.de Caſt. in d.l.j.de acceptil.dicit, ꝙ ibi ponitur potius effectus acceptilationis,q̄ꝫ diffin. ſed poſſunt ſaluari Ang.& Imol.in diffinitione impropria, quę vt deductū fuit deſcriptio dicitur.

27 Fit etiam†diffin.ſeu deſcriptio huiuſcemodi non ſolū prout res eſt in actu & exercitio,ſed etiam prout eſt in potentia l. imperium.vbi Aquen.in vlt.col. ſupra de iuriſdi.omn.iud.

Nunc opportune diſcutiendum ſe offert problema propoſitum ab Vlpi.in l.noſtra. An vera ſit propoſitio,& quę ſit ratio , & hic videbimus an & quomodo diffin. debeat eſſe generalis & conuertibilis cū ſuo diffinito, & an ad hoc vt diffin. ſit bona ſufficiat illam adaptari ad regulam & ad ea quę communiter accidunt, licet omnes caſus ſpeciales non comprehendat.

28 Quantū†ad primū philoſophi ꝑpoſitio non videtur vera , quia ab ipſa ſequuntur multa inconuenientia quæ faciliter nō ſoluuntur. Primū inconueniēs eſt ſi omnis diffi. in iure ſubuerti pōt, ſequitur ꝙ ius ciuile nullo modo ſit ſcientia.probant cōſequentiam , vbi non eſt vera & perfecta demonſtratio,quia medium in demonſtratione eſt diffinitio, vt dicit philoſ in 2.Poſteriorum. præſertim in tex. commē.viij. vſque ad tex.10. et ideo omnes expoſitores ibi conuenerunt in hoc,ꝙ diffin.ſit mediū in demonſtratione. hoc etiam ꝑ Auer. in commen. magno.1. Poſter. cōm.xi.lvj. & lviij.& Themiſt.2.poſter.c.xxxi.Tūc vltra , vbi non eſt perfecta demonſtratio ibi non eſt ſcientia . probant conſequentiam, quia ſcientia eſt effectus demonſtrationis,vt inquit philoſ.1. poſter.tex.commen. v. ibi, dicimus ſcire eſſe per demonſtrationem intelligere . & ſubiungit ꝙ demonſtratio eſt ſyllogiſmus faciens ſcire, ſed ſecundum iuriſconſult.in iure nulla eſt bona diffinitio,ergo ibi nec demonſtratio, nec ſcientia,quod eſt inconueniens,Præterea omnis propoſitio,in qua diffinitio prædicatur de diffinito,eſt per ſe, ergo eſt de omni, quia omne per ſe eſt de omni. ergo talis propoſitio habet vniuerſalitatē ſubiectorum & temporum, & ita eſt ſemper vera.ergo diffi.non poteſt remoueri a diffinito contra text. noſtrum dicentem ꝙ poteſt ſubuerti. Hęc ratio colligit̄ tota a philoſopho in 1.Poſter.& ab expoſitoribus a tex. commen.vij.vſque ad tex.11.& Alber.magno in 1.Poſter.trac.ij.c.lxxj.vbi dicit,ꝙ iſta propoſitio,homo eſt animal,eſt ſemper vera,ſiue homo ſit,ſiue nō ſit. Prȩterea diffinitio & diffinitum conuertuntur & differunt ſolum ſicut confuſum & diſtinctū, vt habetur in 1.phyſ.tex.commen. 5. tunc arguunt ſic,qui ſubuertit,diffin. omnem ſubuertit & diffinitum:ſed iuriſconſul.ſubuertit omnem diffin. ergo ſubuertit omne diffinitum,& conſequenter cum ſcibilia ſint diffinita,quia de ip ſis probantur paſsiones per diffi.ſequitur ꝙ tollantur omnia ſcibilia & omnia media,& conſequenter ꝙ non ſint in iure aliqua ſcibilia,neq; aliqua media ad ſciendum. Sed nos qui iuriſcōſul.

tanq̄

tanq̃ loco ſacro debemus ac præſtamus re
uerentiam hæc dicta non admittimus. Et
eſt primo aduertendũ, quia iuriſcõ. non di-
cit, ꝙ i iure noſtro nulla ſit bona diffinitio.
immo ſunt multæ bonæ & approbatæ per
ipſos iuriſcon. ſed dicit ꝙ eſt periculoſa &
29 facile ſubuertibilis. Ratio † aũt quare
hoc ſit, haud facile palpari; põt. aliqui dicũt
id eſſe, quia debet eſſe vl'is & oẽs caſus ẽt
ſpeciales cõprehendere, qđ eſt difficilimũ.
ideo de facili ſubuertibilis: ſicuti dicimus
de arg. a ſufficienti partium enumeratione
qđ fragile eſt, qa vna partiũ omiſſa corruit
l. a patre furioſo. ſupra de his qui ſunt ſui
vel alien. iur. cũ ibi no. quẽ art. late ſtatim
diſcutiemus verã rationẽ oſtendere cona-
30 bimur. Gl. hic † intellexit hunc tex. lo-
qui de regula, non aũt de diffi. proprie ſum
pta, q̃ breuiter vt diffi. tradit'. diffinitionis
enim verbũ multis modis accipit', vt per
Albe. in dictio. in ver. diffi. cui intellectui
arg. prębet hic tit. ſub quo lex noſtra ſitua-
ta eſt coniuncta l. imperat. cũ ibi not. ſupra
de in diem adie. Sed non recedẽdo a ꝓpria
ſignificatione vocabuli: iuxta vulg. l. non
aliter. ſupra de leg. iij. põt reſpon. ꝙ Vlp.
hic regulã tradit circa diffi. q̃ valde neceſ-
ſaria eſt, cũ omnis diſputatio debeat a dif-
fi. proficiſci. ſicq; bene cõgruit ti. ſub quo
ſita eſt, quod not. pro intellectu iſtius tex.
Male ẽt dicit, gl. hic ad fi. reſtringens. l. ad
regulas & diffin. huiuſce tit. cũ loquat' ge-
neraliter de omni diffi. in iure ciuili. Sed
quãuis diffin. reputet' periculoſa ſcđm gl.
propter varias excep. & fallẽ. quas regula
patitur de cuius veritate latius infra dicã.
Alb. tñ hic, enumerans vltra gl. quaſdã re-
gulas q̃ exceptionem non patiunt', reputat
31 hanc gl. no. † dum aduocatos admonet, vt
ſicuti Bononien. Carrotio, ita ipſi regulis
adhereant, quia ille dr̃ rem certam habere
qui pro ſe regulã tenet, niſi aduerſarius fi-
dem faciat de limitatione, vt diximus in l.
j. ſupra eo. hinc eſt ꝙ dicit Bald. in l. iij. C.
fini. regun. non eſſe a regula legis receden-
dum niſi per aliam legem, plura accumulat
Aquen in l. q̃ iuriſdictioni. ſupra de iuriſ.
32 om. iudi. Deci. vadit vacillando & † ne-
ſciens videre bonam rationẽ ad iſtam legẽ
ſubiungit non videri rem ita periculoſam,
diffin. huiuſcemodi ſcđm legiſtas, quia ſa-
tis eſt eam conſtare ex genere & differen-
tijs licet quidditas & eſſentia rei nõ expri
matur, vt a Phil. requiritur. Iſtud enim de
directo repugnat legi noſtræ quæ dicit pe-
riculoſam, & in iure ciuili. Aquen. in ſpe
cul. feu. in tit. de feu. diffi. col. ij. dicit oẽm
diffin. eſſe periculoſam, quia demonſtrare
debet diffinitum per genus & differẽtias,
diſcretum alienumq; a quocunq; alio ſu-
biecto citra expreſsionẽ alicuius qualita-
tis non ſubſtantialis, vt in diffin dotis tra-
dunt Bar. & alij in rub. ſupra ſolu. matr. Et
quicqd nõ eſt de forma diffinitionis, egre
ditur ipſam diffi. Bal. in ti. quib. mod. feu.
amit. ad fi. et Alex. in apoſtil. ad Bar. in l. j.
ſupra de legib. Et ipſa diffi. a nullo ſepara-
ri poteſt. Bald. in c. ex parte. M. col. fin. de
appel. & Iaſ. in rub. ſupra de acqui. hæred.
col. j. hinc ẽt Cic. in Topicis vult difficul
tatem finiendi oriri ex ſubtilitate q̃ circa
propria ac differentias verſatur. Cogitaui
aliqñ diffinitionẽ ideo periculoſam et ſub-
uertibilem dici ac cenſeri, ꝙ difficilimum
ſit ponere generalem diffin. omnia cõpre-
hendẽtem ẽt ſecundum regulas iuris cõis:
ſicuti in l. generali & cõi dicit iuriſcõſul.
in l. neq; leges. & in l. non poſſunt. ſupra de
legib. Et hoc triplici ratione contingit, vt
poſt gl. ibi declarant Bal. & Aquen. videli
cet ratione multiplicitatis rerum & nego-
tiorum quæ plura ſunt q̃ vocabula. l. iiij.
ſupra de præſcrip. verb. fragilitatis intelle
ctus noſtri qui de infinitis notitiam habe-
re non põt. l. ij. C. de vet. iu. enuc. ac ratio-
ne accidentium, quia pp diuerſitatem ani-
morum neceſſe eſt vt infinita negotiorum
ſequatur diuerſitas: propterea difficilimum
iudicetur ſub vna diffi. omnia comprehen
di. Quæ conſideratio non ſatisfacit in prę-
ſentia, tum quia ea q̃ in dictis legibus di-
cuntur, procedunt vel in raro contingenti-
bus, q̃ & ſi non comprehendant' in diffi. eã
non vitiant vt ſtatim oſtendam, vel in ſimi
libus quæ ex rationis identitate ſatis cõ-
prehenſa cenſentur, vt ibi de lege dicitur.
Præterea vt dicunt Philoſ. quos ſtatim ci
tabimus, diffinitio ſpeciei ſpecialiſsimę eſt
proprie & magis certa, iſta ergo dari poſ-
ſet abſq; eo periculo, & conſequenter non
ſubſiſtit dicta conſideratio ꝙ diffin. omnis
dicitur & cenſeatur periculoſa & ſubuerti
bilis per rationes prædictas. Et propte-
rea diligenter not. eſt quicquid male ſenſe-
rit hic Deci. & ſæpe alibi doct. Quod lex
33 † noſtra loquitur de diffn. propria & quid-
ditatiua, quæ non datur per effectus, nec ꝑ
extrinſeca, ſed per eſſentialia diffinito &
maxime per cauſas intrinſecas, vt per ma-
teriam & formam, ac per genus & differen
tias, vt ſupra dictum eſt. Hæc eſt quam iu-
riſconſult. hic in iure periculoſam dicit, &

ſubuertibilem. Secus eſt in diffi. quid nominis, ſiue i deſcriptione, quà vt diximus vſi propterea fuere iuriſconſul. vt in pluribus, vt patet ex infinitis legibus tractantibus de huiuſcemodi materia. Hanc aſsignare & tradere nõ eſt ita periculoſum nec ſubuerſioni obuium, cũ multifariam multiſque modis dari iuridice poſsit per effectus, per proprias operationes vel accidentia extrinſeca aut cõſequẽtia rem, per cauſas materialem, formalem, efficientem, & finalem, vt in ſuperioribus demonſtratum fuit. nec corruat licet omittatᷣ aliquis caſus de raro contingentibus, vt late infra dicemus. Ita ꝙ hmõi diffinitio ſeu deſcriptio, non eſt ita difficilis & periculoſa, ex quo ſequitur de ea nõ loqui legẽ noſtram. Vnde nimirũ ſi iuriſconſul. vt in pluribus huiuſcemodi deſcriptionibus vſi ſint, quę dicuntur diffinitiones quid nominis ſeu improprie & abuſiue, & ab eis vt plurimum inchoarunt doctrinas: vt patet ex l.j. ſupra ſi cer. pet. ex l.j. de acqui. poſ. & de fur. cũ
34 ſimil. cũ † omnis bona diſputatio debeat a diffi. proficiſci, vt intelligatur quid eſt id de quo diſputatur, ſcd̃m Cic. officiorũ primo. aliter enim in errorẽ labi neceſſe eſt, vt apud Platonẽ inquit Socrates. Quod intelligas de diffi. quid nominis. nõ de diffi. qd rei & quidditatiua quæ qñq; inueſtigatᷣ in ipſa ſciẽtia, vt patet in ij. de anima. quemadmodum in ſuperioribus demonſtratum fuit. Et id plerũq; ſimiliter fecere iuriſconſul. vt in ti. de pecul. de dolo. de verb. obli. & alijs pluribus. Et ſi ẽt ab ea doctrinas iceperint, vt in l.j. ſupra de teſta. & de vſufruc. in l.j. cum ſimilibus.

35 Aduertendum tñ diligentius eſt, ꝙ † omnis diffinitio eſt vniuerſalium, & nulla eſt ſingularium, ſcd̃m Philo. niſi per accidens: quia de ſingularibus nõ habetur ſcientia, primo Poſter. niſi per accidens, & conſequenter neq; diffinitio. Id ergo quod dicitᷣ diffinitionẽ ſpeciei ſpecialiſsimę perfectiorem eſſe, intelligitur qñ diffinitur ſpecies ipſa, non autem qñ ſingularia. Et in hac diffinitione ſpecifica per quid rei dãda, militat ẽt quod hic ait iuriſcon. periculoſam eam eſſe in iure ciuili & parum deeſſe vt non poſsit ſubuerti, quicquid ſuperius dictũ fuerit. Ad cuius quidem rei declarationem & intelligẽtiam ſciendum eſt vt dicebat Reuerẽ. Do. Richar. Vercellẽ. de quo
36 ſupra meminimus. Quod † ſcientia habet certitudinem ex ſubiecto de quo eſt, & modo demõſtrandi, primo de anima tex. j. vñ Metaph. ſcd̃m ſe eſt certiſsima, ꝗa eſt omnino de immobilibus. Quam ſequitur Mathematica, quæ eſt certa & ſcd̃m ſe & quo ad nos, quia eſt de quãto & abſtrahit a motu & materia ſenſibili ſcd̃m cognitionem, licet non ſcd̃m eſſe. Poſt quã ſequitur Phyſica quæ eſt de mobilibus, & de his quę habẽt eſſe in materia ſenſibili, & propoſitiones i eis ſunt veræ, vt in pluribus. Sed moralis philoſophia & Ethica eſt de virtutibus & de moribus, quæ ſiue habeãt eſſe in ratione & in volũtate, ſiue in appetitu ſenſitiuo, cum dependeãt a libero arbitrio in acquiri (vt aiunt) & poſsideri incertitudinem magnam & inſtabilitatem habere videntur, cum voluntas & ratio ad oppoſita viam habeãt in his moribus & virtutibus quæ ordinantur ad finem. ẽt quia medium in virtutibus difficillime inuenitur niſi ſecundum quod ſapientes iudicant quorum diuerſum poteſt eſſe iudicium. Verũ leges ciuiles q̃ circa negotia extrinſeca et actiones humanas ſunt, adhuc omnibus iſtis minorem de ſe certitudinem habent, & licet dentur in vniuerſali in intellectu habent eſſe materiale & perpetuum, tñ quia talia vniuerſalia habẽt eſſe inſingularibus quæ dependent a libero arbitrio & a ratione prædicta, Incerta multum ſunt & contingẽtia. ideo ſcientia de iſtis vniuerſalibus eſt multum incerta, ac per hoc iuriſconſul. hic totus philoſophia plenus dixit, Parum eſſe in iure ciuili vt nõ ſubuerti poſsit, ac ſi diceret diffinitio & ſcientia de talibus actionibus & negotijs eſt in vltimo gradu incertitudinis, ita vt parũ deſit quin poſsint ſubuerti, licet re vera ſubuerti non poſsit, quia eſt de vniuerſalibus quæ habent eſſe perpetuum, licet eſſe habeant in materia multum contingenti & incerta vt dictum eſt. Faciunt quæ diximus ſupra referendo Bal. & Aquen. in l. neq;. ll. & in l. nõ poſſunt. Ex quibus patet in tex. huiuſce. l. omnis diffinitio debere eſſe parum, non autem rarum vt legebat Budeus.

37 Videamus nũc † vtrum ad hoc vt diffi. bona ſit oporteat vt comprehẽdat omnes caſus etiam ſpeciales, vel ſufficiat diffini. adaptari ad regulam & ad communiter accidentia. Articulus ſubtilis eſt & male intellectus. Communis opi. eſt ſatis eſſe diffini. ad regulam & communiter accidentia adaptari: ita tenuit gloſ. & Alber de Roſa. hic. Abb. Aret. & Deci. in rubr. de iudi. Alexan. in rub. ſolu. mat. colum. v. Saly. in l. præcibus, colum. ij. C. de impube, & alijs.

ſubſtit.dum appellat miſeros Canoniſtas, qui ad tollendum conſequentiam dicunt ſufficere dare inſtantiam,per glo.in c.ſicut vrgeri.j.q.j.quandoquidem a communi re gula non ſit propter ſpecialem caſum rece dendum , neque mereatur reprehendi qui ſecundum regulam loquitur.l.ij. ſupra ſi quis in ius voca.non ierit.late not. in lege prima.ſupra eodem.Eandem opi. ſequitur Alexan.in rub.ſoluto matrimo.col.v. Are ti.in l.j.colum.fi.ſupra de teſta. Bald. Nouel.in tracta.dot.colum.ij.Deci. & Mod. in l.j.& in l.imperium.ſupra de iuriſd.om. iudi.& Curt.in rub.C.de impube. & alijs ſubſtitu.& in l.vnica. col.ij..C.de ſenten. quæ pro eo. & alij multi. Et iſta opini. pluribus probatur rationibus: Primo quia ad tollendum conſequentiam non ſufficit dare inſtantiam,vt dixi. & declarant pulchre Iaſ.& alij in l.creditori. ſupra de no. oper.nunc.& Deci.in c.translato. colum. ij.in ij lectu. de conſtitu. Secundo quia vt etiam diximus.ſatis eſt ſecundum regu lam loqui ac communiter accidentia. nam vt etiam inquit Deci.in d.rub.de iudi.col. iiij.in caſibus a regula deuiantibus aliq vi dentur eſſe differentiæ quæ caſus illos ſpe ciales reſpiciunt,& nequeunt verificari in caſibus ſecundum regulam procedētibus . Et ideo dicit ipſe vna diffi.non poteſt eſſe generalis vt omnes caſus ſecundum regulam & cōtra complectatur.ſufficit ergo vt ad regulam adaptetur. Tertio probatur per id quod dicimus de l.communi quę ge neralis eſſe debet.l.j.& ij.ſupra de legib. c.erit autem.iiij.diſt.Et tamen ſufficit eā adaptari ad ea quæ frequenter & communiter eueniunt,licet non comprehendat ea quæ perraro accidant. & ſic caſus ſpeciales.l.nam ad ea.& l.neque.ll.ſupra de legi bus , & declarat pulchre Cardin. Alexan. in c.omnes.ll.colum.pe.in j.diſt.decre.

Quarto quia ſecundum ius noſtrum eſſentia & forma ſubſtantialis rei conſideratur ſecundum id quod ineſt ipſi rei regulariter,vt in pluribus caſus eſt cum glo.in l. ſuus.in.§.puto.ſupra de hæred.inſti. ſecun dum Are.in l.j.col.fi.de teſtam. Quinto per vulg.§.dolum.licet allegetur in oppo. per ſcribentes. & male vt infra dicam.ibi enim diffi. doli data per labeonem approbatur quamuis nō adaptetur ad dolum bo num,qui raro accidit,ergo &c. Sexto & vltimo per locū ab abſurdo euitādo: iuxta l.nam abſurdum.ſupra de bo.liber.ſi enim aliter diceremus ſequeretur nō eſſe bonam diffini. hominis ꝙ eſt animal rationale & mortale cum aliqui ſine ratione reperiātur & etiam mente capti,ſecundum Bald.Nouel.in tract.dot.fol.iij.col.iij.videtur ergo ſatis eſſe ꝙ diffi.ad regulam & communiter accidentia.

Sed cōtrariam opi.ꝙ ad hoc vt diffi.ſit bona neceſſaria cōprehendere debeat omnes caſus etiam ſpeciales.raroq; contingētes,tenuit primo gloſ.in l.j.ſupra de vſufr. Card.& Imo.in rub.de iudic.vt ibi in iij. col.refert Deci. Ang.in rub.ſolu.matri.reprehendens,propterea diffin. dotis datam per Bar.ꝙ ſit ius quoddam in ſe continens quod a muliere vel eius patre marito vel eius patri traditum eſt vel pro tradito habitum propter onera matrimonij cōſequēda,quoniam etiam ſi maritus onera aliquādo non ſupportet, vt quia mulier virū habeat iuuenem & pulchrum cum quo cōuenit vt ſe ipſam alere teneatur, dos tñ dicitur.Sequitur Campez.in tract.de dote.colum.j.Iaſ. in rub.ſoluto matri.colum.v.in prima lectu.& Parpal.in rub.ſupra de vulga.eo ꝙ ſi ad communiter accidentia ſatis eſſet diffinitionem adaptari,non eſſet adeo periculoſa & ſubuertibilis, vt hic dicitur, ſecundum eos.Eandem opi.tenuit Alexā. in rubri.C.de iudic.reprehendens propterea diffini.iudicij datam a doct.ꝙ ſit actus trium perſonarum in iudicio cōtendentiū, quia non comprehēdebat iudicium inquiſitionis in quo non interueniunt tres perſonæ , licet caſus iſte iudicij inquiſitionis non ſit de cōtingentibus communiter.Idē voluit Barba.in dicta rubri.de iudic.& Ripa ibi in vij.colum.per d.§.dolum.vbi impugnatur diffi.doli per Sulp.data, quia nō comprehendebat dolum bonum, & tamen a communiter accidentibus dolus eſt malus . quamuis Ripa ibi gloſ.l.noſtræ non intellexerit. vult enim contrarium eius qđ ipſe dicit,ꝙ ſufficiat videlicet diffinire ſecundum regulam & inherendum ſit regulæ,vt Bonoñ.inherent carrocio prout melius hanc gloſ. intellexit Alberi. de Roſa. hic,& Alexan.in rub. ſoluto matri.col.v. Prædictam ſententiam ſequitur Alcia.lib. vj.Paradox.c.nono. ſed ante omnes præalleg.quicquid ibi ſibi blandiatur & perſuadeat.ſecuti etiam ſunt hāc partem Moder.Taur.in l.ij.in.§.creditum . colum.fi. ſupra ſi certum peta.& Pariſius in rub.de præſcrip.per d.§.dolum.vbi ſcđm eos reprobatur diffi.doli data per Sulpi.eo ꝙ nō comprehenderet dolum bonum qui tñ ra-

riſsime reperitur,prout etiam dixit Ripa & Moder. oẽs grauiter tñ errantes in intelligentia tex.præalleg.§.dolum.vt infra oſtendam. Pro iſta opi.adducuntur plura fundamenta per ſcribeñ.præalleg.In primis cui non competit quod in diffin.continetur, nec diffi.l.quintus.§.cui aurũ.ff.de auro & arg.leg.quem tex.cum.§.dolũ. ad idem in effectu citauit hic Deci. ꝙ diffini. debet conuerti cum ſuo diffinito & econtrario,alias non ſit bona,vt ibi.Et concordant Philo.ſupra & infra alleg.ſi caſus ſpeciales non comprehendat in diffinitionem non incidunt.& ſic diffinitio non adaptat̃. ergo nec diffinitum. & tñ diffinitum cadit vnde oporteret caſus illos ſpeciales improprios eſſe dicere. Secundo attenta cõmuni opi.ꝙ caſus ſpeciales non comprehẽdantur in diffinitione,oporteret dicere ꝙ iudicium inquiſitionis in quo actor nõ interuenit non eſſet iudicium, cum non ſit actus trium perſonarum in iudicio contendentium & ſic non comprehendatur in diffi.iudicij per docto.data. Tertio pariter dos in qua onera matrimonij non ſuſtinentur, pacto puta conuento ſic ſtante non eſſet dos,cum non comprehendatur in diffi. dotis,quę datur propter onera matrimonij prout in eius diffi. dicitur per Bar.& doc. in rub.ſolu.mat.quæ abſurdum foret dicere. Quarto quia ſi ſatis foret generaliter diffinire non eſſet tanta difficultas in terminanda regula.nec ſubuertibilis diffi.vt hic dicitur. Quinto per d.§.dolum.vbi Vlpia.diffi.doli datam per Sulpi.reprobat eo ꝙ & ſine ſimulatione dolus adhiberi poſſit, & tñ vera eſt generaliter cum citra ſimulationem raro dolus inducatur,quia tñ & ſine ſimulatione id agi aliqñ poteſt Vlpia.labeonis diffi.magis veram probat.

Sexto & vltimo per ea quæ ſcribit glo. in l.prima, ſupra de vſusfruct.ꝙ ſi cautio eſſet in diffinitione vſusfruct. non poſſet abſq; ea.vſusfru.dari.ergo patet omnia q̃ in diffi.dicuntur requiri vt res nomen ſuũ habeat & ſpeciales caſus, cõprehẽdi. His accedat ꝙ vt inquit Philo. in vj.Topico. ſi quid amplius aut minus quã oportet in diffi.dicatur, interimitur diffi.deficientes igitur diffinitiones rem faciunt ſuperabundare,ſuperabundantes vero deficere.

Et hac opi. contra cõem retenta reſpõ. poteſt ad ſupra in opp.pro cõi allegata, ꝙ licet ad tollendum conſequentiam nõ ſufficiat dare inſtantiã,& reprehendendus non ſit qui ſecundum regulam loquitur, ſufficiat legem adaptari ad cõiter accidentia, vt in tribus primis arg.pro hac opi.adductis dicebatur, tñ ſecus eſt in diffi.quæ debẽt eſſe generales & omnia comprehendere. vt dictum eſt.nihilq; in diffi. ſecundum Phil.omitteñ.eſt ex ſeparatis,ergo vt ſunt prædicta male infertur ad diffi.l.Papi. exu li.ſupra de minor.l.fin.ſupra de calum.Ad
38 quartum de §.puto † cum gloſ.reſpon. ꝙ non loquitur ibi iuriſcõſul.proprie de diffini.de qua hic agimus, ſed de regula prout ibi gl.prima declarat, ideo non obſtat ꝙcquid dixerit Areti.& hoc verum ſit ꝙ ibi non ponatur diffinitio proprie. per illa verba quæ ibi ſolum ponuntur. facti poteſtas eſt vtrum in poteſtate fuerit conditio vel nõ manifeſte patet,quia nõ ponit eſſentialia rei diffi. neq; conſtat ex genere & differentijs ad minus duabus, vt ſupra dictũ eſt.ergo &c. Ad quintum reſpon.ꝙ vt infra late declarabimus, diffinitio ibi poſita eſt de dolo malo tm̃ & omnia comprehendit quæ cadunt ſub illa ſpecie doli ibi diffiniti. Ad ſextum & vlti.quod fuit fundamẽ
39 tum Bal.Nouel.de† homine mente capto vel ſine ratione,qui non cadit ſub diffi.hominis & tñ non propterea infringitur. Reſpon.ꝙ illa diffi.adaptatur proprio homini,id eſt qui homo eſt nomine et re,ſed iſti de quibus opponitur nõ ſunt homines niſi nomine,vt declarat Cic.in lib.de Offic.& Abb.in c.fi.§.j.circa fi. de offi.deleg.facit tex. in c.multi. xl.diſt.vbi dicit ꝙ multi ſunt ſacerdotes & pauci ſacerdotes, & ꝙ ſolum nomen ſacerdotis non facit verum ſacerdotem, niſi opera conuenientia iungãtur. Et ſic reſoluta ſunt quæ pro communi adducuntur. Et tamẽ parum etiam videntur ſtringere quæ contra cõem pro cõtraria parte adducta fuere.

Et ante reliqua primum & quintum ex
40 ſupraſcriptis fundamentis ꝙ † diffin. debeat eſſe generalis omnes caſus etiam ſpeciales, & raro contingentes comprehendens ac cum ſuo diffinito conuertibilis, alias non ſit bona.d.§.dolum.vbi ſecundũ prædictos ſcribeñ.diffi. doli data per Sulpi.ꝙ eſſet machinatio quędã alterius decipiendi cauſa,cum aliud agitur aliud ſimulatur,improbatur per labeonem cui aſſentitur. Vlpia. Primo quia diffi.non eſt generalis cum & ſine ſimulatione poſſit cõmitti dolus,vt ibi dicitur,vel vt dicũt Philoſ. ſubtilius in hac materia ſpeculantes, quia diffinitum in plus ſe habet q̃ partes diffinientes, nam non omnis dolus ſit ſi-

mulatione,ſed forte circunuenitur aliquis vi, quia putabat inimicũ ingredi per oſtiũ & aſcendit per murum. Secũdo improbatur diffi.doli mali data per Sulp.quia nõ eſt cõuertibilis,vt ibi probatur. Vel quia vt dicunt Philoſ.partes diffinitionis competũt alij a diffinito.nõ enim omnis ſimulatio fit ad decipiendum ſed ad deridẽdum aliqñ,vel ad ſeruandum ſua vel aliena, & iſte eſt dolus bonus cõtra hoſtem puta vel latronem, vt ibi ſubijcitur iuriſconſul. Et ſic partes prædictę diffi.doli mali per Sulpi.traditę competũt alij a diffinito dolo,videlicet cõtra hoſtem vel latronem adhibito,qui tñ non eſt dolus malus ſed bonus et permiſſus. Ad hæc reſpon.ꝙ diffi. Sulp. fuit bona, & eam in ſpecie ſequitur Cice. libr.iij.Officiorum.Et Vlp.met in l.iuriſgentium.in.§.dolo malo.ſupra de pac.vbi tamen pedio iuriſconſulto illam attribuit.

Et pro declaratione & ad euidẽtiam ſcieñ. eſt ꝙ dolus dupliciter capi poteſt. Primo in genere & cõtinet ſub ſe plures ſpecies. nam alius eſt dolus bonus, alius eſt dolus malus, alius dolus verus & manifeſtus, alius dolus pręſumptus.Bar.in l.quod nerua. colum.ij ſupra depoſi.Curt. iunior in conſi.liiij.& cxlj.In genere ergo & cõmuniter ſumendo cõtinet tam bonum ꝙ̃ malum,& accipitur in vtranq; partem & pro quacunq; deceptione & pro ſolertia & calliditate quæ contra hoſtem adhibetur, vt in dicta l.j.Et apud Teren. in Eunuch.ibi iam tunc erat ſuſpicio dolo malo hæc fieri omnia.notanter dicitur dolo malo ad ſignificandũ eſſe quendam dolum bonum. Paul.ad Corin.ij.capi.xij.dolo vos cepi. Aliquãdo dolus proprie accipitur & tunc capitur in malam partem, vt communiter & in pluribus,quemadmodum etiam vult iuriſconſul.in d.l.j.in verſi.nõ fuit contentus. hinc etiam Plau.in capti.nam doli nõ ſunt doli niſi actu colas. ſicq; diffinitur a Sulpi.dolus malus, vt verba ſua oſtendũt. Tunc reſpondetur ad primam rationem ꝙ licet dolus in genere & improprie ſumptus ac pro quacunque deceptione vt in exemplo dato in plus ſe habeat ꝙ̃ diffinitio per Sulp.data non tamẽ dolus proprie ſumptus, id eſt dolus malus quem Sulpi. diffinire intendebat, ſed conuertitur cum eius diffinito. illud ergo de quo ſupra potius vis eſt ꝙ̃ dolus malus ꝓprie ſumptus. Ad ſecundum diceñ.ꝙ arg.concludit op-
41 poſitum,quia † licet ſimulatio in plus ſe habeat ꝙ̃ dolus,non ſequitur ergo diffini. mala, quia vt dicitur. in ij.Poſterio.text. xvij.& S.Thom.lec.xiij.ſingula quæ ponuntur in diffinitione in plus ſe habent ꝙ̃ diffinitum,& omnia ſimul ſumpta conuertuntur cum diffinito, vt patet in diffi.hominis qui diffinitur ꝙ eſt ſubſtãtia animata ſenſibilis rationalis,mortalis,quæ ſingula in plus ſe habent ꝙ̃ homo, omnia tamẽ ſimul ſumpta conuertuntur cum homine; quia omnis ſubſtantia animata ſenſibilis rationalis mortalis eſt homo, & econuerſo. In propoſito licet ſimulatio in plus ſe habeat ꝙ̃ dolus tamen non ſequitur. ergo diffi.mala,ſed ſequitur oppo.quia vt dicit Philoſo.& Boet.ſuper Porph.& S.Tho. in ij.poſter.lec.xiij.oportet ꝙ ſingulę partes in plus ſe habeant & ꝙ oẽs ſimul ſumptę cum diffinito conuertantur.

Plus dicebat philoſophorum doctiſſimus Dominus Richardus noſter Vercel-
42 len.ꝙ † diffi.doli data per Sulpi. melior eſt altera per labeonem data & a Vlpia. probata propter duo, tum quia in rebus nominandis vſum ſequi debemus, vt inquit Philoſo.in ij.Topi.ca.vj.& Thom. in prologo contra gentiles, ſed & ſi apud veteres dolus acciperetur cõmuniter pro omni exceptione bona & mala & cum intentione fallendi & ſine. vſus tamẽ inoleuit & inualuit vt proprie accipiatur ſecundum diffin.datam a Sulp.& eſt modo magis in vſu.Secundo quia concluſio & diffinitio ſpecifica eſt perfectior & magis determinata ꝙ̃ alicuius generis. nam ſuperiora ſunt magis confuſa in potentia & indiſtincta,ſed ſpecies eſt magis determinata in actu & diſtincta,& intellectus noſter procedit a confuſis ad diſtincta,a potentia ad actum,ab vniuerſalibus ad ſpecies ſpecialiſſimas,vt dicit Philoſo.in j.Phi.tex. commen.iiij.Et propter hoc diffin.ſpeciei ſpecialiſſimæ eſt magis propria & certa. ideo dixit Ariſtotel. in vij.Met.tex.xiij. ꝙ ſola ſpecies diffinitur. quæcunq; enim diffiniuntur per ſuperiora diffiniuntur. ergo omne diffinitum habet rationem ſpeciei vel eſt ſpecies.Et quia diffi. Sulpi. eſt ſpecifica ſequitur ꝙ eſt optima. Sed ſaluãdo diffi.lab.per Vlpia.& compilatores inde approbata reſpõ.ꝙ prædicta procederent quando ipſi diffinirent dolum in genere,vt ſentiebat Excellen. ille pater, ſed ipſi diffiniũt ſimiliter dolum malum ſicq; in ſpecie vt etiam faciebat Sulpi.

Rurſus diligenter aduertẽdum eſt, quia
43 † ſecunda diffi. doli mali approbata per

ſitio intelligatur de actu ordinario non de extraordinario.l.Seia . in.§.medico. ſupra de annu.lega.Socin.in l.de diuiſione . colum,ſecunda.ſupra ſoluto matrimo. Fely. in capitulo ſedes. colum.iij.de reſcript.latius ſcripſi in rubric.ſi quis ius dicen.non obtempera.

